EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

4. 4. 254

L. 4

1775

Digitized by Google

A. A. PAGENSTECHER.
JCti

ADMONITORIA
AD
PANDECTAS.

EDITIO QUARTA.

GRONINGÆ,

Ex Officina JOHANNIS a VELSEN.
1715.

Illuſtriſſimo Excellentiſſimo atque Generoſiſſimo Domino

DOMINO

MARQUARDO LUDOVICO

S. R. G I. L. B.

DE

PRINTZEN

Auguſtiſſimi BORUSSIÆ REGIS
Miniſtro Status intimo:
Ordinis Regii Aquilæ nigræ Equiti:
Supremo Aulæ Regiæ Mareſchallo:
Rerum Eccleſiaſticarum & Feudalium Directori:
Venerabilium Conſiſtoriorum Præſidi:
Comitatus Ruppinenſis & Terræ Bellenſis Præfecto.
Academiarum Regiarum omnium Supremo Curatori,
Domino in Caro:
&c. &c. &c.
Domino ſuo gratioſiſſimo.

DEDICATIO.

JE puis affirmer, qu'il y a peu de choſes qui peſent plus ſur le coeur, & qui troublent d'avantage le repos, que de penſer qu'on n'a ſuffiſanment temoigne ſa reconnoiſſance a ſon bienfaiteur, & de craindre d'être juſtement accuſe d'ingratitude, ou pour autrui ou par ſoy même. Petri Molinæi libro de pace animæ quinto verba exhibui. Permitte, illuſtriſſime Domine, ut ea cum maxime mea faciam, iiſdemque audaciam meam excuſem deprecerque, quod Excellentiſſimo Generoſiſſimoque Nomini tuo præſentem tractatum ea qua par eſt veneratione inſcribam, dedicemque. Enimvero debitorem me illuſtriſſimæ Excellentiæ Tuæ lubens & publice profiteor. Tuum eſt, quod Auguſtiſſimi Boruſſiæ Reges FRIDERICUS I. & FRIDERICUS WILHELMUS I. ad celeberrimam Academiam quæ Francofurti ad Viadrum viget, clementiſſime me invitaverunt atque vocaverunt. Tuum eſt, quod ab EORUNDEM POTENTISSIMORUM REGUM REGIIS MAJESTATIBUS Conſiliarii Regii axiomate & ſalario dignus habitus: Tuum eſt, quod & ulterioribus REGIÆ clementiæ ſpebus honoratus ſum. Sed & Tuum, illuſtriſſime Mæcenas, tuum inquam eſt quod ad favorem & patrocinium tuum me ultro & benigniſſime invitaveris. Multum eſt, quod ad illuſtre Arnoldinum

Stein-

Steinfurtenſe adhuc minor ad Jus extra ordinem docendum evocatus, anno vix tranſacto, Ordinariam Juris ProfeſſionemHiſtoriarum Græcæque linguæ ordinariæ ſtationi adjunctam, clementiſſime in me contulerint illuſtriſſimi Bentheimienſes Comites, ſuorum per ſingulos Comitatus, Benthemicum, Tecklæburgenſem (ex quo & Generoſiſſima familia Tua, illuſtres ſuos tritavos remotioreſque majores repetit) Steinfurtenſem atque Limburgicum, præſtantiſſimorum miniſtrorum uſi conſiliis. Nec ultima laus eſt, pincipibus placuiſſe viris quorum opera & conſiliis uſus eſt magnus ille Brandenburgicus Heros, Sereniſſimus inquam Potentiſſimuſque Elector Divus FRIDERICUS WILHELMUS: hujus ſiquidem juſſu, illorum hortatibus, ad Academiam Duisburgenſem evocatus, Jus Publicum cum Politica ordinario munere, privatum autem Jus extra ordinem docui: immo quam primum ſedes in Anteceſſorum ordinariorum cathedra aperta fuit, illico Auguſtiſſimi Boruſſorum Regis Divi FRIDERICI PRIMI auctoritate ad eandem, commendatione ultronea illuſtriſſimi Regiminis Clivo Marcani accedente, evectus ſum. Nec minus glorioſum (pipulo invidentium dixerim) ad Academiam Groningan-Omlandam lautis conditionibus me evocatum, & cum ab illuſtriſſimis Friſiæ Ordinibus ad Franequeranam Acade-

cademiam vocarer, ab illuſtriſſimis iterum Groningæ & Omlandiæ Ordinibus adjecta non pauca ſalarii acceſſione retentum, quin & poſtea a Perilluſtribus Academiæ Groningan-Omlandiæ Curatoribus domo Academica ad dies vitæ honoratum: interim etiam a Sereniſſimo Haſſiæ Landgraffio Academiæ Marpurgenſis Anteceſſorem Primarium, Serenitatis ſuæ ſimul Conſiliarium, & Dicaſterii Aſſeſſorem clementiſſime deſignatum fuiſſe. Sunt hæc ſingula, ſunt profecto, talia, quæ merito devotiſſimo animo agnoſco, & uſque dum alterum pedem in tumulo habuero gratiſſima mente venerabor. Quod autem his omnibus, Tuæ illuſtriſſimæ EXCELLENTIÆ judicium, quod & extra Auguſtiſſimi Boruſſorum Regis territoria nemo non agnoſcit, miratur, deprædicat, nec ſatis pro merito ſuſcipere ſe poſſe contendit: quod illud, dicere volebam, ceteris præfatis acceſſerit, id vel unicum mihi muri ahenei inſtar præbet, cujus præſidio munitus malevolentium hirritus & latrationes ſecurus exaudire & pati poſſum, objiciendo iſtud Senecæ: *ultionis contumelioſiſſimum genus eſt, non eſſe viſum dignum ex quo peteretur ultio.* Etſi autem ſerio hac in parte cum maxime gaudeam, exultem, triumffem: graviſſima tamen me ſimul cura coquit & verſat ſub pectore fixa, dum me Excellentiæ

Tuæ æterno vinculo obſtrictum video, nec tamen vel hilum proſpicio quo me ab eodem vel minima ex parte exſolvere valeam. Accipe me ergo, Suſpiciende Mæcenas, debitorem tuum obligatiſſimum ſed & gratiſſimum. Hoc tamen ceteris benignitatibus tuis, quas nunquam in me ſenſi claudier, adjice, ut præſentem tractatum, quem devotiſſimo corde Excellentiæ Tuæ offero, Tibi abs me dedicari permittas: ceu gratiſſima manu Tibi ſoli eum offero dedicoque, publicum ſimul & per innumeras manus ambulaturum habiturus teſtimonium meæ erga Excellentiam Tuam gratitudinis atque devotionis. Fortuna tua, in qua merita tua te collocaverunt, non patitur, ut alia in parte utramque teſter. Nec decantatiſſima illa humanitas tua, quæ cum ceteris virtutibus raram in Excellentia Tua mixturam fecit, dubitare me ſinit, gratam tibi fore hanc animi mei ſignificationem: qui vel in Auguſtiſſimi Regis territorio ex Alberto Krantzio 2. *Saxon.* 12. facile recordaris trium Gratiarum a Majoribus noſtris cultarum, averſis invicem vultibus dona porrigentium: cum beneficia ab iis qui ad gratiam aliis concedendam a Deo in ſublimem locum collocati ſunt, non ſint iis qui eadem conſecuti ſunt improperanda, nec paria expectanda. Supremum tamen Numen pronus adoro, ut Excellentiam tuam omni tem-

po-

porariarum beatitatum largitate clementiſſime adaugeat atque conſervet, uſque dum rebus ad voluntatem tuam dextere compoſitis bene meritorum præmium, juſtitiæ coronam, anhelando, ex terreno hoc ſtatu diſcedere aveas ceu conviva ſatur. Deus Te ſoſpitet! Ex animo voveo. Deus Te ſoſpitet, ad ſeram viridemque ſenectam. Deus Te ſoſpitet, mihique eam largiatur clementiſſime occaſionem qua ego reapſe teſtari poſſim, quam omni animo geſtiam exiſtere

ILLUSTRISSIME GENEROSISSIME ATQUE EXCELLENTISSIME DOMINE:

ILLUSTRISS. ATQUE GENERORISS. EXCELL. TUÆ:

devinctiſſimus gratiſſimuſque debitor
& cultor

Groningæ Friſ.
a. d. Kal. Jun.
CIƆIƆCCXV.

A. A. PAGENSTECHER.

A.A. PAGENSTECHER. JCti
ADMONITORIA AD PANDECTAS.

PARS PRIMA.

LIBER I.

Tit. I. *De Juſtitia & Jure.*

§. I.

PAndectæ (alias *Digeſta* cognominatæ. §. 10. *J. de nupt.* vid. *infra* §. 4.) ſunt liber ſyſtematicus, Jurisprudentiam ex Veterum JCtorum libris collectam continens. Dictæ a πᾶν & δέχομαι, quaſi *omnia capiant*. Eodem ſenſu quo apud Apicium de Re Coquinaria liber quartus πανδέκτηρ inſcriptus eſt. Enimvero exhibent Pandectæ veterum JCtorum omnem prudentiam, etſi varie a Triboniano ejusve ſedecim ſociis alteratam variiſque emblematibus interpolatam. *l.* 2. § 13. *l.* 3. §. 10. *C. de V. J. E.* vid. *Irner. inj. vapul. Coit.* 22. §. 15.

§. 2. Exhibent Pandectæ 1. Procemium, 2. Tra-

2. Tractatum principalem; & 3. Appendicem Generalem. *conf. Part.* 7. §. 181.

§. 3. Procemium eſt in Conſtitutionibus quatuor Tractatui principali præmiſſis. Vid. *Conſtit. Deo auctore. Conſtitut. Omnem. Conſtit. Tanta. Conſtit. Dedit nobis. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. de V. J. E.* quibus tum de Conceptione & Confirmatione Pandectarum, tum de ratione (quæ poſtea tot enatis compendiis, paratitlis, hypomnematibus, atque ſyntagmatibus, aut admonitoriis de quibus *v. l.* 1. §. 12. *C. de V. I. E* evanuit) juris docendii agitur.

§. 4. Tractatus principalis conſtat 50. libris; qui a Juſtiniano in ſeptem partes diſtributi ſunt *l.* 3. §. 1. *C. de V. J. E.* idque non perperam (ait ibidem Cæſar) nec ſine ratione, immo peroptime, *d. l.* 3. §. 9. unde Pandectæ ſynonymice *Digeſta* appellatæ videntur, quod non omnino nullo ſed certo ordine compoſitæ & ad methodum rationabilem *digeſtæ* ſint. *vid.* Gothofr. *ad. rubric. C. de V. J. E. Conf.* §. 27. *infr.* Pars Pandectarum prima continetur quatuor primis Pandectarum libris. Pars ſecunda incipit a titulo de judiciis libro quinto. Tertia pars orditur a titulo de rebus creditis libro XII. Quarta a titulo de pignoribus & hypothecis libro vigeſimo. Quintam partem explet liber 28. & ſequentes de re agentes teſtamentaria.

taria. Sextæ parti tribuuntur libri 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. Tum ſeptima ſive ultima pars a libro Pandectarum 45, cis quinquageſimi libri finem decurrit. Quæ in ſeptem partes diviſio non tantum memoriæ ſubvenit: *vid l. 44. de acq. vel am. poſſ.* Sed & uſum alium præbet inſignem, ut memineris, in Parte Pandectarum Secunda & Tertia nihil occurrere Iuris antiquati: ſecus ac in reliquis quinque Pandectarum partibus. *Conſtit. Omnem* §. 3. *Vid. etiam infra Admon. Part.* 2. §. 44. *in fin.*

§. 5. Pars Prima dicta Pandectarum duas iterum principaliter partes habet: quarum unam Generalem appellare queas, alteram Specialem.

§. 6. Pars Generalis quatuor proponit. Primo, Juris finem, qui eſt Juſtitiæ adminiſtratio. *vid. l. 1. §. 1. ff. de J. & J. Nov. 69. pr. & pr. I. Procem. ibi. calumn. iniq. expell.* Eſt autem Juſtitia conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi. *pr. I. h. t.* Hanc vulgo dividunt in Univerſalem & Particularem. Hanc iterum in Commutativam & Diſtributivam. Sed Themide invita, immo & invitis ipſis ita ſentientibus Doctoribus, cum in definienda una alterave ſpecie, & hac ab illa diſtinguenda, alter alterum enixiſſime feliciterq; refutet.

Dixi 2. *Sicilimentor.* 13. *&* 1. *aphor.* 8. Quin & diſtinctionem, Grotio aliiſque placitam, in Juſtitiam Attributricem & Expletricem, quarum hæc doceat cuique tribuere quod plene & per fecte ad eum pertinet *pr. I. Præm & pr. I. de action.* illa autem quod ſemiplene & probabiliter tantum ad eum ſpectat, ut ſunt officia miſericordiæ, humanitatis, & gratitudinis, tum quod nomina ſint incongrua (cum quod plene perfecteque noſtrum eſt, nobis potius dici debeat *attribui. pr. I. de J & J. junct. pr. I. de act.*) tum quod in prætenſa illa *Attributrice* jus noſtrum nullum ſit, adeoque nec Juſtitia, ſed officiorum tantum præſtatio *v. l.* 17. § 3. *commod.* rejiciendam eſſe credimus. Ceſſant ergo quotidianiſſimæ quæſtiones, utra Juſtitia, Univerſalis an Particularis, Juris finis ſit? quo referendæ ſint pœnæ, ad Diſtributivam an ad Commutativam? an in hac magis quam in illa ſit locus proportioni Geometricæ vel Arithmeticæ? Ceſſant hæc, inquam, omnia *arg. l.* 76. *de ſolution. l.* 22. *quand. dies legat.* adeoque *pœnas* nec ad Commutativam (quia nihil commutatur: non magis, inquam, in hac quam in Diſtributiva. Utrobique enim commutatur vita bene aut male acta cum præmiis aut pœnis) referimus, cum Struvio *ff. exerc.* 1. *theſ.*

1. *theſ.* 22. *ſeqq.* nec (cum nulla quod ad pœnas ſit communio *l.* 26. *ff. l.* 22. *C. de pœn. l.* 47. *l.* 59. §. 1. *pro. ſoc.*) ad Diſtributivam, cum Perezio *ad Inſtit. de J. & J.* aliisque. Add. *infr. Part.* 7. §. 124. Nec finem Juris agnoſcimus Juſtitiam Univerſalem, cum eodem Struvio *d. exerc.* 1. *theſ.* 37. Bachov. & Hunn. *ad Weſ. ibid. d.* 10. Harprecht. *ad I. d. t. n.* 14. *ſeqq.* Proportionem autem Arithmeticam & Geometricam ibi admittimus, ubi leges admittunt: cum nec prætenſæ illi Diſtributivæ nec Commutativæ aut hæc aut illa, propria ſit, ut vides apud Struv. *d. loc.* & in noſtris ad Lauterbach. 2. *Sicil.* 13. Vide ſis etiam *infra Admon. Par.* 7. §. 127. Alibi, veluti in Theologia, Juſtitiam aliter latiuſque accipiunt. *v.* Vorſt. *ad Sulpit. Sever. Hiſt. Sacr.* 1. *c.* 1.

§. 7. Secundo: Pars dicta Generalis agit de Jure. *rubr. ff. de J. & J.*

§. 8. Jus variis modis accipitur. *l. pen. & l. f. h. t. rubr ff. de in jus voc.* vid *ad Inſtit.* 1. *aph.* 6. Hoc loco, jus eſt ars æqui & boni. *l.* 1. *pr. h. t.* Ubi per bonum, intelligo quod rempublicam beat. *argl.* 49. *de V. S.* & ipſi æquo aliquid addit vel detrahit *l.* 6. *ff. h. t.* quod quidem ipſum iniquum non eſt, ſed quia ex juris naturalis fonte de quo §. *ſeq.* non niſi probabiliter & per remotiores con-

ſequentias derivatur, pro æquo certitudine indubitata venditari nequit: quale, inter innumera alia, eſt ſeptem teſtium in teſtamento neceſſaria adhibitio. Qualia Jus Naturale non agnoſcunt matrem, ſed forte aviam proaviamve. Grot. *de j. bell. & pac. prolegom. n.* 16. Nec obſtat, per hanc explicationem removeri Iure Jus ipſum Naturale & Gentium, quippe quod ars æqui & boni ad hunc ſenſum non ſit: admoneo enim, & dictam definitionem juris *in d. l.* 1. *pr. h.* ad ſolum pertinere Jus Civile, veluti ex ſequente dictæ legis contextu apparet: præcipue *ex d. l.* 1. §. 2. ubi Jus in Publicum & Privatum dividitur: & hoc iterum ex naturalibus præceptis, gentium, aut civilibus, collectum eſſe, aſſeritur.

§. 9. De Publico & Privato Jure: nec non de Naturali Gentium & Civili, dixi *ad Inſtit. libr.* 1. *tit.* 2 De Principio Juris Naturalis adæquato unico, multa atque anceps inter Doctores controverſia eſt. Dico, diſtingui debere, principia cognoſcendi, a principio conſtituendi: Principium item conſtituens, a conſtitutis. Hypotheſin fundamentalem probationis, a principio obligationis: ſed & hoc illamque a principiatis atque principiis ſubalternis. Qui hæc diſtinguere neſcit, æque ridiculus

lus eſt, atque ſi ex. gr. Romam non diſtinguat a viis Romam tendentibus, nec vias ipſas integras ab earum principiis: nec legiſlatorem ab ipſis legibus latis: nec principium obligationis, a principio cognoſcendi & probationis. Hoc, reſpectu Juris Naturalis, eſt finis creati a Deo mundi. Hic autē finis diverſus eſt, vel inquam intuitu Dei vel noſtri vel proximi. Principium ergo Juris Naturalis conſtituens & obligationis, conſtituo aut potius agnoſco ipſam Naturam id eſt Deum: ejus, inquam, voluntatem. Quod ipſum & Magnus noſter agnovit Grotius *de j. bell. & pac. prolegom. n.* 12. & *libr.* 1. *c.* 1. §. 10. Adde Leibnitz. *epiſtol. quam exhibui poſt Pufendorffium de offic. homin. & civis: append.* 3. Sed cum non ſatis ſit, legislatorem jus conſtituiſſe, immo & promulgaſſe, ſi non & ſubditi id latum promulgatumque eſſe ſciant: & hic in principia cognitionis ſive fontes, ut Grot. *dict. proleg. n.* 8. loquitur (intellige immediatos ſive probationis & cognitionis: quippe quibus locum non omnem ſed aliquem Grotius dat, etſi, quod nequaquam dat, daret, Deum non eſſe: *d. prol. n.* 11.) inveſtigandum eſt. Ubi dum hominem rationalem, ſocialem, & facultatibus naturalibus inſtructum deprehendo: video eundem non a ſe eſſe ſed a

ſequentias derivatur, pro æquo certitudine indubitata venditari nequit: quale, inter innumera alia, eſt ſeptem teſtium in teſtamento neceſſaria adhibitio. Qualia Jus Naturale non agnoſcunt matrem, ſed forte aviam proaviamve. Grot. *de j. bell. & pac. prolegom. n.* 16. Nec obſtat, per hanc explicationem removeri a Iure Jus ipſum Naturale & Gentium, quippe quod ars æqui & boni ad hunc ſenſum non ſit: admoneo enim, & dictam definitionem juris *in d. l.* 1. *pr. h.* ad ſolum pertinere Jus Civile, veluti ex ſequente dictæ legis contextu apparet: præcipue *ex d. l.* 1. §. 2. ubi Jus in Publicum & Privatum dividitur: & hoc iterum ex naturalibus præceptis, gentium, aut civilibus, collectum eſſe, aſſeritur.

§. 9. De Publico & Privato Jure: nec non de Naturali Gentium & Civili, dixi *ad Inſtit. libr.* 1. *tit.* 2 De Principio Juris Naturalis adæquato unico, multa atque anceps inter Doctores controverſia eſt. Dico, diſtingui debere, principia cognoſcendi, a principio conſtituendi: Principium item conſtituens, a conſtitutis. Hypotheſin fundamentalem probationis, a principio obligationis: ſed & hoc illamque a principiatis atque principiis ſubalternis. Qui hæc diſtinguere neſcit, æque ridiculus

lus

Jus eſt, atque ſi ex. gr. Romam non diſtinguat a viis Romam tendentibus, nec vias ipſas integras ab earum principiis: nec legiſlatorem ab ipſis legibus latis: nec principium obligationis, a principio cognoſcendi & probationis. Hoc, reſpectu Juris Naturalis, eſt finis creati a Deo mundi. Hic autē finis diverſus eſt, vel inquam intuitu Dei vel noſtri vel proximi. Principium ergo Juris Naturalis conſtituens & obligationis, conſtituo aut potius agnoſco ipſam Naturam id eſt Deum: ejus, inquam, voluntatem. Quod ipſum & Magnus noſter agnovit Grotius *de j. bell. & pac. prolegom. n.* 12. & *libr.* 1. *c.* 1. §. 10. Adde Leibnitz. *epiſtol. quam exhibui poſt Puſendorffium de offic. homin. & civis: append.* 3. Sed cum non ſatis ſit, legislatorem jus conſtituiſſe, immo & promulgaſſe, ſi non & ſubditi id latum promulgatumque eſſe ſciant: & hic in principia cognitionis ſive fontes, ut Grot. *dict. proleg. n.* 8. loquitur (intellige immediatos ſive probationis & cognitionis: quippe quibus locum non omnem ſed aliquem Grotius dat, etſi, quod nequaquam dat, daret, Deum non eſſe: *d. prol. n.* 11.) inveſtigandum eſt. Ubi dum hominem rationalem, ſocialem, & facultatibus naturalibus inſtructum deprehendo: video eundem non a ſe eſſe ſed a

Creatore aliquo: video eundem ad ſocietatem propendere eademque omnino indigere. *conſ. Geneſ.* 1. 28. *l.* 2. *in f. de legib.* video facultates a ſummo opifice inditas non fruſtra datas eſſe. Hinc 1. concludo, creatorem illum benefactoremque meum omni amore & cultu eſſe afficiendum: 2. ſocietati humanæ eſſe ſtudendum, & 3. quatenus per priora licet, facultatibus meis me poſſe indulgere. Hinc tria cognitionis principia aut principiata (ut mundi ſcil. creati finis, ſit principium tale adæquatum unicum) adeoque ſubalterna fundamenta colloco, legesve latas deprendo: veluti, Deum ama ejusque juſſui obtempera: ſocietatem cole: in ceteris fac ſis quod lubet. Ubi miror illum ternarium numerum quosdam mirari, quaſi novum ſit, plures, ab uno Legislatore, promulgari leges. Et ut mirari deſinant Chriſtiani, invito hos ad *Matth. cap.* 22. *verſ.* 37. 38. 39 40. Si quis tamen unum *conſtitutum* velit, ille habeat hoc: *Ama. arg. d. c.* 22. *verſ.* 37. *& ſeqq.* Quo tum inculcabitur *tergeminus* amor, erga Deum, inquam, ſe ipſum, & proximum. Veluti unum adæquatum ſive generale probationis indicavi, ex mundi creati fine. Voluntas ergo Dei, eſt unicum principium, ſed conſtituens:

Ce-

Cetera autem, conſtituta & cognoſcendi. Dixi latius *Orat. de Jur. Natur.*

§. 10. Ex quibus proporro infero: ea quæ primi illius generis, de quo §. *præc verſ. Hinc* 1. ſunt Jura Naturalia, eſſe immutabilia, utpote ex immutabili Deitatis ſcaturigine procedentia. Cetera autem per Deum aut Gentes reſpective (ut loquuntur) mutabilia eſſe: cum & ſocietates & natura humana mutationibus obnoxiæ ſint. Et quis hujusmodi Jura Naturalia ſæpius a Deo ceu eorumdem opifice (reſpectu enim hominum, omne Jus Naturale, eſt immutabile *ag. l.* 35. *ff. de R. J.* etſi effectuum externorum ſive forenſium detractionem ſæpe patiatur *l.* 6. *de I. & I.* vid. *de Iur. Virgin.* §. 33.) mutata eſſe, neget?

§. 11. Quod ergo Grotius *d. prolegom. n.* 16. humanam naturam Juris Naturalis matrem eſſe, affirmat: id non de omni Jure Naturali verum eſt, ſed de illo duntaxat, quod ad poſteriora illa duo de quibus §. 10. dixi, referri debet.

§. 12. Hæc eadem & Juris Gentium, ſecundum genealogiam Grotii *d. n.* 16. *& ſeq.* quaſi aviam exhibent, aut proaviam. Jus enim Naturale produxit obligationem ex conſenſu, utilitatibus & neceſſitatibus humanis fundato: ex quo iterum Jura Gentium.

§. 13. Ex quibus tum corruit vulgata illa Juirs Gentium in Primævum & Secundarium diviſio. Iſtud enim Primævum a Jure Naturali diverſum non eſt. Quod ſi autem Jus Naturale & Gentium a cauſa Efficiente mediata aut immediata *ſecundum* §. 1. 2. *&* 3. *l. de I. N. G. & C. & ſimil.* non diſtinguas: ſed ratione *ſubditorum* ſive *parentium* pro uno eodemque habeas, itaque nonniſi duo Jura, Gentium nempe & Civile, agnoſcas: convenienter §. 11. *&* §. 41. *l. de R. D. l.* 84. §. 1. *de R. I.* recte Jus Gentium aliud Primævum agnoſces, aliud Secundarium. Ita ut tum illud Primævum, ſit ipſiſſimum Jus Naturale: quod ipſum Ius Naturale tum Gentium Jus appellabis quia omnes gentes ei parent, non tantum gens una, veluti hoc in Jure obtinet Civili, quippe quod quælibet civitas ſibi habet proprium.

Tit. II. *De Origine Juris & omnium magiſtratuum & ſucceſſione prudentium.*

§. 15. Tertio, Juris originem hic docemur hiſtoricam. Ubi moneo, triplicem Romani populi atque juris, per ſucceſſiones temporum obſervari debere ſtatum: nempe 1. Regium: 2. Libertatis

tatis ſive Popularem: & 3. Imperatorium. §. 16. Regius ſub ſeptem Regibus a Romulo in L. Tarquinium Superbum uſque, per duo ferme ſecula cum dimidiato, decurrit. De quo lege ſis *l.* 2. §. 1. *&* §. 2. *ff. de O. I.*

§. 17. Libertatis ſive popularis ſtatus, tres iterum diſcernuntur Epochæ: Antedecemviralis, Decemviralis, & Poſtdecemviralis: liceat ita loqui. *arg.* §. 2. *fin. I. de tutel.* Prima harum cœpit, Regibus per Legem Tribunitiam exactis *l.* 2. §. 3. *h. t.* In hunc enim ſenſum commate interpungi debet contextus *in d. l.* 2. §. 3. vid. §. 22. *in fin. infr.* Nec enim Junius Brutus tribunus Celerum de legibus abrogandis, ſed de regibus ejiciendis rogaverat. Leges etiam quædam Regiæ permanſerunt: veluti quod leges Tullias populus revocavit. *Dion. Halicarn. libr.* 5. Add. *l.* 2. *ff. de mort. infer.* Idque vult τὸ *magis* in *d. l.* 2. §. 3. Secunda Epocha illa Decemviralis vocatur non a Decem Viris *miſſis* (etſi ita habeas in *d. l.* 2. §. 4. Fuerunt enim non niſi *tres* in Græciam legum petendarum cauſa miſſi) ſed *conſtitutis* ad promulgationem, hancque non tabulis *eboreis* (etſi id ita narret errans iterum JC. *in d. l.* 2. §. 4.) ſed *æreis* decem, perficiendam: quibus poſtea acceſſere duæ tabulæ aliæ: unde tum

tum enatæ celebratiſſimæ illæ duodecim tabularum leges. De tertia Epocha *vid. d. l. 2. §. 5. & ſeqq. de O. 1. & quæ dixi ad. I. 1, aphor.* 17. add. Alex. ab Alexandro *gen. dier. VI.* 23. *& I.* 3.

§. 18, Imperatorius ſive Cæſareus ſtatus cœpit a Lege Regia lata, qua Auguſto populus omnem poteſtatem contulit. *d. l.* 2. §. 11. *de O. I. &*. §. 6. *I. de J. N. G.*

§. 19 Imperatorii hujus ſtatus, quinque commodiſſime poſſunt epochæ commendari: puta 1. ab Auguſto ad Conſtantinum Magnum, trium ſeculorum, quæ Imperatores habuerunt Ethnicos. 2. A Conſtantino Magno ad Juſtinianum noſtrum Magnum, trium ferme iterum ſeculorum, aut ſaltem duorum & pluſquam ſemiſſis. 3, Ab hoc ad Carolum Magnum, qui anno octingenteſimo Romanum Imperium ejusque dignitatem ab Orientalibus ſive Græcis Imperatoribus in ſe fecit tranſire. 4. Ab eo tempopore ad Fridericum uſque Barbaroſſam ſive Primum. Tum 5. exinde in id temporis quo nunc veſcimur aura ætheria.

§. 20 Tertia quam dixi epocha Cæſarea iſtud habet memorabile inter alia (vid. quæ dixi *ad I. libr.* 1. *aphor.* 1. *ſeqq.*) quod Longobardi, imperante Juſtino Curopalate (fuit enim ſub Juſtiniano, Præfectus Prætorio)

torio) ſive Juniore aut Secundo, qui Avunculum habuit Juſtinianum & filiam Arabiam, de qua Rupert. *ad Beſold. pag* 582. (quod in tranſitu nota ad inſcriptionem legis 10. C. de J. & f. ignor. de qua dixi infra *Parte* 3. §. 11. *& Irn. inj. vapul. c.* 41. §. 10.) Italiam invaſerint, eandemque, Roma excepta, per ducentos, & ultra annos, regno ſuo tenuerint. Occaſionem fertur dediſſe Narſes eunuchus ſed ſtrenuus bellator, qui, a Sophia Juſtini conjuge ad penſa, muliebre opus, domum revocatus: ſe talem, dixit, telam exorſurum quam ipſa nunquam eſſet abſolutura: itaque Longobardos qui tum Pannoniam incolebant excivit, qui (dulcibus pomis, carne ſucci plena, vino odorato, pulchris feminis, piſcium varietate, temperatoque aere, quibus Italiam gaudere audiverant, illecti. *Paul. Diacon. lib.* 8.) ad ducentorum millium numerum, Italiam inundaverunt. Miſit equidem iſtis Juſtinus Longinum obviam Exarchum (quaſi diceres Imperatoris vicarium) qui & cum ſucceſſoribus ſuis partem Italiæ defendit, non potuit tamen Longobardos a maxima Italiæ parte arcere. Unde tum Italia quaſi triceps fuit, in Regnum Longobardicum, Exarchatum, & ditionem Romanam diviſa. Unde & Pontificis

Romani

Romani potentia crevit (*vid.* §. 26. *& ſeqq. infra*) & Longobardica jura in Italiam inducta ſunt. Eaque Feudorum in Italia origo eſt.

§. 21. Quarta illa quam a Carolo M. ortum trahere dixi Epocha, vel ideo notari debet quod leges quæ deinde ab Imperatoribus Græcis ſive Orientalibus latæ ſunt, pro Romanis agnoſci, aut Romani orbis ſubditis latæ eſſe, dici non poſſint. *vid. ſupra* §. 19. *n.* 3. Hinc Novellæ Leonis, etſi Corpori Juris Civilis vulgo ſubjectæ appareant, rectius tamen ab eodem avellentur: cum Romani orbis reſpectu leges nequaquam ſint, ſed ab Imperatore extero promulgatæ quæ ad iſtos non magis ſpectant quam hodierni Turcarum Imperatoris ſancita. Eadem ratio eſt Baſilicorum: quæ labente ſeculo nono & inchoante decimo, Orientis Imperatores Baſilius Macedo inchoavit, Leo perfecit, Conſtantinus Porphyrogeneta conſummavit.

§. 22. Friderici Primi, de quo §. 19. *n.* 4. ſupra dicere cœpi, tempora in ſeculum a nato Chriſto duodecimum incidunt medium. Circa quod tempus nonnulla ad Jus noſtrum ſpectantia emerſerunt notabilia. Enimvero Jus Romanum quod in Occidente jam per multum temporis per Longobardo-

dorum, Normannorum, Herulorum, Gothorum, aliarumque nationum invaſiones, quaſi internecioni datum planeque ſepultum fuerat, tum quaſi per παλιγγενεσίαν reviviſcere occœpit. Cum enim jam ante Friderici I. imperium, eodem tamen adhuc ſeculo duodecimo, Lotharius Secundus Normannos Italia exigeret, urbemque regni Neapolitani Amalphim (Salerno proximam) expugnaſſet, repertum inibi eſt antiquiſſimum exemplar Pandectarum, quod dictus Lotharius II. & Pontifex Innocentius II. (nam & hic belli ſocius fuit) Piſanis, quod claſſe eos adverſus Normannos juviſſent, ceu operæ egregie navatæ præmium, donaverunt: quod ipſis Florentini deinde jure belli victores ademerunt & Florentiam tranſtulerunt. Unde Pandectæ eædem Amalffitanæ, Piſanæ, & Florentinæ audiunt. De quibus noris, eas ceterarum editionum fontem eſſe *v. Part.* 5. §. 101. *& Part.* 6. §. 158. *infr.* omnibusque fere carere interpunctionibus, adeo ut & ipſa verba per continuam ſeriem conjuncta ſint. Unde commata aliaſque interpunctiones, unicuique ibi collocare fas eſt ubi analogia Juris ſuadet, aut ratio jubet. *v. ſupra* §. 17. *& infra* §. 77. *item Part.* 4. §. 8. 153. §. 158. *&* §. 174. *Adde* Mauritium *de libris Juris Commun. th.* 9. *& ſeqq.*

§. 23.

§. 23. Ita occaſio fuit, & Pandectis & reliquo Juri Juſtinianeo operam impendere, lucemque facere. Princeps Interpretum emerſit Irnerius, Imperatoris dicti Lotharii Secundi Conſiliarius & Cancellarius, primusque in Italia Anteceſſor Bononienſis: qui non Pandectas tantum ſed & Codicem gloſſis ſuis illuſtravit: conſequenter & in Authenticas Codici jam olim inſertas laborem ſuum contulit.

§. 24. Sunt autem Authenticæ, brevia quædam *excerpta* (*extracta* vulgus Legulejorum vocat: teſte Voſſio *de vit. ſermon.*) ex Novellis Juſtinianeis olim eruta & in Codicem Juſtiniani interjecta, quaſi novelli Juris repertoria. Cum enim Novellæ Juſtiniani ferme prolixæ ſint & plerumque præter neceſſitatem garrulæ, viſum fuit jam confeſtim a Juſtiniani obitu, conſultum eſſe, ſi jus illud Novellum in compendium mitteretur. Veluti illuſtris JCtus Julianus, Patritius & Anteceſſor Conſtantinopolitanus, Νομικῆς φάος cognominatus, id Juſtiniano vix mortuo, aggreſſus eſt epitomen Novellarum non omnium 168. ſed ſolarum 125. edendo. Credibile omnino ut ſit, vel Julianum ipſum vel circa ejus tempora alium, Novellarum iſtas epitomes, quas Authenticas appellamus, exceptis tamen

illis Fridericorum de quibus §. 31. *infra*, Codici intuliſſe: ut tanto major legentibus eſſet commoditas, jus quippe noviſſimum ipſi Codici intruſum una ſerie cum Codicis Jure legentibus: quod dicta illa epitome Julianæa non præſtabat.

§. 25. Verum cum dictus Anteceſſor Irnerius deprehenderet, compendia illa in Codicem rejecta, aut curta nimis ſubinde eſſe aut alieno loco collocata: conſtituit (idem & alii deinde ſecuti ſunt) eadem latius extrahere, illiſque commodiorem locum aſſignare. Ut labor duplex ſit Irnerii circa authenticas: tum in extrahendo id eſt extendendo & augendo: tum in aſſignatione commodioris loci, occupatus. Unde quilibet videt, Irnerium nullarum authenticarum integrarum primum auctorem eſſe. Niſi auctorem intelligas reſpectu extenſionis, & collocationis: quod poſterius in dictis Fridericianis unice auctorem facit. conf. *l.* 2. §. 2. *de O. J.* Quod ſi ergo alicubi legis, Irnerium authenticas *extraxiſſe*, *aptaſſe*, *poſuiſſe*, *aſſignaſſe*, *compilaſſe*, id ne te turbet. Enimvero an *extrahere*, eſt idem quod *primum auctorem eſſe*? Nil minus. Apud Q. Curtium *libr.* 8. *c.* 6. habes convivium in lucem *extractum*: veluti in l. 10. ff. ad exhib. judicium in aliquod tempus *extractum*: id eſt productum & protractum. *Aptare* eſt applicare: ut in illo Horatii: *aptantur enſes dexteris: in*

epod. aut commodum quid reddere: ut apud eundem 4. *od.* 12 Conf. *Phædr.* 4. *fabul.* 14. Nec morari poteſt ſequens *Ponere.* Nam *ponere conſtitutionem*, eſt illi locum quendam aſſignare. 2. *Feud.* 9. *vid. Part.* 7. §. *ult. Conf. Tacit.* 3. *hiſt.* 78. *ibi: culpam omnium uni aſſignare. add. Auth. Omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ.* Compilare quid? Docet Feſtus. in *compilare:* & Iſidor. *libr. orig.* 10. *Compilare*, ait Feſtus, *eſt cogere & in unum condere. Compilator*, inquit Iſidorus, *qui aliena dicta ſuis permiſcet: ſicut ſolent pigmentarii in pila diverſa mixta contundere. Hoc ſcelere quondam accuſabatur Mantuanus ille vates, cum quoſdam Homeri verſus transferens ſuis permiſcuit: & cum compilator veterum ab æmulis diceretur: ille reſpondit, magnarum eſſe virium, clavam Herculi extorquere de manu.*

§. 26. Porro notari meretur, circa idem ferme tempus prodiiſſe compilationes Juris Canonici, & Juris Feudalis.

§. 27. Et illud quidem Monachus quidam Bononienſis (forte Anteceſſoris Bononienſis Irnerii exemplo excitus) Gratianus, ordinis S. Benedicti, ordiendo: primam Corporis Juris Canonici, ut nunc eſt, partem, quæ *Decretum* vocatur, ex variis patrum dictis, conciliorumque decretis concinnavit, adjectis etiam variis ex S. Scriptura, Legibus Romanis, & Pontificum conſtitutionibus, excerptis. Immo & de

de ſuo nonnihil intruſit: veluti Partes, & Partium continuationes: Item, rubricas: forte & canones illos quos *Paleas* id eſt rem nauci & levem *l. ult.* §. 1. *C. de ſervitutib.* inſcribi videmus. *vid. c.* 1. *diſt.* 5. *c.* 2. *diſt.* 6. *c.* 13. *& ſeq. diſt.* 96. Vid. quæ ſcripſi *de Jure Ventris parte* 10. *ſect.* 1. §. 9. Unde decidi debet quæſtio: an Decretum vi legum polleat? quod negandum, niſi quatenus ex iis quæ legum vim habent, depromtum eſt. vid Delrio *diſquiſ. Magic. libr.* 5. *ſect.* 16. Plettenberg, *introd. in jus Canon. c.* 22. *n.* 3. Zoeſ. *ad decretal. præfat. n.* 10. Diviſum eſt hoc Decretum in tres partes: Pars prima habet diſtinctiones. Hæ a diſtinguendo dicuntur id eſt in ordinem digerendo. *Conf.* §. 4. *ſupr.* Secunda: cauſas continet & quæſtiones: nullas diſtinctiones: excepta cauſa 3. quæſtione 33. ubi ſeptem diſtinctionibus agitur de *pœnitentia.* Tertia pars Decreti habet quinque diſtinctiones de *conſecratione.* Quoties ergo diſtinctionis mentio fit, & *de pœnitentia* aut *conſecratione* nihil adjicitur, tene ſis, indicari textum partis primæ Decreti.

§. 28. Acceſſit deinde Pars Juris Canonici poſterior, quæ complectitur quinque partes, quæ *Decretalium* (ſubintellige Epiſtolarum: *conf.* §. 6. *I. de j. nat. g. & c.*) titulum præ ſe ferunt. Harum prima citari ſolet per X. quod denotat *extra.* ſcilicet extra Decretum: com-

plectiturque quinque Decretalium libros, auctoritate Pontificis Gregorii IX. editos. Secunda pars citatur: *in Sexto.* vel: *in* 6. Quia continet ſextum Decretalium librum a Bonifacio IIX. compoſitum. Tertia Pars continet Clementinas, dictas a Clemente V. qui eas congeſſerat: etſi ab ejus ſucceſſore demum ſint editæ. Solentque allegari per *clem.* vel *clement.* Quarta Pars continet extravagantes Johannis XXII. Quinta, plurium Pontificum decretales: hinc vocantur extravagantes communes: cum illæ ſoli Johanni XXII. debeantur, unde & *Johanninæ* nonnullis audiunt. Solentque & allegando diſtingui, ut illæ *extravag.* hæ autem *extravag. commun.* citentur.

§. 29. Has quinque Decretalium Partes apud illos qui majeſtati Pontificiæ parent, legum vim habere, dubitari nequit. Apud ceteros valebunt ex recepto: ad inſtar Juris Juſtinianei. Cumque Ius Canonicum prius recipi potuerit quam Ius Civile, utpote cum Civile per aliquot ſecula ignoratum delituerit, conſequitur, in dubio potius receptum cenſeri Ius Canonicum quam Civile. *vid. Irner. injur. vapul. coit.* 32. §. 16. Add. *infra Part.* 6. §. 77. Acceſſit equidem & Iuri Canonico liber decretalium Septimus opera Petri Matthæi JC. concinnatus: item Lancellotti, nec non Caniſii, aliorumque: (ut Antonii Cucchi, in quem notas ſcripſit

Ma-

Mareſius) Inſtitutiones Iuris Canonici : ſed abſque ulla hactenus Pontificis alicujus confirmatione.

§. 30. Ius Feudale (de quo §. 20. & 26. dixi) jam olim ſeculo ſexto & ſequentibus in Italiam ex Germania productum, tandem duo Conſules Mediolanenſes Gerhardus Niger Capagiſtus & Obertus de Orto, temporibus Friderici I. colligere ceperunt, ab aliis deinde, ſpeciatim ab Hugolino JCto ſub Friderico II. adauctum, duobusque libris ex Gloſſæ (Cujacius diviſit in libros quinque. Dixi *Not. Feud.* 10.) auctoritate comprehenſum, & decimæ collationis titulo a nonnullis inſignitum. vid. Maurit. 1. *feud. controverſ.* 9. Hoc Jus Feudale conſtitutionibus confirmatum eſſe, admonui *ad Feltmanni tr. de feud. not.* 11.

§. 31. His iiſdem temporibus, novum incrementum accepit Corpus Juris Civilis, dum Friderici I. & II. aliorumque Imperatorum conſtitutiones ad finem dicti Corporis Juris, immo & nonnullæ eorundem Fridericorum Leges in ipſum Codicem Iuſtinianeum deductæ ſunt, veluti Friderici I. eſt *Auth. Sacramenta puberum. C. Si adv. vendit. & Auth. Habita C. ne fil. pro patr.* Friderici autem Secundi eſt *Auth. Gazaros. C. de hæret.* Hujus tempore cum Irnerius amplius non vixerit, ſequitur, Irnerium non eſſe unicum auctorem Authen-

thenticarum. vid. quæ dixi *Irner inj. vap. in proluſion.*

§. 32. Ad hoc caput pertinet hiſtoria Magiſtratuum, & JCtorum Romanorum. De illis legatur *l.* 2. §. 14. *& ſeqq. h. t.* De his *d. l.* 2. §. 23. *ſeqq.*

TIT. III. *De Legibus Senatusque conſultis & longa conſuetudine.*

§. 33. QUarto Juris ſpecies exponuntur famoſiores: in quibus ſecundum rubricas Pandectarum ſunt: 1. Lex. 2. Senatus conſultum. 3. Longa conſuetudo. 4. Conſtitutiones Principum. *rubr. ff. h. t. & tit. ſeq.*

§. 34. Lex alibi ſtrictius pro *populiſcito* (ut Tacitus 3. *annal.* 58. *n.* 2. & Corn. Nepos *Ariſtid. c.* 1. *n.* 5. loquuntur) accipitur §. 4. *I. de jur. natur.* Alibi pactum notat. *l.* 39. *de pact rubr. ff. de lege commiſſor.*

§. 35. Sed hoc loco lex latius ſumitur, quam ut Populi ſcitum notet: Nam & Plebiſcita ſunt leges §. 3. *I. de jur. natur.* & Prætorum Edicta *l.* 1. § 2. *Unde cog. &c.* Eſtque idem quod Jus Civile expreſſa Legiſlatoris voluntate promulgatum *arg. rubr. ff. h. t.* Notabiliter Lex in *l.* 1. *& l.* 2. *h. t.* vocatur, *communis reipublicæ ſive civitatis ſponſio.* Sponſionem intellige expreſſam, qualis in ſtipulationibus obtinebat. §. 1. *I. de V. O.* Ce-

O. Ceterum, & pactum tale tacitum ineſſe conſuetudini, quis neget? enimvero *quid intereſt, ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret an rebus ipſis & factis? l. 32. §. 1. de legib.* Unde omne Jus Civile adjunctum habet pactum aliquod ſingulorum civium aut expreſſum aut tacitum. Unde non eſt quod cives de legum duritie conquerantur, poſtquam in eas ſemel conſenſerunt. Volentibus enim non fit injuria. Unde & ad pœnas civiles quaſi ex contractu obligabuntur *l. 34. jur. fiſc. l. 52. in f. de re jud.* Adde ſis quæ dixi *libr. 4. ad Inſt. aph. 68. in f.* ubi de filiofam, mutuum pecuniarium accipiente, quem id ſalva conſcientia retinere poſſe, dicta pacti civilis indoles efficit. Aliud exemplum *vid. infr. Part. 4. §. 15.*

§. 35. Præterea legum natura eſt, ut ferantur de rebus quæ eveniunt plerumque: Quæ enim raro exiſtunt, ea prætereunt legumlatores *l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de legibus.* Immo, dicat quis, de rebus etiam rariſſime emergentiqus leges latas eſſe conſtat, Ita exemplum habes in *l. 7. §. 5. A. R. D.* Vis alia? Mulierem quinquagenaria majorem parere, mirabile eſt & raro contingens *l. 12. C. de legit. her.* & tamen dicta lex 12. de tali partu lata eſt. Henrici Sexti, Imperatoris, uxor, anno ætatis quinquageſimo peperit. *Hubner. in Ejus vita.* Inſulam in mari naſci rarum eſt: & tamen de ea extat §. 22. *I. de R. D.*

R. D. Mulieres donare rarum eſt *arg. l.* 33. §. 1. *de don. int. v. & ux.* & tamen de eo eſt *l.* 16. *C. don. ante nupt.* Ut de *l.* 3. *Si pars. her. pet. & l.* 36. *de ſolut.* nec non *l.* 11. *pr. ad L. Aq.* & *l.* 6. *C. de jur. dot.* nil addam. Quid reſpondemus? Sunt qui diſtinguant inter rara jam facta, & futura. Ut de his leges non ferantur: at de illis ferri. Quæ reſponſio manifeſte impingit in *l.* 6. *h. t.* & *d. l.* 3. *fin. ff. ſi pars her. petat.* ubi habes, legiſlatores præterire quod *jam bis extiterat.* Miſſis aliis, dico, diſtinguendum eſſe inter legum partem potiorem & pauciorem. Hanc reſponſionem commendat ipſa *l.* 5. *h. t.* in verbo *potius*, & confirmat experientia, qua nil certius eſt, quam potiorem legum partem de rebus plerumque evenientibus latam eſſe: pauciſſimam, de raris.

§. 37. Sunt, quid ad dictas leges 3. 4. 5. & 6. h. t. diſtinguant inter inopinata & rara. Quod tolerabile eſt, non equidem ad removendas objectiones de quibus modo §. 36. dixi? ſed ad differentiam quandam conſtituendam & tautologiam evitandam in dictis quatuor legibus. Ut dicta *l.* 3. *h.* loquatur (ut facit) de inopinatis. Ut ſenſus ſit: legum eam naturam eſſe, ut ſi quid præter opinionem eveniat, id regulam a lege propoſitam non evertere, immo & tum regulam in hunc caſum inopinum operari. Ita feriarum meſſibus vindemiisque indultarum ratio eſt

io eſt, favor agriculturæ vindemiæque *l. 1. pr. n fin. de fer.* at finge nunc eſſe earumdem oſo-em, poteritne invitus in jus vocari? nil mi-nus. Leges talem παραβαίνουσι. *l. 6. h. t. vid.* §. 128. *infr.* Aliud: Leges ante duos menſes non obligant *Nov. 66. c. 1.* at ſi alicui antea innotu-erint? præteritur.

§. 38. Quin cur non ad evitandam dictarum quatuor legum quam dixi tautologiam, dicere liceat, reſpici & ad regularum exceptiones. Ad quas & privilegia referre licet. Ut mens ſit *d. l. 6. h.* legiſlatores in legibus condendis regulam condere, ſalvis exceptionibus & jure ſingulari. *v. l. 14. l. 15. h. t. l. 1. l. 80. l. 202. de R. J. l. 1. de reg. Caton. v. l. 67. fin. de contr. emt* & §. 50. *infr.*

§. 39. Præterea, legum ea natura eſt, ut ad futura negotia ſpectent, non ad præterita *l. 22. ff. l. 7. C. h.* niſi ſcil. Legiſlatori aliud placuerit, ceu vigore Dominii ſui Eminentis facere poteſt. *l. f. C. de pact. pign. Nov. 115. C. 1. in fin.*

§. 40. Dixi de hoc Dominio Eminente (Alii *Majus* vocant. *Alciat. 2. parerg. 15.*) *tract. de Jure Ventr. part. 2. ſect. 1. num. 1.* ubi ex Divino Vicariatu Principum id deductum vide ſis. Addo nunc argumentum diſſentientium (inter quos eminent Zieglerus & Feldenus *notis ad Grot. lib. 1. cap. 1. §. 6.* & Lyſerus *ſpecialib. integr. diſſertationib.*) fortiſſimum, ut videtur. Dicunt: Dominos habere etiam jus abutendi:

at Dominium (quod vocamus) Eminens iſto jure non gaudere. Sed id nil niſi palea eſt. Reſpondeo enim 1. quod ad *utilitatem* re noſtra utamur, id non impedire naturam dominii. 2. differentiam ſpecierum non tollere convenientiam in communi genere. Species inter ſe differre debent, alias enim non eſſent diverſæ ſpecies. Argumentum ergo oppoſitum hoc ſaltem vincit, quod Dominium Eminens, non ſit idem cum Dominio Vulgari: quod concedimus, immo volumus. 3. dominii naturam per ſe de Jure Naturali non dare poteſtatem abutendi. *arg.* §. 9. *in fin ſupra.* etſi Legiſlator Civilis abutentem non puniat. Inane eſt, quod dicunt, dominium a domo dici. Sumitur enim hic Dominium pro imperio *v. l.* 9. *ad. l. Rhod de jact. l.* 3. *de his quæ in teſt del. Sueton. c.* 59. *fin.* Add. Cruſius *diſſert.* 1. Unverfährt. *Pædia Iur. c.* 20. Becman. *met, pol. & parall. c.* 21. Krebs *miſcell. qu.* 2. *n.* 45, *ſeqq.*

§. 41. Legis virtus eſt: imperare, vetare, permittere, punire. *l.* 7. *h.* Datur ergo & Jus aliquod permiſſivum ſive permittens: ut non omne ſit præcipiens. *v.* §. 62. *infra.*

§. 42. Sed annon & quinta legis virtus eſt: *ſuadere*? Profecto *pr. I. de nupt.* §. 10. *I. de teſtam.* §. 3. *I. ſubſt. pupill.* Legatur quæſo *l.* 24. *de R. V. conſ. Part.* 6. §. 219. *n.* 1. & ita capiatur *l.* 34. *ff. h. t.* d. qua *ſ.* 45. *infra.* Add. §. 161. *infr.* Quin eſt & Sexta legis virtus *remunerari. l.* 5. *C. qu. res. pign. obl. l.* 1. §. 1. *ſ. & ſ.*

§. 43. Ad interpretationem juris nota, (1) legum unam ex alia eſſe ſupplendam, & unam legem ad aliam pertinere *l.* 26. *l.* 28. *h.* Legiſlator enim eſt contentus quod ſemel mentem ſuam declaraverit §. *pen. I. de L. Aquil. v.* §. 46. *infr. & Part. v.* §. 65. *Part.* VI. § 236 *in fin. Part.* VII. §. 41. *in fin.* Item (2) incivile eſſe niſi tota lege perſpecta de parte ejus velle judicare. *l.* 24. *h. t.* Item (3) Scire leges, non hoc eſſe, verba earum tenere, ſed vim atque poteſtatem. *l.* 17. *h.* quacum confer *l* 13 §. 2. *excuſat. l.* 6. §. 1. *V. S. l.* 7 §. 2. *juriſd. l* 32. *ad l. Aquil.* Adeo ut ratio legi inſerta, ex lege ſpeciali faciat generalem *l.* 9. §. *f. de j. & fact. ignor.* vid *Part.* VII. §. 35 & §. 41. (4) Plura vide ſis in *l.* 14. *ſeq. l.* 20. & *ſeq. h. t. v. Part.* 2. §. 143.

§ 44. Senatus conſultum (*v.* §. 33. *ſupra*) eſt jus quod Senatus conſtituit. *l.* 9. *h.* Cum enim Imperatores remp. occupaſſent, populo tamen ſub initio conculcatæ per eosdem Imperatores libertatis, umbram ejus relinquendam eſſe, intelligerent, placuit, vice populi nimium aucti, Senatui illum præſtare honorem ut ab Imperatoribus conſuleretur §. 5. *I. de jur. nat. l. f. inf. C. de legib.* Quam conſultationem per Orationes (ſive epiſtolas *l. un.* §. *f. off. quæſt.*) ſive a ſeipſis ſive aliis Imperatorum vicem gerentibus pronuntiatam, Senatui proponebant: unde jus SCto tributum invenies. At in libera rep.

non

non ſuper jure conſtituendo, ſed ſuper alia reip. cura, conſilia ſua Senatus inſtituebat. *l.* 2. §. 9. *h.* legum quippe latio, veluti & belli inferendi finiendique arbitrium, & magiſtratuum creatio, erant penes populum. *Dionyſ. libr.* 2. Add. *Part.* 5. §. 172.

§. 45. Longa Conſuetudo (*jung.* §. 33. *ſupr.*) eſt jus non ſcriptum per diuturnos mores civium introductum. §. 9. *I. jur. nat. l.* 2. *C. q. ſit long. conſ.* Per eam, legem ſcriptam anteriorem abrogari, dubio videtur carere: §. *pen. I. de jur. natur. arg.* §. 9. *eod. junct. l. f. de conſtit. princ.* Nec obſt. *l.* 2. *C. quæ ſit long. c.* utpote quæ non ferit quæſtionem, cum agat de conſuetudine *abroganda*, at nos de *abrogante.* Diſſent. Connan. 1. *comm.* 9. *num.* 10. Giph. *ad* §. *pen. I. de jur. nat. gent. & civ.* Aliter Ludovic. Vital 2. *lection. antiq.* 28. Quantum autem temporis hic requiratur, arbitrio judicis, cum tempus circa hunc articulum (a diverſis *in l.* 56. *loc. l.* 1. §. *f. l.* 2. §. 1. & §. 4. *de aqua & aq. pluv. pr. I. de uſucap.* non valente conſequentia) *l. f. calumniat.*) nulla lege determinatum ſit, committendum eſt *l.* 1. *fin. de jur. delib.* Menoch. *arb. jud quæſt. libr.* 2. *q.* 81. *num.* 2. *ſeqq.* Bronchorſt. *centur.* 1. *aſſ.* 8. Scotan. *ad. ff. diſp. th.* 2. Diſſ. Mynſinger. 6. *obſervat.* 41. *num.* 9 *ſeqq.* Vultej. *ad* §. 9. *I. de jur. nat* Donell. 11. *comm.* 10. Zoeſ *ff. de legib. num.* 12. Cui eidem judicis arbitrio relinquen-
da

da eſt & actuum frequentiæ determinatio. *arg. d. l.* 1. Connan. 1. *comm.* 10. Unde nec neceſſario requiruntur actus judiciales: etſi eosdem adducere perutile ſit, quale conſilium ſubminiſtrat *l.* 34. *h.* vid. §. 42. *ſupr.* Leeuwen *cenſ. for* 1. *c.* 1. *n.* 15. Sed nec requiritur, ut conſuetudo per omnia ſit rationabilis: nam nec quo ad leges id requiritur *l.* 14. *& ſeq. de LL. l.* 141. *R. J. l.* 6 *pr. de J. & J. l.* 12. §. 1. *Qui & a quib. man.* §. *ult. l. de her. quæ ab inteſt.* Valet ergo Conſuetudo irrationabilis interim, uſque dum abrogetur. *l.* 39. *ff. L* 4. *l* 2. *C. Quæ ſit long. conſ. Nov.* 134. *c.* 1. Conf. Thomaſ. *de Conſuetud.* §. 107. *&* §. 113. *ſeqq.* Sonneman. *ad d. Nov.* 134. *c.* 1. *n.* 10. Brandmyler *Manud. ad verb: Conſuet. irrat.*

Tit. IV. *De. Conſtitutionibus Principum.*

§. 46. RESTAT ex §. 33. ſupra, ut de Conſtitutionibus Principum (quæ & cœleſtia oracula & divinæ ſanctiones *l.* 10. *C. de SS. Eccleſ.*) addamus. De his dixi *ad I. libr.* 1. *aphor.* 17. Hic noto (1) Principem legibus ſolutum eſſe *l.* 31. *de legib. Nov.* 105 *c.* 2. *fin.* niſi ſe ad quaſdam ſponte alliget *l.* 23. *legat.* 3. *l.* 4. *C. de legib.* vid. Ungepaur. *exerc.* 2. *Q.* 5. Aliter P. Voet. *ad* §. 6. *I. de J. N. G. C.* Krebs *miſc. qu.* 2. Goth. *ad d. N.* 105. *c.* 2. *in fin.* Sluter. *ad Hippol. a Lapide. part.* 1. *c.* 5. (2) Inſpicio *l.* 1. §. 1. *h. t.* credoque ea quæ ibi de epiſtola & ſubſcriptione, de-

creto

to item & interlocutione, dicuntur, accipienda eſſe cum ſupplemento ex *l.* 3. *C. de legib.* ſi nimirum pateat, mentem legiſlatoris eam eſſe, ea quæ in certis caſibus prolata ſunt, in ceteris debere generaliter obſervari. Si de tali enim mente non appareat, non gaudebunt vigore juris generalis: ne quidem ſententiæ, inquam, definitivæ. Subque hac diſtinctione facillimo negotio componitur diſſidium inter *d. l.* 1. §. 1. *ff. h. t. l. ult. C. de legib.* & *l.* 2. *C. eod.* Legum enim unam ex alia ſupplendam eſſe, admonui *ſupra* §. 44. *n.* 1. Idem ergo ſupplementum adhibeo & ad §. 6. *I. de jur, nat.* Adhuc admoneo, notabilem eſſe *l. pen. h. t.* de qua vid. Domat *Loix Civil. c.* 1. *n.* 17. & Adm. *Part.* 7. §. 130. *in fin.*

TIT. V. *De ſtatu hominum.*

§. 47. HIc incipit Pars Specialis de qua admonui §. 5. *ſupr.* Hæc, Jus expendit quatenus ad caput de 1. Perſonis 2. Rebus 3. Actionibus, pertinet. §. *ult. I. de jur. nat. l.* 2. *h. t.* Dixi *pertinet*. Ita enim eſt & utroque in textu quem hic adduxi. Ut inepte inde tria Jurisprudentiæ objecta geſtias fabricare. Ut non dicam, impoſſibile eſſe, ut Res & Actiones forenſes finis Juris, de quo §. 6. ſupra, capaces fiant. Objectum illius non eſt niſi unum, actiones ſcil. hominum morales, in quod jurisprudentiæ finis

poſſit

poſſit introduci. §. 1. *I. de J. & J. l.* 1. §. 1. *d. t.*

§. 48. Per perſonas intellige hoc loco homines. *rubr ff. h. t. junct. rubr. I. dej. perſon.* Quorum diviſio varia eſt, pro diverſo eorundem ſtatu: quem vel ex Jure Naturali vel Gentium vel Civili habent. Etſi enim alibi *Status* ſtricte accipiatur, pro capite libertatis, civitatis, & familiæ *pr. I. de cap. demin. junct.* §. 4. & §. 5. *eod.* immo adhuc ſtrictius pro ſtatu civitatis *l.* 1. §. 8. *ad SC. Tertull.* aut pro ætate 25. annorum *l.* 77. §. 14. *de leg.* 2. hoc tamen loco latius accipi, diviſiones quas ſubjiciam, edocent.

§. 42. Et quidem ex Jure Naturali homines ſunt (1) vel Maſculi vel Feminæ. Hermaproditi ſive androgyni tertiam ſpeciem non efficiunt, utpote cum aut maſculino aut ſequiori ſexui a potiori veniant accenſendi *vid. l.* 10. *de ſtat. homin. l.* 15. *de teſt. l.* 6. §. *ult. de lib. & poſt.* Pedantiſmum ergo merum ſapit, quod magiſter ille, Rufus apub Auſonium *epigr.* 50. volebat generis *neutri* eos eſſe. Uſum id habet in feudis, a quibus arcentur feminæ. Vid. Feltm. *tr. de feud. c.* 2. *th.* 1. & *c.* 8. *th.* 7. Dicuntur autem Hermaphroditi a Mercurio & Venere: quorum, ille Hermes, hæc Aphrodite apud Græcos audit: de quibus Ovid. *lib.* 4. *metamorph. Mercurio puerum & diva Cithe-ride natum Najades Ideis enutrivere ſub antris, Cujus erat ſpecies in qua materque paterque Cogno-*

ſc

ſci poſſet, nomen quoque traxit ab illis Exemplum hermaproditi refert Rabus *Boeckſael. Maj. Jun.* 1700. *pag.* 526. Androgynem alio ſenſu habes apud Valer. Max. *libr.* 8. *c.* 3.

§. 50. Marium feminarumque regulariter par eſt conditio. *l.* 4. *C. de lib. prater.* Verum veluti & aliæ regulæ ſuum ſæpe perdunt officium, falſæque ſunt *l.* 1. *de reg. jur. vid.* §. 38. *ſupra.* ita & idem fatum dicta regula experta eſt. Enimvero (1) marium conditio melior eſt, quod ad dignitates muneraque & officia publica a quibus feminæ remotæ ſunt, juxta regulam *l.* 2. *de R. J.* Dixi, *remotæ*: ita enim & textus *in d. l.* 2. Quod intellige de remotione Juris Civilis: alioquin non tantum in regnis ſæpe locum invenit illud: *Rex erat Eliſabeth, nunc eſt regina Jacobus*: Intellige Primum Angliæ, Sextum Scotiæ. G. Leti *vit. Eliſabet. Part.* 2. *libr.* 15. *fin.* cui junge Mariam Regem Hungariæ: & Voadicam Britannorum (neque enim ſexum in imperiis diſcernunt. *Tacit. vit. Agricol c* 16) aliamque ducem, apud Tac. *Agricol. cap.* 16. *& c.* 51. add. Chron. Colonienſ. *f.* 119 *a.* ſed & in jure privato videre eſt quam aptæ ad officia, *natura*, productæ ſint, veluti cum mater & avia ad tutelas Jus Civile iterum admovit, a quibus poſitiva ſua ſanctione feminas removerat. Sed non eſt id unicum caput, quod mulieres pejoris conditionis præſtat. Enimvero notanda eſt (2)

l.

l. 9. ff. h. t. cujus verba ſunt: *In multis juris noſtri articulis deterior eſt conditio feminarum quam maſculorum.* Quo pertinent & textus Canonici in *c. eſt ordo. c. cum caput. c. mulier debet, cauſ. 33. quæſt. 5.* ubi nota: *quia non eſt imago Dei.* Huc refero (3) quod feminæ errore juris indebitum ſolventes, id repetere nequeant *l. 10. & ult. C. de jur. & fact. ignor.* vid. *Part. 3. §. 11. infr. & Irner. injur. vapul. coit. 41. §. 10.* Contra (4) feminarum aliquando melior eſt conditio, veluti cum jus in quibusdam cauſis ignorare poſſunt *l. 9 pr. de j. & f. ignor.* cum inceſtus reæ ſunt, non tam ſevere cum iisdem agitur atque quidem cum viris. *l. 38. §. 1. de adulter. Novell. 12. cap. 1. Irner. injur. vapul. coit. 41. §. 2* ſimiliter in adulterio levius puniuntur. *Novell. 134. c. 10. can. indignantur. cauſ. 32. quæſt. 6.* ex interceſſionibus non obligantur *l. 1. & t. t. ad SC. Vell.* habent beneficium *Auth. Si qua mulier. C. d. t.* munitæ ſunt beneficio *l. 12. C. qui pot. in pign.* quæ aliaque videbimus infra ſuis locis. Interim vide aliud mox *infra §. 52. verſ. excepta.* De reverentia ſexus feminini, vid. quæ ſcripſi *de Jure Filior. membr. 6. §. 1.* quibus adde ſis illud de uxore ſua Catharina ſcribentis Lutheri: *Dominus meus* Ketha: apud Tentzel. *repoſ. bibl. cur. tom 1. p. 199.*

§. 41. Secundo, homines ſunt vel Nati vel Naſcituri. Hos vulgo *embryones* vocant: JCtis

autem *Ventres* audiunt. De his nota regulam, eos pro natis haberi (fictione Juris affirmativa) quoties de ipſorum commodo (etſi cum aliorum incommodo *l.* 6. *ff. de inoff. teſt.*) agitur: alias (niſi per conſequens *l.* 3. *de poen.*) non *l.* 7. *l.* 26. *ff. h. t.* Dixi *ſingulari libro de jure Ventris*, latius. Huc pertinet diſtinctio in Legitimos, Naturales, & Spurios. v. Mercer. 2. *opin.* 7. add. *infr. Part. I.* §. 178. *fin.*

§. 25. Tertio, homines ſunt vel infantes, vel pupilli, vel puberes, vel majores. Harum ætatum tempora Jus Civile determinavit, ut ad annum uſque ſeptimum infantia duret. *l.* 18. *C. jur. deliber. l.* 1. §. 2. *adm. tut. Macrob.* 1. *ſomn. Scip.* 6. Pupillaris ætas ut terminetur in maſculis anno decimo quarto, in feminis anno duodecimo. *pr. I. quib. mod. tutel. fin. l.* 25. *C. de nupt. l. ult. C. quand. tutor. eſſe deſ.* quod intellige de pubertate non plena: Plena enim anno demum decimo & octavo tam in feminis quam in maſculis, terminatur: excepta ſola alimentorum cauſa, quæ pubertatem plenam in feminis (eo quo maturius alimentis ſibi parandis idoneæ ſint) anno decimo quarto finit. §. 4. *I. de adopt. l.* 14. §. 1. *de aliment. leg.* v. *infr. Part.* 5. §. 132. In criminalibus etiam cauſis feminæ, (ne debilia iſta vaſcula gravius ob pubertatem puniantur maſculis *vid. c.* 4. *c.* 32. *q.* 6.) eodem tempore puberes cenſentur quo maſculi, *P. H. O.*

art.

Art. 164. De veteribus memoratur *pr. I. quib. mod. tut. fin. l. f. C. quand. tutor eſſ. deſ.* eorum aliquos pubertatem in maſculis olim ex indecora inſpectione æſtimaſſe. Quod alii carpunt & unquam uſu obtinuiſſe negant. Quaſi in magna ſcil. veterum caſtitate. v. *de Iur. Virg.* §. 11. Tempore inter pubertatem cœptam & plenam medio, ſumebatur toga virilis: anno inchoante 17. Pollet. *hiſt. for. Rom.* 2. *cap.* 7. quod Prætor poſtea mutavit. *v. Part.* 1. §. 169.

§. 53. Cumque leges in determinatione ætatum præciſe ultimum momentum exigere ſoleant *l* 3. § 3. *minorib. l* 3. *de jur. immun. l.* 2. *pr. de exc. tut. Ovid.* 5. *faſtor.* 65. (niſi aliud inquam expreſſe cautum ſit, veluti *l.* 5. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 8. *de muner. & hon.*) conveniens omnino juris analogiæ eſt, ut in quæſtione, quis pubertati, quis infantiæ, proximus dicatur? abſciſſe annorum numerum reſpiciamus. Conſequenter ut maſculus infantiæ ptoximus dicatur ab anno ſeptimo uſq; ad annum undecimum dimidiatum: & anni undecimi mēſes ſex poſteriores una cum anno duodecimo & duobus ſequentibus annis, pubertati proximos contineant. Quod & §. 18. *I. de obl. quæ ex del. l.* 111. *de reg. jur.* manifeſte exigunt, dum ætas pubertati proxima ibidem a doli capacitate diſtinguitur, ut ſcilicet quidam pubertati proximi ſint doli capaces, quidam autem non ſint. Dixi *d.* §. 11.

§. 54. A pubertate ad annum uſque vigeſimum quintum dicimur ſtricta acceptione (late enim loquendo etiam ipſi impuberes tales ſunt §. 2. *I. quib. alien. lic.* vid. *Part* 4. §. 155.) minores, ita ut ſi vel minimum momentum de anno vigeſimo quinto reliquum ſit, id minorennitati adhuc imputandum veniat *l.* 3. §. 3. *min.* §. 211. *infr.* quod veluti uſum habet quod ad beneficium reſtitutionis in integrum minoribus competens §. 5. *I. de. her. qual. & diff.* §. 33. *l. de action.* ita & exceptionem in *l.* 8. *ff. mun. & hon. Part.* 7. § 160. Hoc idem vitæ ſpatium venit & *ſecunda ætatis* appellatione. *l.* 8. § 3. *C. de bon. quæ liber.* & adoleſcentiæ §. 2. *I. de curat. junct. l.* 69. *legat.* 3.

§. 55. Majorum alii juvenes ſunt: alii ſenes. Ubi illud controverſiſſimum eſt, a quo anno ſenectus incipiat? vid. Menoch. *arb. judic. quæſt. libr.* 2. *caſ.* 53 Carpzov. *criminal. quæſt.* 144. *num.* 13. *ſeqq.* Mirum profecto, ſi leges quæ aliis ætatibus determinandis tam curioſæ ſunt, hac unice in parte accurationem ſuam deſeruerunt! *Jura* (inquit Ovidius 5. Faſtor.) *dabat populo ſenior, finitaque certis legibus eſt ætas.* Mihi ut perſuaſum ſit, ſenectutem ab anno ſeptuageſimo completo initium capere *arg. l.* 2. §. *ult. ff. de decurionib. collata lege* 3. *C. eod & l. f. C. qui æt. vel prof. l.* 3. *ff. j. immun. l.* 2. §. 7. *de vacat.* Nec moratur, aliquando anno ætatis quinquageſimo

quinto

quinto immunitatem indulgeri *d. l. f. C. qui ætat. vel prof.* cum id non ſenectutis privilegium ſit, ſed decurionatus, qui & alia meruit. §. *ult. I. de nupt. Conf.* §. 31. *ſupra.* Add. *l.* 11. *ff. de decur. l.* 3. *de jur. immun.* Alii dictam *l f.* mutant. *vid.* Gothofr. *not. ad d. l. f.* Vid. & *Part.* 7. §. 156.

§. 56. Ætas intra vigeſimum quintum annum & ſenectutem interpoſita, vocatur juventus *l.* 69. *in f. de leg.* 3. & ætas virilis *l* 1. §. 2. *de minor.* ſynonymice. Vocatur & *ſua* ætas & *legitima l.* 27. *de negot. geſt.* item robuſta *l.* 15. §. 6. *de adult.* juſta *l.* 2. *de vac. & exc. mun.* & perfecta *l.* 1. §. 2. *min, l. f. C. legit. tut.* Et ita in dubio ſemper *l. f. C. qui ven. ætat.* niſi ſubjecta materia aliud velit. § *pen. I. Att. tut.*

§. 57. Ex dictis patet, Senectutem non recte ſextam hominis ætatem vocari: cum ſit quarta. Nec obſtat *c. un. cauſ.* 35. *quæſt.* 4. per ea quæ vides §. 27. ſupra.

§. 58. Sed pergamus ad diviſionem ex Iure Gentium. Hoc Iure, Homines vel Liberi ſunt vel Servi. Hanc diviſionem, Gentium Juri ſuos debere natales, agnoſcit Juſtinianus §. 2. *I. de j. perſ. pr. I. de libertin.* ſocietatiſque cuſtodia confirmat, de qua confer §. 3. *I. de jur. perſ.* & quæ dixi §. 9. *ſupr.* Quod autem idem Juſtinianus §. 1. *I. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* aſſerit, apud omnes peræque gentes, dominis in ſervos jus vitæ neciſque fuiſſe, id credat Juſtinianeæ aliquis glebæ

bæ adſcriptus: non ego. Quid enim ſocietatis cuſtodiæ magis inimicum, quam ſervum, a quo nil periculi metuas, qui aliquando nil peccavit nec peccabit quod ſcias, quem te ſervaturum promiſeras, qui commodum ſocietatis humanæ inſtrumentum præſtare poterat, occidere? *vid.* §. 9. *ſupr.* Add. Grot. 3. *de j. b. & p.* 14.

§. 59. Ex hoc eodem fundamento eſt, homines in dubio præſumi bonos *l.* 51. *pro ſoc. l.* 77. §. 25. *de legat.* 2. quia ſcil ſocietatem humanam adeo ſibi utilem & neceſſariam, in quam ſemel recepti ſunt, præſumuntur velle excolere. *arg. l* 3. *de ?.* & *?. l* 7. *de ſerv. exportand. Conf.* §. 35. *ſup.* Cave de bonitate Theologica dictam præſumtionem intelligas. *Paul. ad Rom. cap.* 3 ℣. 9. *& ſeq.* Sed & ceſſabit eadem præſumtio, ubi quis malitatis alicujus reus evaſerit: tum enim ſemel malus, in eodem mali genere malus porro præſumetur *c* 8. *de reg. jur. in* 6. *arg.* §. *ult. I. de ſuſp. tut. l.* 7. §. 3. *de accuſ. l.* 3. §. 12. *l.* 5. *pr. &* §. 6. *de re militar. l.* 22. *de prob.* Deinde intellige regulam de malitate notoria. *arg l* 9. *l.* 56. *de R. ?.* Kleinſchmid. *Præcogn.* 3. *ſect.* 2. *n.* 135. *ſeq.*

Tit. VI. *De his qui ſui vel alieni juris ſunt.*

§. 60. Reſtat ut diviſiones ex Jure Civili addamus. Heic occurit illa quam rubrica hujus tutuli indicat: ubi vocabu-

bulum *juris* notat poteſtatem non tantum dirigentem, qualem etiam tutores curatoreſque habent §. 1. *&* 2. *I. de tutel. l.* 8. *C. de nupt.* ſed ſimul acquirentem, quali patres gaudent dominique. Non tantum enim ſervi eorumque bona in dominio ſunt dominorum, ſed & liberi cum omnibus quæ tenent, in dominio patrum. Etſi hæc poteſtas Jure Poſteriori valde limitata eſt. §. *ult. I. h. t.* §. 1. *I. per quas perſ. c. acq.* Manet nihilominus & Jure Antiquo & Poſteriori verum, nullas alias eſſe gentes quæ talem poteſtatem in ſervos liberoſque habeant, qualem Romanæ leges aut olim agnoverunt aut adhuc indulgent. *vid.* §. 2. *& ſeq. I. de patr. pot.*

§. 61. Eadem ratione & diviſionem perſonarum in Laicos & Clericos, Juri Civili adſigno. Nullæ enim aliæ gentes tali conditione clericos impertiuntur, quali Jus Civile. *vid. l.* 19. *& t. t. C. de Epiſc. & Cler. & Perez. ad d. t.* Sunt autem Clerici qui divino cultui miniſteria religionis impendunt. *v. Nov.* 123. *c.* 19. *& l.* 6. *C. d. t.* Gothofr. *not. ad rubr. C. d. t.* His matrimonia permitti, vides ex *l.* 2. §. *f. C. d. t.* Verum Jure Canonico id mutatum: ita ut & concubinariæ meretriciæque conjunctiones ipſis interdictæ ſint *t. t. x. de cohabitat. cleric. & mul. t. t. x. de Cler. conjugat.* Sunt tamen a quibus nihil humani alienum ſit, homines: ut vides *tr. noſtr. de Jure Filior. membr.* 7. §. 11. Clericis

cis accenſentur nunc (*v. Perez. d. l. n.* 19.) & Monachi: qui monaſterio patrimonium ſuum, ſalva liberis portione legitima & uxoribus dote *v. Nov.* 5. *c.* 5. *& Novell.* 123. *c.* 38. acquirunt: ut ſint in poteſtate Abbatis, quaſi patria. *c.* 3. *quaeſt.* 3. *cauſ.* 19.

§. 62. Immo, dicat quis, eis quæ §. 58. dicta ſunt obſtat, natura ſervos produci, ut ſervitus magis ex Jure Naturæ ſit, *Ariſt.* 1. *Polit.* 3. *Tac. Agric. c.* 31. *ibi: nata ſervituti mancipia.* Sed negandum omnino eſt, talem ſervitutem qualem gentes introduxerunt, quæ ſcilicet & in ſagaciſſimos & aptiſſimos exercetur, jure naturæ introductam eſſe. Etſi par ſit, ſtupidiorem prudentiori cedere. Si quis hoc ſervitutem velit vocare: erit non niſi impropria. Saltim naturalis: non legalis: qua diſtinctione utitur Bernegger. *ad Tac. quaeſt.* 205. add. Cleric. *ad Philemon. fragm.* 84. Nobis omnis ſervitus eſt legalis: iſtique naturali adverſa, cum & ſtupidior poſſit dominus eſſe prudentioris. Ut naturalis iſta ſervitus, qualiſcunque ea eſt, non ſit niſi juris naturalis permiſſivi. *v.* §. 41. *ſupr.* Petron. *ſat. c.* 71. *& ſervi homines ſunt & omnes unum lactem biberunt, etiamſi illos malus fatus oppreſſerit.*

TIT. VII. *De adoptionibus & emancipationibus & aliis modis quibus jus patriæ poteſtatis ſolvitur.*

§. 63.

§. 63. PAtria poteſtas, de qua titulo præcedente monuimus, variis modis acquiritur, variis ſolvitur: de quibus latius tractatur ad Inſtitutionum librum primum. De legitimatione heic quæro: *An per matrimonium avi legitimetur & nepos?* Sunt qui negent *per l* 37. §. 7. *de oper. libert.* Sed ad hunc textum reſpondi *Admonit. part.* 6. §. 39. Alii utuntur *l.* 5. *C. de natur. liber. verſ. quam filios.* quæ tamen de acquirenda Patria Poteſtate loquitur. *vid. mox n.* 4. & 5. Nos affirmamus. 1. Quia nepotes ſub voce *liberorum* comprehenduntur §. *ult. I qui teſtament. tutor. dari poſſ. l.* 220. *ff de V. S.* at textus nonnulli, qui de legitimatione loquuntur, utuntur voce *liberorum*, *eoſque* confectis dotalibus inſtrumentis, ajunt legitimari §. *ult I. de nupt. l.* 10. *C. de naturalib. lib.* quo & ſpectat 2. quod *ſtirps & ſoboles* dicatur legitimari. *d. l.* 10. *C. nat. lib.* qui 3. *una eademque lance debent trutinari. d. l.* 10. Adhuc *in d. l.* 10. nota 4. diſtingui ibidem *liberos a filiis. vid. d. l.* 10. *in fin. junct. l.* 5. *in med. C. d. t.* De *liberis* prædicatur, eos fieri legitimos: Sed de *filiis*, eos redigi in poteſtatem patriam. Ergo *filii* fiunt ſui & legitimi: *Liberi* ulterioris gradus non ſui ſed duntaxat legitimi. Quo 5. reſpiciunt ultima præfati *in d. l.* 10. textus verba, ubi *plurium matrimoniorum* mentio fit, ut filii ex uno, ceteri ex altero matrimonio geniti intelligantur

Ra.

Ratio autem quod ſoli filii *ſui* fiant, non etiam nepotes, eſt luculenta hæc, quod nepotum pater non fuerit in patris ſui (qui nepotum avus eſt) poteſtate: enimvero ita demum nepos neptiſve, pronepos proneptiſve, *ſuorum* heredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe §. 2. *I. de hered. quæ ab inteſtat. defer.* at pater nepotis non poteſt in poteſtate patris deſinere eſſe, cum nunquam in ea fuerit. *arg. l.* 76. *de ſolut.* Add. 6. *Nov.* 19. *c.* 1. &. 7. *arg. l.* 37. *de adopt.* §. 5. *I. eod. l.* 5. *de grad.*

§. 64. Unde errat Struvius *exercit. ff.* 3. *theſ.* 52. exiſtimando, nepotem poſt mortem patris ſui qui nepotis hujus avo filius naturalis erat legitimatum, in poteſtatem avi redigi. Evadit enim tantum *legitimus*, non ſimul *ſuus.*

§. 65. Nobilitatem per adoptionem liberis adoptatis adquiri, non dubito, per ea quæ habet Gothofredus *ad l.* 23. *ff. de adopt. & ad l.* 1. §. 4. *ff. unde cogn.* quæ ibi legi poſſunt. Quod cum Moribus abrogatum non ſit, cur ſtare prohibeatur? *l.* 27. *C. de teſtam.* vid. Arumæ. *ad I. diſp.* 2. *theſ.* 21. Diſſentit Arithmeus *peric. ſecund. diſp.* 6. *th.* 5. Interim id limita quoad adoptantem extraneum. §. 2. *I. de adopt.* Certe, ſi alicubi in Germania uſu invaluit, ut ad torneamenta, cœnobia, aut comitia, nemo admittatur niſi qui paterni generis non tantum ſed & materni certos aſcendentes ex quibus progenitus ſit, nume-

me-

merare valeat: id ad conſequentias trahi non poteſt *arg. l. 32. in f. C. de appell.* Conf. Rhet. 1. *jur. public.* 19. §. 8.

§. 66. Nuptiis Patriam Poteſtatem hodie (ex mutui adjutorii fine *v. part.* 4. §. 105.) ſolvi, notum eſt. *Dixi de jure filior. membr.* 2. Iisdemque tacitam ineſſe emancipationem, vulgo ſtatuitur, quatenus de liberorum commodo agitur. Sand 2. *tit.* 7. *def.* 5. Præmium certe emancipationis, de quo §. 2. *I. per quas perſ. cuiq. ac.* ad eas non pertinet. *arg. l.* 19. *de rit. nupt. junct.* §. *f. I. quib. mod. jus part. pot. toll. l.* 60. *f. cond. indeb.* Sed nec ad ſeparatam habitationem, quæ patriam poteſtatem ſolvit, non tantum de conſuetudine Saxoniæ, de qua Carpzov. 2. 19. *def.* 5. ſed & generali. vid. Kettler. *deciſ.* 15. cujus incunabula, a Germanorum œconomiæ antiquæ indole, de qua Tacit. *de mor. German. c.* 21. & Cæſ. 6 *bell. Gall.* 23. arceſſo. Ut rectius diſtinctum hic patriam poteſtatem ſolvendi modum agnoveris, quam emancipationem.) *arg. l. f. cal. junct. d. l.* 60. *f.*

Tit. VIII. *De Diviſione Rerum & Qualitate.*

§. 67. HÆc ſufficiant de Perſonis. Luſtremus caput ſecundum de Rebus. Harum ſumma diviſio eſt, quod ſint vel divini Juris, vel humani. *vi d. l.* 1. *h t.* Divini juris ſunt res Sacræ, Religioſæ, & Sanctæ. Res hu-

humani juris aliæ iterum ſunt publicæ, aliæ privatæ. Item aliæ res ſunt in patrimonio, aliæ extra patrimonium. Aliæ corporales, aliæ incorporales. Corporales vel Mobiles ſunt vel Immobiles. Mobiles iterum vel mobiles in ſpecie, vel ſe moventes. *l.* 93. *de V.S. Dixi ad L. Vinum.* §. 17. Diſtinctio autem rerum quod aliæ in in bonis ſint, aliæ non: eſt eadem cum illa qua in patrimonio aliæ ſunt, aliæ non ſunt. A patrimonio autem differt dominium velut ſpecies a genere. In patrimonio enim ſive bonis ſunt omnia ea quæ nos beant id eſt quæ nobis proſunt: Dixi 2. *aphor.* 3. unde 1. Jus Perſonarum 2. Jus in Re 3. Jus Obligationis ſive Ad rem, ambitu unius patrimonii comprehenduntur. Oriunturq; ex Jure Perſonarum, Actiones Præjudiciales: ex Jure in re, Vindicationes: ex Jure ad rem, Condictiones. §. 13. *&* 15. *I. de act. l.* 25. *d O. & A.* At dominium eſt Iuris in re ſolius una ſpecies. Ius enim in re, varias iterum ſpecies ſub ſe de Jure Juſtinianeo complectitur: videlicet 1. Dominium. 2. Pignus 3. Servitutem. 4. Poſſeſſionem. 5. Jus Emphytheuticum. 6. Jus hereditarium. 7. Jus Dotium. Sed quoniam ultima tria, (idem eſt in uſufructu) in multis caſibus effectus cum dominio compluſculos communes habent, hinc ſub dominii voce nonnunquam comprehenduntur. *l.* 4. *d. uſufr. l.* 58. *d. V. O. l.* 22. *de aq. & aq. pluv. l.* 8. *de reb. auct. jud. poſſ.* Sed & dominium in Univerſale quod heres habet, & Singulare,

recte dividitur §. 3. *I. de her. quæ ab inteſt. l. 70. in fin. de V. S. l. 1. §. 2. fin. de ventr. in poſſ. mitt.* Ut ſpecies tum Juris in Re maneant ſolæ quatuor priores. Ita, inquam, res ſe habet reſpectu communicatorum notabilium eſſectuum, at eſſentiæ intuitu tria hæc ultima ad dominium referri nequeunt: cum dominium ſit jus de re corporali perfecte diſponendi: quod de ultimis his tribus deque ceteris Juribus in re prædicari nequit. Adde: ex ſingulis ſeparatas diſtinctaſque competere actiones, veluti ex Dominio Rei Vindicationem, ex Pignore Servianam, ex Servitute Confeſſoriam, ex Poſſeſſione Interdictum, ex Emphyteuſi Vindicationem Emphyteuticariam, ex Jure Hereditario Petitionem hereditatis, ex Jure Dotium Vindicationem dotalem. *l. 9. C. de R. V.* Diſſentiunt varii varie: ut indicavi *Irner. coit.* 8. §. 1. Sed an dominium iſtud ſingulare non niſi rerum corporalium eſt? Aff. *l. 3. §. 11. de don. int. v. & ux. l. 25. de V. S. §. 11. & ſeqq. I. de R D. l. 4. comm. div.* Aſt rerum incorporalium eſt quaſi dominium *l. 22. pr. de aq. & aq pluv. l. 2. C. ubi in rem act.* Feltm. *tr. de jur. in re & ad rem cap.* 12. *num.* 16. *ſeqq.* Diſſ. Ungep. 5. *exercit. Juſtin.* 6. Plures conſentientes diſſentienteſque habet Bockelman. *tr. de act. c.* 3. §. 3. Sane mirum non eſt, aliquando res incorporales dominio adſcribi, cum, quatenus jura in re, ſint dominii quaſi par-

particulæ alteri communicatæ. Grot. 1. *j. bell. & p.* 1. Unde non ſunt in dominio, ſed ipſæ dominii portiones avulſæ: de quibus diſponimus jure Libertatis. Ut ſint dominii particulæ reſpectu ejus cui ſunt acquiſitæ non reſpectu ejus cui ſunt avulſæ. *l.* 25. *de V.S.* Talis indolis quoque, & Utile eſt dominium, & Jus dominio proximum, quod Doctores Emphyteutis & Superficiariis dant: Nos etiam ad alios extendimus. 2. *aphor.* 22. Immo & Superficiem poſſis comprehendere ſub Poſſeſſione, ſed Prætoria: cum ex ea detur interdictum de Superficiebus. vid. *Part.* VI. §. 148. 241. *ſeq.* De his tamen omnibus ad Inſtitutiones latius: Ubi de Dominio, pro quacunque patrimonii re, immo pro facultate quacunque ſumto, adde ſis *l.* 19. §. 1. *& ibi* Goth. *de ann. legat. l.* 9. *ad L. Rhod. l.* 2. *C. ubi in rem act. l.* 15. §. 8. *quod vi aut clam. l.* 3. *ſi uſ. pet. l* 4. *uſufr. Sueton. Claud. c.* 39. *& ibi Schild. not.* Non omittendæ tamen hic quotidianæ controverſiæ ſunt: 1. an pecunia fœnori aut immobilium emtioni deſtinata, mobilis ſit? Affirm. *Nov.* 22. *c.* 45. §. 2. *Berlich.* 3. *concluſ. pract.* 30. *num.* 4. non obſtante *l.* 79. §. 1. *de leg.* 3. ut oſtendi *ad Inſt. libr.* 2. *aphor.* 50. An 2. lecti cum ſupellectile ſua in diverſoriis perpetui uſus gratia exiſtentes, mobilibus an immobilibus accenſeri debeant? Affirm. poſterius *arg. l.* 13. §. *f. l.* 14. *l.* 17. §. 7. *de acti emt. vend. l.* 242. §. *f. V. S. Berlich.* 2. *concluſ.* 30. *num.*
23

23. Quid 3. de molendinis? Et hæc, per dictas leges, immobilibus accenſemus, ſive pneumatica ſint. *Cothman. 3. conſil. 11. num. 22.* ſive navalia. *Struv. de feud. cap. 6. theſ. 11. num. 6.* Alia hic adhuc 4. controverſia movetur, an capitis pœna in eos qui in muros deliquerunt ſtatuta, pertineat & ad alios quam urbis Romæ muros? Affirm. quoniam ad omnes Romanos cives ſpectat *l. f. rer. div.* At Romani cives ſunt, quotquot Romani orbis (non tantum Romanæ urbis) ſubditi ſunt. *l. 17. ſtat. hom. Carpzov. pract. crim. qu. 40. n. 20* Add. quæ dixi *Irner. c. 43. §. 5.* Denique adhuc admoneo, eſſe diviſionem rerum recentiorem, in res acquiſitas & hereditarias quas & patrimoniales vocant. Reincking. *de retractu c. 3.* Cujus ingentem in Provincia etiam Groning-Omlandica uſum vide ſis *Ordonnant. de anno 1689. tit. van Teſtamenten. §. 30. ſeq. Omland. Landr. libr. 3. §. 41.* Ut Jure quidem Groningano de hereditariis bonis territorii Groningani, teſtari liceat pro ſemiſſe: De acquiſitis autem, ex aſſe. Aſt Jure Omlandico, de hereditariis teſtamentum non ſubſiſtat: at de acquiſitis valeat, niſi quis liberos habeat, tum enim de acquiſitis non liceat teſtari ultra ſemiſſem. Add. Huber. *Heedendaegſ. Rechtsgeleerth. part. 1. lib. 2. c. 15. n. 28.* Berlich. *2. concluſ. 13. n. 5.* Mev. *ad Ius Lub. 1. tit. 10. art. 6.*

TIT. IX. *De Senatoribus.* TIT. X. *De Officio Conſulis.* TIT. XI. *De Officio Præfecti Prætorio.* TIT. XII. *De officio præfecti Urbi.* TIT. XIII. *De Officio Quæſtoris.* TIT. XIV. *De Officio Prætorum.* TIT. XV. *De Officio Præfecti Vigilum.*

§. 68. SEquuntur Actiones. Actio eſt jus perſequendi in *judicio* quod ſibi debetur. Unde de *Judiciis* diſpiciendum, ſine quibus Actiones exerceri nequeunt. Judicium ergo perpendamus 1. in Principiis ſive Præparatoriis. 2. in ſe ipſo. Præparatoria, ſive judiciorum, ut Juſtinianus vocat, πρῶτα (quibus explicandis quicquid reliquum eſt Partis ff. primæ integrum occupatur *l.* 2. §. 2. *C. de V. J. E.*) poſſunt hic deprehendi ſeptem: 1. Aditio judicis. 2. In jus vocatio. 3. Satiſdatio. 4 Editio actionis. 5. Advocatorum & Procuratorum conſtitutio. 6. Reſtitutio in integrum. (*vid.* §. 198. *in fin. infr.* 7. Compromiſſum. Scilicet, futurum judicium tres perſonæ conſtituunt: Judex, & duo Litigantes, Actor & Reus. In Judice ſive Magiſtratu conſiderandum eſt 1. Ejus officium 2. Ejus poteſtas vigore cujus illud exercet. Officium Magiſtratuum facile deprehendimus ubi ad diverſa eorum genera attenderimus. Erant enim (1.) vel

vel Principales vel Acceſſorii. (2.) Urbani vel Provinciales.

§. 69. Inter Urbanos, ſub Imperatoribus (olim enim non niſi ſeminarium Magiſtratuum & ordo erat, Senatus, conſiliis pro republica, non juri dicundo adhibitus §. 44. *ſupr.*) primi occurrunt, Senatores, utpote qui & extra ordinem jus dixerunt & judicem dederunt. *v. Wiſs emblem. Trib. ad l. f.* §. 1. *de Senator.* (2.) Conſules qui Senatui præerant: Erantque vel Ordinarii qui initio anni electi, vel Suffecti qui medio tempore in locum deficientium ſurrogati, a quibus etiam SCta denominabantur. *vid. Part.* 3. §. 66. *Virg. Florentin. c.* 2. §. 26. *ſeq.* (3.) Præfecti Prætorio, qui præerant militibus, ad cuſtodiam Principis lectis, cum jure formas ſive edicta condendi. Tales ſub Juſtiniano erant quatuor: Orientis, Illyrici, Africæ, Italiæ. (4) Præfecti urbi: quibus ſumma rerum urbanarum ad populi quietem, urbis cuſtodiam, annonæque curam, & fontium punitionem, erat commiſſa. (5.) Quæſtores, qui erant varii, alii quæſtores ærarii, alii Canditati principis, alii ſacri palatii, &c. (6.) Prætores: quo nomine etſi in genere omnes Magiſtratus olim appellarentur, hic tamen in ſpecie illi eo nomine veniunt qui dicendi reddendique juris gratia conſtituti ſunt. (7.) Præfecti vigilum, quibus commiſſæ erant excubiæ & vigilum cohortes ad urbis ſecuritatem,

Tit. XXI. *De officio ejus cui mandata eſt Jurisdictio.* Tit. XXII. *De officio Aſſeſſorum.*

§. 71. Acceſſorii (*jung.* §. 68. *ſupra*) ſunt 1. Mandatarii Jurisdictionis qui alienam Jurisdictionem ex mandato exercent. 2. Aſſeſſores, qui Magiſtratibus jus ſuggerunt, inde & Conſiliarii, dicti, & Juris Studioſi *l.* 1. *h. t. l.* 9. §. 4 *de pœn.* Circa illos quotidianæ quæſtionis eſt, an Jurisdictio Criminalis mandari poſſit? quod uti regulariter negamus de Jure Civili, propterea quod ea quæ Juriſdictionis Extraordinariæ ſunt, mandari nequeant: at Jurisdictio Criminalis Jure Magiſtratus ordinario non competit *arg. l* 6. *l.* 7. §. *f. l.* 8 *l* 9. *pr. offic. proc. l.* 1. *de off. ej. cui mand. eſt jur. l.* 70. *de R. J. vid.* Fachin. 11. *contr.* 91. etiam de Jure Canonico *arg. c. f. verſ. is autem x. de offic. deleg. arg. cap.* 1. *X. de nov. oper. nuntiat. vid.* Fachin. 9. *controv.* 99. *&* 12. *contr.* 93. Ita limitamus, non quidem quod ad infirmitatis alioſve caſus *arg. Nov.* 18. *c.* 5. vid. Scip. Gentil. 3. *de Juriſd.* 28. Stephan. 11. *de Juriſd.* 18. *num.* 46. *ſeqq.* Diſſ. Treutl. 1. *diſp.* 3. *theſ.* 6. *lit. d.* Obrecht. *de juriſd. c.* 5 *num.* 4. ſed quod ad caſum abſentiæ in crimine violentiæ tolo *l.* 1. *de off. ej. cui mand. arg. l.* 176. *de R. J.* Obrecht. *d. c.* 5. *num.* 5. Bronch. 1. *aſſert.* 16.

Diſſ. Gentil. *d. c.* 28. contraque ampliamus, ut mandata juriſdictione criminali, etiam ipſum exequendi jus mandatum eſſe intelligatur, *arg. l.* 3. *juriſd.* add. *arg. l. f. in fin. de off. ejus cui mand. eſt j.* unde non obſtat arg. ex *l.* 5. *pr. mand.* Treutl. 1. *diſp.* 3. *theſ.* 6. *lit. d.* Diſſ. Walther. 2. *miſcell.* 9. Hillig. *ad Donell.* 17. *comm.* 8. *lit. Ccc.* Quid hodie? Extra caſus abſentiæ & infirmitatis a Carolo Quinto *Sanct. Crim. art.* 2. inductos, mandari Jurisdictionem criminalem non poſſe ſtatuimus, cùm hæc nec hodie jure Magiſtratus competat. Hahn. *ad Weſ. ff. off. ej. cui mand. eſt jur. num.* 3. Bachov. 1. *ad Tr.* 4. *theſ.* 6. *lit. e.* Diſſ. Azo. *ſumm. C. tit. de juriſd.* Matth. *ad l.* 70. *de R J.* Perez. *C. de jur. omn. jud. n.* 23. Treutl. *d. loc.* De Jure Canonico limitatio obſervanda quoad Clericos, qui cauſas criminales tractare nequeunt, ut adeo neceſſe habeant eas aliis mandare. *c. f. ne cler. vel mon. ſacul. in* 6. *c.* 2. *de offic. vic. in* 6. vid. Duaren. *de ſacr. Eccleſ. min. libr.* 1. *c.* 4. Eſt & de Jure Civili limitatio quoad Proconſulem & Legatum ratione cognitionis cuſtodiarum: Sed hoc genus mandati extraordinarium eſt, addit textus *in l.* 6. *pr. off. proc.* add. §. 75. *verſ. Oppon. infr.* *Mixtum* autem imperium ut acceptione ſtricta non niſi modicam coercitionem aut executionem vulgo notat, etiam ſolum ceu partem Ordinariæ Juriſdictionis mandari poſſe; credimus

per l. 1. *ff h. t. l.* 21. *R. ʒ. l.* 16. *ſeq. juriſd.* vid. Fachin, 13. *controv.* 1. *&* 9. *contr.* 97. *ſeqq.* Sed an mandata Jurisdictio poteſt prorogari? Aff. *arg. l.* 1. *judic. junct. l.* 8. *Publician.* Donell. 17. *comm.* 1. Bockelm. *de juriſd.* §. 5. Diſſent. Pontifices *c.* 32. *& c.* 40. x. *de off. & pot. del.* vid. Feltm. *de jur. in re cap.* 21. *n.* 75. *ſeqq.* Add. §. 75. *verſ. Nunc de Exraordinaria: &* §. 91. *infr.*

LIBER II.

TIT. I. *De Juriſdictione.*

§. 72.

Viſo Magiſtratuum Officio, ſequitur (*vid.* §. 68. *ſupr.*) ut de eorundem poteſtate, Jurisdictione ſcilicet, diſpectus inſtituatur, conſiderando eandem 1. in ſe, tum 2. in exercitio.

§. 73. Jurisdictio eſt poteſtas judicandi & judicatum exequendi. *l.* 1. *& ſeqq. ff. h. t. l.* 7. §. *f. l.* 8. *l.* 9. *de off. proconſ. l.* 215. *d. V. S.* Dixi: *judicatum exequendi*: ita Juriſdictio differt a notione in ſpecie dicta quam habent arbitri & judices pedanei. Vid. §. 91. *n.* 3. *&* §. 221. *f. inf.*

§. 74. Neque, quod ad definitionem Juriſdictionis, diſtinguo, poteſtas illa an jure magiſtratus ordinario, an autem extra ordinem

 com

competat: nec, an poteſtas ea circa cauſas civiles, an circa criminales occupetur: nam etiam extraordinarias cauſas, immo & criminales, ad Jurisdictionem pertinere, dicti textus volunt: quibus adde ſis *l.* 1. *de off. ej. cui mand. eſt juriſd.* §. 4. *l. de Attil. tut. l.* 2. *C. de veteran. l.* 2. *l.* 3. *C. de privil. ſchol. Tacit. Agric. c.* 9. *num.* 2. Illud tamen admoneo, vocabulum Jurisdictionis aliquando & ſtrictius accipi: & quidem duplici modo. Enimvero (1) accipitur quandoque pro poteſtate Ius dicendi *ordinaria*, id eſt, quæ omni magiſtratui qua tali, ordinario jure, adhæret. Ut ita Iuriſdictio extra ſuetum ordinem indulta, Iurisdictio (ordinaria ſcil.) eſſe negetur. *l.* 6. §. 2. *de tutel.* Nec mirum, Ordinariam illam, Iurisdictionis nomen in ſpecie induiſſe, cum ordinaria ſit. Porro (2) ut notet ſolam poteſtatem judicandi aut notionem: non ſimul & exequendi facultatem *l.* 1. *in fin. de off. ejus cui mand. eſt jur.*

§. 75. Ex dictis emergunt duæ Iurisdictionis diviſiones. Prima: Iurisdictio eſt vel Iure Magiſtratus, vel Extra ordinem competens. *l.* 7. § *f. de off proc.* Hanc alii Doctores *Extraordinariam* vocant: Alii, *Legalem.* Neutra equidem vox totidem ſyllabis extat in externo legum ſonitu: extat tamen vi & poteſtate legum, ut indicavi. Cur ergo eas appellationes defugias? vid. §. 2. *I. de tutel. l.* 17. *de legib. l.* 6. §. 1. *de V. S.*

l. 6

l. 6. pr. off. proc. Neu dixeris, *legalis* vocabulum non eſſe ſatis Latinum. Contrarium enim monſtrat Quintilianus *libr.* 3. *cap.* 5. cui junge ſis 1. *F.* 14. *pr.* & 2. *F.* 53. *item c.* 2. *c.* 35. *q.* 5. & *ult. X. de ſecund. nupt.* Plane pro ſtabilienda hac diviſione Iuriſdictionis, addo argumentum ex *l.* 2. *l.* 3. *ff. de offic. proconſ. l.* 4. *ff. l.* 1. *C. adopt.* ex quibus vides, emancipationem, manumiſſionem, adoptionemque, eſſe *Iurisdictionis:* extra ordinem tamen *ſpeciali Legis indulgentia* concedi. add. add. §. 71. *ſupr.* Aliud exemplum Iuriſdictionis hujus Legalis, præbet Tutela Dativa. *Part.* 4. §. 146. *infr.* Nunc de Extraordinaria hac Iurisdictione *ex* §. 71. *ſupr.* repeto: ea quæ ſpecialiter a Lege dependent, mandata Iurisdictione non tranſire, *l.* 1. *pr. l.* 2. *pr.* & §. 1. *de off. ej. cui mand. eſt Jurisdict.* Oppon *l.* 17. §. 1. *manumiſſ. vind.* apud legatum Proconſulis poſſumus manumittere. Reſpond. In Legato Proconſulis eſt exceptio: eſt enim reſpectu hujus Legati, hæc Juriſdictio mandata *l.* 13. *off. proconſ. l.* 12. §. 1. *de judic.* valde irregularis: nam quam primum ipſi mandata eſt, fit ipſi propria *d. l.* 13. unde & ad proconſulem a legato appellatur. *l.* 2. *ff. quis a quo appellet.* in mandante contra eſt §. 91. *n.* 5. *infr.* ſed & tutoris dandi poteſtatem, *l.* 1. §. 1. *ff. de tut. datis. junct. l.* 8. *ff. eodem.* & judicis dandi licentiam, legatus habet, *l.* 12. §. 1. *ff. de jud. l.* 5. *C. eod.* neque in-

conſulto principe juriſdictionem Legato Proconſul potuit adimere: quæ omnia ſecus ſe habent in juriſdictione mandata regulari. Aliud irregulare habes adhuc *l.* 6. *pr. de off. proconſ.* Vid. §. 71. *verſ. Eſt & de Jure civili. ſupra.* Sed illi quod modo ex *l.* 17. §. 1. *Man. vind.* dixi, obſtare dicitur *l.* 2. *&* 3. *ff. de off. proconſ.* ibi: Apud Legatum proconſulis nemo manumittere poteſt, *quia non habet juriſdictionem talem: nec adoptare poteſt: omnino enim non eſt apud eum Legis actio.* Ubi illud *omnino* conciliationes vulgo notas videtur evertere: ut adeo nonnulli dicto textui *in l.* 17. §. 1. *ff. manum. vindict.* violentas manus non uno modo inferre non erubeſcant: ut vides apud Gothofr. *not. ad d. l.* 17. §. 1. Tu dic ſimpliciter ex *l.* 13. *ff. de off. proconſ.* legatum manumittere poſſe, & non poſſe. Poſſe: ſi ipſi mandata ſit juriſdictio a Proconſule *l.* 17. §. 1. *de man. vind. junct. d. l.* 13. *de off. proconſ.* Non poſſe: ſi mandata non ſit. *d. l.* 2. *&* 4. *junct. d. l.* 13. *ff. de off. proc.* vid. ſupra §. 43. *n.* 1. *ſupr.*

§ 76. Secundo: Juriſdictio eſt vel Civilis vel Criminalis. Quæ diviſio ſynonymice coincidit cum altera qua *Imperium* dividitur in *Merum*, *Mixtum*, & in *ſpecie* dictum *l.* 3. *l.* 4. *ff. h. t.* Quod ut recte intelligatur, admoneo, poteſtatem Magiſtratui competentem, *Imperium* appellari. *l.* 215. *de V. S. l.* 7. §. 14. *de pact. l.*

8. *off.*

8. off. proconſ. l. 2.. pr. de adopt. l. 12. §. 1. judic. l. 13. §. 4. SC. Trebell. l. 25. municip. §. 1. I. de adoption. Hujus imperii tres eſſe ſpecies, omnino patet ex *d. l. 3. & d. l. 4.* (etſi eas mecum non interpungas). Exhibent eaſdem & leges aliæ: *ut infra* patebit.

§. 77. Nunc ſubjiciam verba dictorum textuum *in l. 3. & l. 4. h. t.* ex quibus Imperii tres ſpecies indicavi. Et ſunt hæc: *Imperium aut Merum, aut Mixtum eſt. Merum eſt Imperium, habere gladii poteſtatem ad animadvertendum facinoroſos homines: quod etiam Poteſtas appellatur. Mixtum eſt Imperium, cui etiam Juriſdictio ineſt. Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt etiam. Judicis dandi licentia, jubere caveri Pratoria ſtipulatione, & in poſſeſſionem mittere, imperii magis eſt quam juriſdictionis.* Hactenus dictæ duæ leges: *l. 3. & l. 4. h. t.* Ex hac mea, quam hic vides, interpunctione, vides (1) punctum me poſuiſſe ante illa: *Judicis dandi.* Vides (2) me judicis dandi licentiam referre ad *l. 4. h.* Non ut illa verba a lege tertia avellam, ſed ut cum lege quarta connexa intelligam, qualis cohæſio in legibus Pandectarum creberrime occurrit. Hæc nova ſunt: fateor. Sed tene ſis & aliud. Enimvero (3) rogo te, ut mecum agnoſcas emblema Triboniani (aut ſociorum *vid. §. 1. ſup.*) in *d. l. 4.* in verbis: *Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt etiam.*

Mens

Mens eſt: *Dare bonorum poſſeſſionem, eſſe Juriſdictionis ordinariæ.* Non erat olim: eſt effectum Jure Novo. *l. ult. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* Nunc (4) mens *d. l.* 3. *& d. l.* 4. erit hæc: Mixtum imperium ideo Mixtum eſſe, quod non ſola ea comprehendat, quæ ſpeciali lege conceduntur, qualis natura eſt Imperii Meri, ſed quod etiam Juriſdictio (nempe Ordinaria. *vid.* §. 74. *ſupra n.* 1.) eidem inſit. Ad hanc autem Ordinariam Juriſdictionem pertinere & dationem Bonorum Poſſeſſionis. At vero licentiam dandi judicis, nec non jubere caveri Prætoria ſtipulatione, item in bonorum poſſeſſionem mittere, hæc, inquam, non eſſe Juriſdictionis Ordinariæ, ſed Imperii in ſpecie dicti *l.* 26. *pr. &* §. 1. *ad munic.* Hunc dictarum legum ſenſum eſſe, ex ſingularum Imperii ſpecierum explanatione, clariſſime eluceſcet. De interpunctione interim legum vid. §. 22. *in fin. ſupr.* Alii Doctores *d. l.* 3. *& l.* 4. aliter intepungunt. v. Feltman. *de jur. in re. c.* 21. *n.* 103. *ſeq.* Add. Diſp. noſtr. *ad. l. Vinum* §. 12.

§. 78. Merum Imperium in *d. l.* 3. vides deſcribi quod ſit *poteſtas gladii ad animadvertendum facinoroſos homines.* Dicitur *poteſtas*: intellige, extra ordinem competens. *vid.* §. 71. *ſupra.* Dicitur: *gladii.* Dubio procul allegorice pro qualibet coercitione criminali. *l.* 6. *pr. de off. proc. l.* 70. *de R. J.* Cur autem gladii magis

gis

gis exemplo utitur textus, quam alterius pœnæ? Probabiliter, quod in meri imperii collati ſignum, magiſtratus ſoliti fuerint gladio accingi. vid. Ant. Matth. *de jure gladii cap.* 2. Lyncker. *de barattaria anal.* Varias enim coercitionum ſpecies eſſe, nemo negat, vel, ſi mavis, diverſos imperii meri gradus. Hi duo ſtatui poſſunt, ut vel capitales ſint vel non capitales. §. 2. *I. de publ. jud.* illi iterum vel mortem inferentes naturalem vel civilem: hi infamia, membri mutilatione, relégatione, carcere, nummariaque coercitione punientes. *l.* 2. §. 17. *de V. O. l.* 28. *pr. &* §. 1. *pæn. l.* 103. *V. S.* Alii aliter. Treutler. 1. *diſput.* 3. *th.* 5. Damhouder. *prax. crim. c.* 16. Feltman. *jur. in re c.* 21. *num.* 117, Sutholt. *de Jurisd. aph.* 379. *ſeqq.*

§. 79. Dicitur *d. l.* 3. *ad animadvertendum.* Quod, & punire, & animum advertere, heic ſignificat: veluti utrumque ſenſum apud Latine loquentes admittit. Noli enim dubitare, merum imperium, cognitionem ſive notionem ſimul depoſcere. Quam in rem apud Ant. Matth. *ad ff. diſput.* 4. *theſ.* 8. adductas habes *l.* 1. *ff. de off. ej. cui mand. l.* 6. *off. proconſ. l.* 1. §. 4. *off. præſ. urb. l.* 2. §. 23. *orig. jur. l. p. calumniat. l.* 5. *extr. cogn.* Add. Bourdelot. *ad Petron. c.* 107. *p.* 60.

§. 80. Ceterum controvertunt hic Doctores, an conceſſo caſtro cum Jurisdictione, etiam

cri-

criminalis conceſſa eſſe intelligatur? Quod nobis affirmandum eſt *pr* §. 73. 74. *&* 76. *ſupra.* Vid quæ dixi *in Frideric. Prim.* §. 4. Diſſ. Stephan. 1. *juriſd.* 38. *num.* 6. Olim etiam inter Azonem & Lotharium JCtos concertatio viguit, an merum Imperium penes Principem ſolum, an autem apud Magiſtratum, jure proprio reſideat? Prius Lotharius ſtatuebat: poſterius Azo: electo per compromiſſum arbitro, Imperatore Henrico Sexto, Friderici Barbaroſſæ filio. Hic pro Lothario decidit: eique equum (nam equi ſponſione certaverant præfati JCti) adjudicavit: etſi dixerat æquum Azo. *arg. l.* 5. *h. t.* Gravina *de ort. & progr. jur.* §. 151, Immo dixerat Lotharius æquum: non eo tantum reſpectu quod omnis Juriſdictio a Majeſtate pullulat & pendet *l.* 3, *C. juriſd.* ſed & quod *d. l.* 5. *h. t.* ſuo jure competentem juriſdictionem, eam intelligit, quam ſupra Ordinariam diximus: agit enim de illa quæ mandari poteſt: Aſt ad eam Juriſdictio Criminalis non pertinet: ut vidimus §. 71. ſupra.

§. 81. Academiis vigore Authenticæ *Habita C. Ne fil. pro patr.* juriſdictionem etiam criminalem competere, ex §. 73. 74. *&* 76. ſupra, conſequitur. Quibus adde ſis *arg. c.* 6. *X. de donationib. & l.* 3. *ff. conſt. princ*, Et ita obtinuiſſe uſum fori ad tempora uſque Azonis, vides apud J. Vincent. Gravinam *de ortu & progreſſ. jur. civ.*

civ. num. 151. Add. *infra Part.* 7. §. 130. & §. 137. & quæ dixi *Frider. Prim.* §. 2. *ſeq.*

§. 82. Sequitur Imperium Mixtum, quod cur Mixtum vocetur, indicavi §. 77. *ſupr.* Eſt autem, poteſtas judicandi & judicatum exequendi in cauſis civilibus vulgaribus *l.* 3. *l.* 4. *h. t. l. un. pr. ſi quis jus dic.*

§. 83. Scio, Mixtum Imperium ab aliis Doctoribus aliter deſcribi: *vid.* Pollet. *hiſt. for. Ro. libr.* 3. *c.* 1. & ibi Brodæ. *cor.* 2. Ex reliquis inſpiciamus Sutholtum *diſſ. de juriſdict.* qui aliorum definitiones examinans & explodens, *theſ.* 238. mixtum imperium deſcribit quod ſit, *modica coercitio, juriſdictioni expediendæ, explicandæ, tuendæ & exequendæ deſerviens.* Volumus & Vinnium audire? ita hic *de juriſdict. cap.* 7. *num.* 1. *Mixtum imperium* (inquit) *eſt poteſtas cohærens juriſdictioni, comparata ad eam tuendam.* Hæc ab his, aliisque, adduci, video: probari, non video. Utuntur *l.* 3. *h. t. l.* 1. *in fin. l. f.* §. 1. *de off. ejus cui mand. eſt jur.* Verum legem 3. jam ſupra vidimus. Utcunque illam legas aut corrigas, etiam ſecundum correctiones aut corruptiones de quibus Vinnius *d. tr. c.* 7. *num.* 8. nunquam tamen in eodem textu deprehendes, ſolam illam modicam coercitionem, tuitionemque & explicationem, *mixtum* imperium vocari. Nec majus firmamentum habent in *d. l.* 1. *f.* aut *d. l. f.* §. 1. Illa his verbis utitur: *Imperium quod juriſdictioni cohæret mandata juriſdictione*

tranſire verius eſt. Hæc ſequentibus: *Mandata Juriſdictione privato, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari, quia juriſdictio, ſine modica coercitione, nulla eſt*. Sed ubi hic mentio mixti imperii? Coercitiones eſſe imperii, aſſeritur recte: quia ſunt imperii in genere, pars. *per* §. 76. *ſupra*.

§. 84. Mixtum ergo Imperium præter notionem in ſpecie dictam ceteraque quæ Juriſdictioni Civili inſunt, etiam coercitionem modicam continet. Quemadmodum Juriſdictio Civilis viciſſim eadem omnia ambitu ſuo complectitur. Nam & coercitiones ſunt Jurisdictionis pars. *l. un. pr. ff. Si quis jus dic.* Unde Jurisdictio Civilis, & Mixtum Imperium, erunt ſynonyma, eo excepto, quod Jure Romano nonnullæ ſpecies extant quæ Imperii in ſpecie (Eminens dixeris) eſſe perhibentur, de quo §. *ſeq.* Hodie autem iſta exceptio uſum non habet, cum neſciamus Moribus Magiſtratus ad ſenſum illum Romanum Majores & Minores. Unde & hodie Jurisdictio Civilis per Mixtum Imperium exprimitur & confertur. Veluti in dedicatione Academiæ Duisburgenſis, cum diploma Cæſareum *Juriſdictionem* memoraſſet, Vice-Cancellarius Johannes a Dieſt id expreſſit ſequentibus: *Deinde quoniam vobis vigore iſtarum Merum & Mixtum Imperium collatum eſt*.

§. 85. Imperium in ſpecie dictum, eſt poteſtas

ſtas ſolis majoribus Magiſtratibus competens: minoribus negata. *l.* 32. *de inj. l.* 26. *pr.* & §. 1. *ad munic. l.* 3. *in fin. l.* 4. *de juriſd.* Alibi hoc Imperium *majeſtatis* appellatione venit. *l.* 9. *h. t. l. p. de ſ. & ſ.* Quocum confer Petron. *ſatyric. cap.* 65. *ibi: Majeſtate conterritus pretorem putabam veniſſe.* Erant autem Magiſtratus Majores qui habebant vocationem aut prenſionem, aut utramque. vid. A. Gell. 13. *Noct. Attic.* 12. 13. & 14. Add. *infr. Part.* 6. §. 127. Diſtinguebantur olim & auſpiciis: ſed quibus diverſa eorumdem indicabatur poteſtas. Hujus Imperii Eminentis exempla habes in *l. f. C. ubi & apud quem l. f. C. ubi cauſ. ſtat.* vid. §. 196. *n.* 6. & §. 229. *infr.* Exemplum reſtitutionis in integrum, innuit etiam Petronius *Satyr. cap.* 100. add. *ſupr.* §. 77. *f.* & *d. l.* 32. *d. l.* 26. Alij Doctores, ut Lauterb. *pag.* 24. hoc imperium, Juriſdictionem Excellentiorem vocant.

§. 86 Accedamus ad tertiam Juriſdictionis diviſionem, qua diſpeſcitur in Voluntariam & Contentioſam. *l.* 1. *de offic. proconſ.* Illa non niſi inter volentes exercetur: Hæc etiam in invitos. Unde & hæc pro tribunali: illa & de plano peragitur §. 2. *I. de libertin.* illa & extra territorium: hæc non. *l. f. juriſd. l.* 2. *off. proconſ.* Illa & in negotiis propriis: Hæc non. *l. un: C. ne quis in ſua cauſ. jud. arg. l.* 2. *off. conſul.* Vid. *infr.* §. 111. *in fin.* & §. 130.

§. 87. Ceterum, uti alibi diviſio actionum

in duo ſumma genera, non impedit earundem mixturam §. 1. *junct.* §. 20. *I. de actien.* ita nec hic obſtaculo eſſe poteſt viſa diviſio, quominus non & Juriſdictio Voluntaria ex Contentioſa, & hæc ex illa, nonnunquam quid habeat admixtum. Velut huc non tantum retulerim tutoris dationem ex Contentioſarum numero, ſed & ex Voluntariis illas quæ cauſæ cognitionem requirunt, qualis inter alias eſt, rerum quarundam ad minores ſpectantium alienatio. *vid. Part.* 4. §. 174. *ſeqq.* Ut in his mixtis effectum habeat regula *legis ult. ff. de juriſd.* vid. Vinn. *tr. de juriſd. cap.* 6. *n. pen. & ult.*

§ 88. Nequaquam autem hæc mixtura operabitur id, ut judicem pro tribunali ſedentem requirat: §. 2. *I. de libertin.* etſi talem quod ad donationis inſinuationem requirat Lauterbach. *comp. ff. pag.* 557. *in N.*

§. 89. Quarta Juriſdictionis diviſio ſubſequitur: quæ eſt trimembris, ut ſit: Propria, Mandata, Prorogata.

§. 90. Propria eſt quam quis jure magiſtratus aut ex ſpeciali legis indulgentia habet. *l.* 5. *l.* 6. *ff. juriſd. l.* 2. §. 13. *de orig. jur. l.* 3. §. 1. *off. praef. vig. l.* 7. §. *f. de off. proconſ.*

§. 91. Mandata eſt quam quis beneficio magiſtratus ſibi delegatam habet. *d. l.* 5. *h. t.* De hac titulus ſpecialis eſt *lib.* 1. *ff. tit. pen.* ubi dixi. *vid.* §. 71. Reſtant nihilominus admonenda adhuc complu-

pluſcula. Veluti, (1) etiam privatis hominibus jurisdictionem mandari poſſe. *l. f. §. 1. de off. ej. cui mand. eſt juriſd.* ſecus ac Jure Canonico quod ad judices a ſede Apoſtolica deputandos. *c. 11. de reſcript. in 6.* (2) Mandatarium jurisdictionem mandatam alii iterum mandare non poſſe. *l. f. pr. ff. de off. ej. cui mand. eſt. jur. arg. l. 5. h. t.* etſi poſſit judicem tamen dare pedaneum *l. 12. §. 1. de judic.* non obſtante *l. 13. pr. h. t.* ibi: *eum qui judicare jubet magiſtratum eſſe oportet.* cum mandatarius nomine mandantis, magiſtratus ſit. *l. 16. h. l. 1. §. 1. l. 3. off ej. cui mand.* vid. *mox. n. 4.* (3) Diſtinguendum eſſe mandatarium jurisdictionis ſive magiſtratum delegatum, a judice pedaneo ſive delegato datove judice. Hic non niſi notionem habet, quæ, lite apud Prætorem conteſtata, ipſi cum formula dabatur & ſententiæ dictione terminabatur: executionem enim ipſe magiſtratus, non judex, faciebat *l. 15. re jud. l. f. §. 1. ff. ej. cui mand. eſt jur.* Unde & ad indicandam minorem hanc poteſtatem, tribunal judex non conſcendebat, ſed infra illud ad pedes quaſi Prætoris ſedens jus dicebat, hinc *pedaneus* χαμαιδικαστής dictus. Dixi *ad l. Vinum th. 12.* Aſt (4) mandatarium vice mandantis judicare, ejusque nomine: adeoque omnia peragere quæ mandans: adeoque & ſententiam ſuam exequi. *l. 1. §. f. l. f. §. 1. de off. ej. cui mand. eſt jur. l. 2. h. t.* indeque (5) conſequi

ſequi, a ſententia mandatarii non appellandum eſſe ad mandantem, ſed ad illum qui ipſo mandante ſuperior eſt. *l.* 1. §. 1. *quis a quo appellet.* Vide tamen *c.* 27. x. *de off. & pot. deleg. & c.* 3. *de appellat. in* 6. (6) Extingui Juriſdictionem mandatam, mandantis non tantum revocatione, etiam ſi lis coram mandatario jam conteſtata ſit. *arg.* §. 9. *I. de mand.* ſed & morte, modo res adduc ſit integra, qualis poſt citationem amplius non eſt. *vid. Adm.* 1. §. 112. *n.* 3. *infr.* Ubi memorabilis eſt candor Azonis, qui cum delegati juriſdictionem morte mandantis ante litem conteſtatam, etſi citatione jam peracta, extingui contendiſſet, ab adverſario refutatus, errorem agnovit. Gravina *de ort. & progr. jur.* §. 151. *Dixi Mur. Aben.* §. *Et quid laudabilius.* Confer. *Part.* 3. §. 72. *in fin.* & §. 93. *in fin.* & §. 115.

§. 92. Prorogata Juriſdictio eſt, cujus terminos voluntas privata partium extendit. *l.* 1. *C. h. l.* 1. *l.* 2. *ff. de judic.*

§. 93. Fit hæc extenſio non expreſſo tantum partium prorogantium id eſt extendentium conſenſu: ſed & tacito, veluti (1.) ſi quis litem apud incompetentem judicem omiſſa fori exceptione conteſtatus ſit *l.* 15. *ff. l.* 4. *C. h. l.* 2. *pr. l.* 33. *ff. judic.* vid. §. 113. *med. infr.* & *Part.* 2. §. 15. (2) ſi quis alterum convenerit coram judice competente, reo: etſi incompetente, actori. Hujus enim judicis poteſtatem & in ſe actorem extendiſſe

diſſe; actor cenſeri debet. *l.* 14. *& auth. ſeq. C. de ſentent.* [*& int.* Eoque fundatur Reconventio, de qua *Irner c.* 14. *& part* 3. §. 72. *infr.* Similis tacita (alii Legalem vocant) prorogatio occurrit (3.) ſi quis extra domicilii ſui locum contraxerit aut (4.) deliquerit. *l.* 19. §. 1. *&* 2. *de judic. l.* 1. *& auth. ſeq. C. ubi de crim. c. f.* x. *de for. compet. Add. Part.* 2. §. 20. *& Part.* 7. §. 172.

§. 94. De expreſſa illa prorogatione ſciendum eſt, eam Judicis aditione debere eſſe firmatam *l.* 18. *ff. h. t.* Nec obſtat *l. p. C. de pact.* quippe quæ de prorogatione non agit: ſed de renuntiatione exceptionis fori declinatoriæ. *Part.* 1. §. 113. *& Part.* 2. §. 12. Nec enim renuntiatio fori, ſemper prorogationem in ſe complectitur. Finge enim, judicem non niſi ad viginti quinque aureos judicare poſſe: hujus juriſdictio in militem foro ſuo militari renuntiantem, qui forte quinquaginta aureorum debitor ſit, per dictam renuntiationem minime extenſa eſt. Aliter reſpondet Charondas: qui ad d. l. 18. hanc notam poſuit marginalem: *in l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. conſenſum eſt in alienum judicem in contractu faciendo. Itaque iniquum fuiſſet, eundem judicem detrectare, maxime cum adverſarius aliter contracturus non fuiſſet. Hic autem nihil eſt ejusmodi. Hoc diſcrimen docet, leges* (d. l. 18. & d. l. p.) *diverſas eſſe, non pugnantes.*

§. 95. Nunc audiamus Schutzium *comp. Laut. p. 26. Prorogatur Juriſdictio 1. de re ad rem. 2. de perſona ad perſonam, non vero 3. de loco ad locum, nec 4. de tempore ad tempus.* Ita ille *d. loc.* De tertia ſpecie facile aſſentior, cum lege deſtituatur, *vid. Nov.* 18. *cap.* 5. adeoque valere debeat regula: *Jus publicum privatorum pactis mutari non poteſt. l.* 38. *ff. de pact. add. l. ult. de off. præf. urb. l.* 3. *ff. offic. præf. l. ult. de juriſd.* Sed quartam ſpeciem quod attinet, diſſentio, exiſtimoque, in eadem prorogationi locum eſſe, *per l.* 2. §. 2. *ff. de judic.* quem textum de prorogatione Jurisdictionis loqui, ex collatione *l.* 1. *l.* 2. *pr. &* §. 1. *eod.* liquido patet. Et ſi vel maxime Ulpianus de prorogatione notionis judici pedaneo conceſſæ, olim *d. l* locutus fuiſſet (de quo tamen nondum conſtat) eſſet nunc tamen idem textus de prorogata jurisdictione intelligendus, utpote cum modus dandi judices pedaneos ceſſaverit Juſtiniani tempore, §. *ult. I. de interdict. l.* 2. *C. de pedan. judicib.* ut dictus textus in *d. l.* 2 §. 2. intelligi debeat non ad mentem antiqui alicujus JCti, ſed Imperatoris omnia in Pandectis ſua facientis Juſtiniani. *l.* 3. §. 10. *C. de V. I. E. Conſtit. de emendat. Cod.* §. 4. De prima & ſecunda ſpecie, patet jus indubium *in l.* 74. §. 1. *judic. l.* 28. *ad municip. l.* 14. *h. t.* De prima tamen notandum, requiri, ut cauſæ ſaltem in communi forma conveniant *vid. l.* 61. §. 1. *de judic.*

§. 96.

§. 96. Sequitur Quinta Jurisdictionis diviſio: quæ iterum trimembris eſt: Separata, Simultanea, Concurrens. Primam ſolus quis habet *l.f. C. h.* Secundam plures ſimul exercere debent. *v. l.* 36. *ſeq. re judic. l.* 12. *municip. l.* 160. §. 1. *de reg. jur.* add. *Virgin. Florentin. cap.* 5. §. 4. Tertia competit pluribus, ſed inter hos ſoli prævenienti. *l. p. h. l.* 30. *judic.* vid. §. 112. *n.* 1. *infr.*

§. 97. Sexta diviſio promanat ex Jure Canonico, quo alia Jurisdictio eſt Secularis, alia Eccleſiaſtica. Illa judici Seculari competit in cauſis ſecularibus: Hæc judici Eccleſiaſtico in cauſis eccleſiaſticis. *t. t. X. de for. compet.* Eſt tamen de eadem, & Conſtitutio Imperatoria, Friderici inquam II. in *Auth. Statuimus. C. de Epiſc. & Cler.* Quæ Eccleſiaſtica Jurisdictio Juri Juſtinianeo incognita eſt, utpote quod Epiſcopis nil niſi audientiam in Clericos concedit. *rubr. C. de Epiſc. aud.* Nec dubitandum eſt, jurisdictionem Eccleſiaſticam tolli poſſe, velut apud nonnullos, qui Juri Canonico parum favent, ſublatam eſſe, conſtat. Alias valde laxa. Winther *parthen. lit.* 1. *cap.* 6. *n.* 13.

§. 98. Septima diviſio debetur Moribus, ſecundum quos alia Perſonalis eſt, quam unice jus Civile agnoſcit. *arg. l.* 1. §. 2. *de juſt. & jur. l.* 1. *pr. rer. div.* alia Patrimonialis ſive Realis quæ in alicujus patrimonio eſt, ad quoſcunque ſucceſſores, etiam ſingulares, tranſiens.

§. 99. Scilicet hæc Patrimonialis, ipſi territorio immediate inhærere cenſetur: veluti nebula ſuper paludem. Merlin. 99. *contr. for.* 15. Unde & juribus in re accenſetur, utpote Confeſſoriam actionem utilem producens. Carpzov. 1. *reſponſ.* 78. *num.* 3. Unde acquiri amittique iiſdem modis poteſt quibus res ceteræ quæ in patrimonio & commerico exiſtunt. Conſequenter ubi Jurisdictionis inter plures fuerit communio, uno partem Juriſdictionis vendente, ſociis Retractum legalem concedere neceſſe eſt. Joſeph. de Roſa *conſultat. iur.* 16.

§. 100. Eſt adhuc diviſio Jurisdictionis ex Moribus, in Altam & Baſſam: ſed quæ ſupra viſam in Criminalem & Civilem aliis tantum verbis proponit. Leeuwen *cenſ. for. part* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. Addunt quidam & Mediam, quæ inter Altam quam & Superiorem cognominant, & Baſſam ſive Inferiorem, ſit intermedia: ſed quæ omni deſtituitur fundamento. Utpote cum Jurisdictio Superior ſive Alta varios habeat gradus: non equidem illos ſex quos Bartolus *ad l.* 3. *h. t.* confingit: nec tres, quos alii: vid. Bockelman *ff. h. t.* §. 16. ſed tamen alios. *v.* §. 78. *ſupra.*

§. 101. Ad non capiteles, ex antiquis Germanorum moribus pertinet Portatio canum: vid. Cruſ. *opuſcul. var. hiſtor. polit. jurid.* 5. *cap.* 4. *num.* 3. & *num.* 10. etſi aliquando & pœna

ca-

capitalis eandem fuerit ſubſecuta. Vid. Ott. *Epiſcop. Frigenſ. lib. 2. de reb. geſt. Frider. Imp. c.* 28. aliique quos paſſim memorat Cruſius *d. tr.* 5. & Vagedes *pent. quæſt. hiſtor. quæſt.* Dixi *Frider. Prim.* §. 7.

§. 102. Ceterum Jurisdictionis nunc etiam ſpectemus exercitium (*vid.* §. 72. *ſupra*) in remediis ad tuendam jus dicentis auctoritatem, conſpicuum. Enim vero illius gratia, *arg. l.* 9. *h. t.* varia Magiſtratibus indulta ſunt remedia. Veluti, *Primo*, Actio de *albo corrupto*: de qua dixi *ad Inſtit.* 4. *aphor.* 54. & infra *Part.* 7. §. 77.

Tit. II. *Quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.*

§. 103. S*Ecundo*, ſi Magiſtratus jus iniquum effectu (conatu non ſufficiente *l.* 2. §. 1. *h. t.* vid *Part.* 7. §. 27. *n.* 2.) ſtatuerit, aut litigatores iniquum jus impetraverint etſi eodem jure (quia peſſimi exempli eſt, magiſtratum ad talia ſollicitare) non fuerint uſi: in poſterum idem jus pati debent. *h. t.*

Tit. III. *Si quis jus dicenti non obtemperaverit.*

§. 104. T*Ertio*, ſi quis jus dicenti non obtemperavit, extremum Jurisdictionis, quod eſt executio, non faciendo: dum

rem, inquam abduci vel auferri ad mandatum judicis paſſus non eſt: tenetur, ita ut contra eum inde perſonalis in factum actio detur quanti res in judicium deducta æſtimata fuerit, etſi nullo jure petita. *l. un. h. t.*

§. 105. Præter hæc tria, habent tamen Magiſtratus adhuc alia. Quo pertinent pignorum captiones, multarum indictiones, corporis retentiones *l. 4 §. 2. damn. inf. l. 9. §. f. pecul.* Etiam præſto iis eſt, utilis Confeſſoria. *vid.* §. 99. *ſupr.* Sed hæc Petitorium requirit: cum autem multo commodius ſit Poſſeſſorium, ut monui *Admonitor. ff. part.* 6. §. 219. interdictum utile Unde vi, vel Uti poſſidetis, poſſet ſuccurrere: quin & remedio Canonico ex Canone Redintegranda locus eſſe: de quibus dixi 4. *aph.* 110. *ad Inſt. junct. aphor.* 106. *dicti libri.* De manu militari *v. l.* 68. *de rei vindic.* & quæ dixi *de jure Ventris part.* 12. §. 5. Vide ſis & Gailium 1. *obſerv.* 59.

Tit. IV. *De in jus vocando.*

§. 106. Sequitur (*vid.* §. 68. *ſupra*) *in jus vocatio*: quæ eſt juris experiundi cauſa ad eum qui Juriſdictioni præeſt, facta vocatio. Vinn. 1. *ſelect. quæſt.* 5.

§. 107. Et olim quidem ex duodecim tabularum Legibus, privata auctoritate inſtituebatur,

ur, in tantum, ut ſi vocatus ſequi nollet nec fidejuſſores de ſe ſiſtendo daret, vi & collo obtorto in jus, per vocantem rapi poſſet. *Horat.* 1. *ſatyr.* 9. *f.* Bugnyon. *leg. abrog.* 2: 198.

§. 108. Neque tamen inde conſequitur, magiſtratus auctoritate publica, ſi quis hanc prætuliſſet, eandem vocationem in jus fieri nequiviſſe. *v. Gell.* 13. *noct. Att.* 12. Quemadmodum Novo jure per viatores peragitur §. 24. *I. de act. Nov.* 53. *c.* 3. libello inquam oblato, cum deliberandi ſpatio ad 20. dies *vid. auth. offeratur. C. de lit. cont.*

§. 109. Ex dictis fluit, aliam fuiſſe ab in jus vocatione antiqua, citationem. *l.* 7. *de in int. reſt. l.* 68. *ſeq. l.* 73. *pr. de jud.* Etſi hæc hodie confundamus: itaque Citationem dividamus (1) in Realem & Verbalem. Illa fit maxime in gravioribus delictis, perſonæ ipſius prehenſione, poſt legitima nempe indicia. *Part.* 7. §. 89. *ſeq.* Verbalis iterum, vel (2) Publica eſt vel Privata. Illa per præconem fit vel per edictum publice affixum. *Clem.* 1. *de judic. Nov.* 134 *cap.* 5. Hæc, fit vel libello vel viva voce ipſi citando in faciem, vel ipſo abſente ad domum, ita ut in omnem eventum vel valvis ædium affigatur vel ut vox a vicinis exaudiatur. (3) Eſt vel Mediata vel Immediata. Illam ſubſidialem vocant, fitque in alieno territorio, mediante hujus magiſtratus officio & auctoritate. *arg. l.*

f. juriſd. (4) Dilatoria vel Peremtoria *v. l.* 68. *& ſeqq. de iudic. l.* 53. *§.* 1. *re jud. l.* 8. *C. quom. & quand. iud.* Winther. *Parth. litig.* 2. 13. 15.

§. 110. Præprimis hic notandum ſingulare parentum & patronorum, eorumque parentum, uxorum, liberorum, & heredum privilegium, quo niſi venia prius a Prætore impetrata in jus vocari non debent. Si quis contra fecerit (etſi per ruſticitatem *l.* 2. *C. de in jus v.*) contra eum (niſi pœnitentia ducatur *l.* 11. *h.* Vid. *infr. Part.* 7. §. 27. *n.* 3.) datur actio pœnalis ad quinquaginta aureos. *v. l.* 9. *de obſ. & infr. Part.* 7. §. 77. Sic voluit Edictum Prætoris. Verum hoc Edictum hodiernis moribus ceſſare verius eſt: quia libellum dans, ipſe vocare non debet cenſeri. *arg. l.* 15. *h.* niſi quis diſſimulaverit, ſe ex. gr. filium ejus quem in jus vocavit, eſſe *d. l.* 15. Diſſ. Fachin. 10. *contr.* 87. Sed nec Jure Civili ad Vitricum aut ad Novercam id pertinet. *arg. l.* 42. *de pœen.* Fachin. 10. *contr.* 88. Diſſ. Umm. 5. *proceſſ.* 33. Oldendorp. *claſſ.* 1. *act.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 6. Nec ad præceptorem aut ad dominum feudi, *arg. d. l.* 42. Fachin. 10. *contr.* 89. Bronchorſt. 2. *miſcell.* 90. Diſſ. vid. apud Vinn. *comment. ad* §. 12. *I. de action. num.* 5. Poſito autem, non conceſſo, dictum edictum pertinere ad vitricum & novercam, ſane id limitandum eſſet in caſu quo affinitas morte vel divortio ſublata eſt. *l.* 3. §. 1. *de poſtul.*

l. 3.

. 3. *C. de don. int. V. & V.* vid. Vinn. *d. loc.* Diſ-
ent. Hillig. & Donell. *libr.* 23. *c.* 2. *lit. r.*

§. 111. Alia controverſia eſt, an præſentes n cauſa ad quam citati non ſunt, in judicio reſpondere teneantur? quod *arg. l.* 1. *de edend. Nov.* 53. *c.* 3. negamus. Duplex enim in jus vo-ationis finis eſt, præter comparitionem, in-quam, defenſionis præparatio. vid. Thyllius *d Gail.* 1. *obſerv.* 51. *num.* 8. Quaeritur: An itatio in cauſis notoriis omitti poſſit? Neg. um præſens habere poſſet exceptionem judi-i forte ignotam *v. l.* 39. *de adopt. l.* 2. *de jur. & fact. ign. arg. l.* 47. *re jud.* An citationis in-nuatio poſſit fieri feriis Divinis? Neg. *l.* 2. *f. C. fer.* add, §. 125. *infr.* Lim. quo ad actus uriſdictionis voluntariæ *d. l.* 2. *d. l. f.* De ſu hodierno vid. Stryck. *uſ. modern. ff. tit. de r.* §. 8.

§. 112. De effectu Citationis ſive in Jus vo-ationis, ita habet Schutzius *compend. Laut. h. in fine; Operatur Citatio* (1) *Præventionem l.* 9. *jurisdict. l. f. C. h. c. pen. X. de for. compet. clem. lt. ut lit. pend nih. innov.* (2) *Interrumpit Pra-riptionem. l.* 2. *C. ann. exc. l.* 7. *l. f. C. de* 30. *vel* o. *ann. præſcr.* (3) *Perpetuat mandatarii Juris-ctionem. l.* 6. *jurisd. c.* 19. *& ſeq. X. de offic. & pot. d. del. clement.* 2. *ut lit. pend. non etiam* (4) *tem-rales actiones. arg l. f. de fidej. & nom. tut.* Hæc e. Vides adductam *l. f. de fid. & nom.* Hic
per-

perpetuatio actionum temporalium (quæ ſcil. infra longum tempus id eſt annos decem ſunt: ut apparet ex *num.* 2.) litis conteſtationi adſcribitur. Sed tamen ad hunc textum reſponderi poteſt, unius incluſionem non eſſe illico alterius excluſionem, maxime cum idem textus ſimul de transmiſſione actionum alias ad heredes non tranſeuntium, quæ litis conteſtatione inducitur, loquatur. Immo ſi vel maxime *d. l. f.* ſententiam Schutzii firmaret, contra tamen ſentiendum eſt per Jus Novum in *l. ult. C. de an. except.* & vid. Lauterbach. *pag.* 668. *in f. intus,* & *pag.* 565. *in h.* Adhuc quo ad dictum effectum tertium, *conf.* §. 91. *n.* 6. *ſupr.* Quoad primum §. 96.

TIT. V. *Si quis in jus vocatus non iverit, ſive quis eum vocaverit quem ex edicto non debuerit.*

§. 113. SUnt tamen adhuc alii Citationis effectus, veluti talem indicavi *Admonit. part.* 6. §. 287. quod in actionibus ſcil. in rem, Citatio rem faciat litigioſam. Alium habes hoc titulo, ſcilicet, quod ad multam extraordinariam arbitrariam teneatur, qui in jus vocatus, non comparuerit *l.* 2. §. 1. *h. t.* ob contemtam puta magiſtratus auctoritatem *l.* 9. *de juriſd.* Ceſſat tamen hæc pœna variis caſibus, veluti ſi quis vocetur ad judicem *notorie* incompetentem

item *l. f. ff. juriſd.* ſecus eſt ſi de eo *dubitetur*, in judice *ſuperiore*, ubi tum venire debet vo-us non ut ſe ſubmittat, ſed privilegia ſua al-aturus. *l. 5. judic. Conſ. l. 2. pr. h. t. l. 53. §. 3. ejud.* Ceſſat etiam pœna, ob ruſticitatem. *d.* . *§. 1.* Ceſſat & aliis in caſibus quos Rubri-Pandectarum hujus libri ſecundi reliquæ in-ant. Inter hos eſt (1.) Si quis eum vocaverit em ex edicto non debuerit. *rubr. ff. h. t.* vid. 110. *ſupra.*

Tit. VI. *In jus vocati ut eant aut ſatis vel cautum dent.*

114. (2.) SI in jus vocatus ſatisdationem aliamve cautionem idoneam ſtiterit. *rubr. ff. h. h. t.* Idonea ergo requiri-Aſt hoc tit. exceptio proponitur; Enim-) *pro perſonis neceßariis (veluti parente, libe-uxore, nuru, patrono, patrona) quilibet fide-r admittendus l. 1. h.* Etiam non idoneus ſci-: *l. 1. ff. h. t.* Cum autem idoneus fidejuſſor lligatur ex duobus 1. ex conveniendi faci-e & 2. ex facultatibus *l. 2. pr. ff. qui ſatisdar. nt.* notandum eſt, poſterius reſpectu per-rum neceſſariarum quidem remitti, mini-vero prius *l. 3. h. t. d l. 2. §. 4. qui ſatisd.* 1. *ff. in jus vocati ut eant.* Ad hanc etiam ma-

materiam referre licet verba illa: *pro qualitate perſonæ*: quæ vides §. 2. *in fin. l. de ſatisd.*

Tit. VII. *Ne quis eum qui in jus vocatur, vi eximat.*

§. 115. PRæterea a præſtandis idoneis fidejuſſoribus, & quidem in totum, liberi ſunt, per alium (quem tamen pœna manet, in id quanti res ab actore petita, æſtimata fuerit) vi, etſi abſque dolo malo *l. 3. fi. h.* exemti. *rubr. ff. h. t. arg. l. 155. reg. jur. l. 26. ff. l. 22. C. pœn.* Add. 4. *aphor. 54. in fin.*

Tit. VIII. *Qui ſatisdare cogantur vel jurato promittant vel ſua promiſſioni committantur.*

§. 116. NEc minus a dicta fidejuſſorum præſtatione liber eſt, ſi quis juratoriæ, aut ſuæ id eſt nudæ, promiſſioni adverſario aut lege indulgente (regulariter enim ſatiſdatio Prætoria requirit fidejuſſores *l. 7. ff. de Prætor. ſtipul.*) committatur. *rubr. ff. h. t.* Ubi tertium inter πρῶτα, *vid.* §. 68. *ſupra*, occurrit: *Satisdatio*, aut *Cautio*. De qua re abunde dixi *libr. 1. aphor. 91.* & *lib. 4. aphor. 77.*

Tit.

TIT. IX. *Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur.*

. 118. ADdendum eſt, cautionis *Judicio ſiſti* effectum eum eſſe, ut ſiſti beat eodem in ſtatu ſive reus ipſe ſive res qua agitur, quo ſatiſdationis tempore erat: *v.* 1. *l. de div. ſtipul. l.* 4. §. 8. *de re mil.* quod hic ulus exemplo noxalis actionis demonſtrat. *d.* 4. *aph.* 69. *ſeq.*

TIT. X. *De eo per quem factum erit quo minus quis in judicio ſe ſiſtat.*

118. PОrro (*Tertio*) dicta §. 115. *ſupra* multæ exactio ceſſat ſi per alte- s dolum factum fuerit quo minus quis judi- ſe ſiſtat, non tantum ſi id fecerit per vim mendo, ſed & quocunque alio modo, ve- i doloſe aliquid triſte nunciando. Adverſus em actio in factum datur illi ſive actori ſive cujus intereſt id factum non fuiſſe. *h. t.* ita ıeres teneri nequeat, niſi quatenus lucratus *l.* 1. §. *f. h.* convenienter regulæ in *l.* 5. *ff. cal.*

TIT. XI. *Si quis cautionibus judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.*

§. 119. CEſſat, *Quarto*, ſi quis vocatus, ex ſontica quadam cauſa non obtemperaverit. Quo ſpectat exceptio tempeſtatis, morbi, &c. *v. l.* 2. *§.* 3. *ſeqq. l.* 4. §. 1. *ſeq. h. t.* Etiam huc pertinet Exceptio Ventris. *l.* 2. §. 4. *h.* Vid. *de Jur. Ventr. part.* 1. *ſect.* 9. §. 2.

TIT. XII. *De Feriis & Dilationibus & diverſis temporibus.*

§. 120. CEſſat, *Quinto*, ſi quis vocatus ſit in diem tempusve feriis dicatum: aut ſi dilatio ſit conceſſa: *rubr. h. t.* Dictæ feriæ vel a *ferendis* epulis, vel magis a *feriendis* hoſtiis, unde hoſtiæ & feriæ *præcidaneæ. A. Gell.* 4. *N. A.* 6.

§. 121. Sunt autem feriæ dies ab actibus judicialibus vacui. *l.* 5. *h.* Unde & tempus hoc, *Juſtitium* audit. *A. Gell.* 20. *N. A.* 1. Dicuntur & dies *feriatici l.* 2. *l.* 6. *h. t.* & *nefaſti. Ovid. in faſt.* Alibi feriæ pro qualibet die hebdomadis ſumuntur. *l.* 22. *C. de Epiſc.*

§. 122. Dixi: *dies.* Ita enim eſt in *l.* 2. *l.* 6. *l.* 9. *h. &c.* Computatur autem dies a nocte media

edia, ad noctem mediam: ſcil. more Romano: aque quicquid in his viginti quatuor horis, id ſt duabus dimidiatis noctibus & luce media, atum eſt, perinde eſt, quaſi quavis hora lucis ctum eſſet. *l.* 8. *h.t.* Ex quibus patet, quomoo verum ſit, Salvatorem Mundi, per triduum uiſſe in ſepulchro. Scilicet, ſi diem computes *more Romano. d. l.* 8. Conf. *l.* 134. *V.S.*

§. 123. Alia diei computatio eſt vulgaris, a ſolis ortu ad occaſum. *l.* 2. §. 1. *V.S.* Vid. Goeddæ. *ad d. l.* 2. §. 1. & Gothofr. *ad l.* 8. *h.t. & ad l.* 7 *de uſucap.* Alia Canonica, de veſpera in veſperam. *c.* 1. *X. de fer.* Alibi aliter. v. Speidel. *ſpec. lit. T. n.* 4. Ancharan. *proceſſ. c.* 32.

§. 124. Canonica & priſcis Germanis arriſit. Audi Tacitum *de morib. Germanor. cap.* 11. *Nec dierum numerum* (ait Tacitus) *ut nos: ſed noctium computant: ſic conſtituunt, ſic condicunt: nox ducere diem videtur.* Quænam hujus computationis ratio ſit? inquirit Bernegger. *ad Tacit. qu.* 53. Scilicet, nec Ethnici ignorabant, noctem die, ab origine rerum, priorem fuiſſe: veluti *Ovid. libr.* 1. *metamorph.* ibi: *Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan, nec nova creſcendo reparabat cornua Phœbe.* Hinc & aliis gentibus præfata computandi ratio uſitata fuit, veluti Gallis: *Cæſar. 6. bell. Gall.* 18. Numidis: *Stob. ſerm.* 42. Add. Hoepfner. *Germ. ant.* 1. *c.* 5. *fin.* Hinc & apud Germanos hodieq; eſt *Weihenacht*

&c *Faſtnacht*: & alibi *Faſtenavondt*. De hodiernis Italis, vid. Berckemeyer *antiqu. pag.* 205. *n.* 9.

§. 125. Ferias dividimus in *Sacras* & *Humanas*. Illæ cultui Divino dicatæ ſunt: *v. l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l. f. C. h.*

§. 126. Humanæ vel ob neceſſitatem & utilitatem hominum inductæ ſunt, vel ob ſingularem rei memoriam. *c. ult. X. h. t.* Illas Neceſſarias vocant: Has, Honorarias.

§. 127. Neceſſariæ iterum vel Urbanæ ſunt vel Ruſticæ: non à loco ita diſtinctæ, ſed ab uſu. *conf. Part.* 2. §. 87. *infr. l.* 116. *l.* 198. *V. S.* §. 1. *l. de ſervit. prædior.* Ad Urbanas ſpectant feriæ Nundinarum. *l. un. C. de Nundin.* Ruſticæ ſunt vel Meſſium vel Vindemiarum. *l.* 1. *pr. h. t.* de quarum termino, vid. *l.* 2. *C. h. t.* niſi alia ſit conſuetudo *l.* 4. *ff. h.* Alii addunt, ſeminum ſpargendorum. *v.* Umm. *proc. diſput.* 7. *th.* 8. ſed abſque lege.

§. 128 Eſt & hic controverſia, an feriæ dictæ Ruſticæ, etiam illis proſint qui circa opera ruſtica non occupantur? Nos affirm. cum ratio talium feriarum fundetur agriculturæ vindemiæque favore *l.* 1. *h. t.* atqui hic omnibus adeſt. *v. ſupra* §. 37. quicquid contra ſpeculetur Speculator *tit: de feriis.* §. 1. *n.* 8. Opp. *l.* 1. *ibi, occupati. h. t.* Reſp. Non eſt favor occupatorum circa Meſſes, ſed ipſarum meſſium *l.* 2. *l.* 5. §. 1. *l.* 7. *C. h. t.*

§. 129. Ferijs Sacris ſive Divinis ceſſant judi-

judicia *l. f.* §. 1. *C. h.* & compromiſſa *l.* 7. *inf. C. h.* §. 230. *infr.* non obſtante *l.* 35, *ff. de rec. qui arbitr. recep.* quippe quæ de feriis *humanis* loquitur, aut, ſi non de iis loquitur, ad eas tamen per dictam legem Codicis reſtringenda eſt. *l. f. ff. conſtit. princ.* §. *pen. I. de L. Aquil.* Accedit *l.* 5. *C. h. t.* de feriatis geminis menſibus loquens, id eſt de feriis ſupra indicatis ruſticis, meſſium & vindemiarum, adeoque humanis. Ceſſant præterea diebus Sacris artium officia. *l.* 3. *C. h. t.* Sed an & Studioſus die Dominico ſtudiis ſuis, collegiis forte repetendis, poterit incumbere? Neg. *per d. l.* 3. Aliis diebus ſacris quin poſt publicas conciones id fieri queat, nil obſtat: eoque pertinet illud antiquum: *Qui vult Sanctorum celebrare ſingula feſta, Non poterit clare cum Codice ſcire Digeſta.* Sed dies Dominicus ſive Solis, dictam ſingularem indolem aut habet aut a Conſtantino Magno conſecutus eſt per *d. l.* 3. *C. d. fer. junct. l. ult. C. eod.* vid. Stryck. *d. jur. ſabbathi cap.* 1. Titius *teutſch. geiſtl. recht. libr.* 3. *cap.* 1.

§. 130. Poſſunt tamen diebus ſacris, quin vel ipſo die Dominico, pacta tranſactioneſque inſtitui. *l. f. C. h.* quin & agrorum vinearumque culturæ peragi *l.* 3. *C. h.* quin & actus voluntariæ Juriſdictionis, ita ut nec acta ſuper his prohibeantur. *l.* 8. *C. h.* Sed & tormenta latronibus ipſo Paſchæ die adhibenda. *l.* 10. *C. h. &c.*

§. 131. Si actus prohibitus diebus Sacris exerceatur, erit nullus. *arg. l. 5. C. de legib.* Nec dubitandum, quin præterea extra ordinem agens queat puniri. *v. l. 13. pœn.* In ſpecie tamen diei Dominicæ violatores puniuntur amiſſione militiæ, & publicatione bonorum *l. f. C. h.* Publicatio tamen hæc hodie regulariter ceſſat. *vid. Part. 7. §. 132.*

§. 132. Feriis Divinis Jus Civile non accenſere Feſta Aſcenſionis & Pentecoſtes *l. 7. C. h.* merito mireris: niſi ſub Epiphaniarum vocabulo comprehenſa dicas cum Vultejo *de judic. 2. c. 7. n. 327.*

§. 133. De Feriis Humanis; tenenda eſt regula, neminem tum in judicium cogi venire *l. 1. pr. §. 1. h.* Limit. (1.) Niſi iiſdem renuntiaverit, etiam tacite *l. 1. §. 1. l. 7. h.* (etſi id in honorariis non procedat. *arg. l. 27. ff. de R. J. l. 38. de pact.*) (2.) quoad cauſas publicas & fiſcales, liberales, alimentorum, tempore aut morte perituras, &c. *v. l. 1. & ſeqq. h. l. 5. h.*

§. 134. Dilatio (de qua *rubr. ff. h. t.*) eſt rei in judicio agendæ in alium diem rejectio.

§. 135. Eſtque vel Legalis, vel Judicialis, vel Conventionalis. Legalem lex concedit, ex. gr. decem dies ad appellandum. Conventionalem pars parti per pactum indulget. Judicialis eſt quam judex concedit cauſa cognita. *l. 4. C. h.* Aliam collige ex §. 109. *n. 4. ſupr.*

§. 136.

§. 136. Effectus dilationis eſt, quod uni a judice conceſſa, proſit & alteri. *l.* 3. *C. dilat. l.* 6. *C. temp. in int. reſtit.* item: quod ea pendente, nihil poſſit novari: *l.* 3. *C. dilat.* Dilatio probandi, eſt peremtoria. vid. Pfankuch. *de ſummar. poſſeſſ.* 2. *c.* 9. *n.* 18. *ſeq.*

§. 137. Ad tertiam rubricæ partem: *de diverſis temporibus*: moneo, tempus aliud eſſe Continuum, aliud Utile.

§. 138. Continuum eſt quod 1. per omnes dies, etiam ignorantibus currit. *l.* 8. *de his qui not. infam. l.* 31. *ff. l.* 5. *C. de adulter.* Utile eſt ubi nec 1. dies feriati computantur, nec quod 2. ante diem ſcientiæ currit, *l.* 10. §. *f. Turpil. l.* 55. *adil. ed. l.* 2. *C. qui adm. ad bon. poſſ.*

§. 139. Nunc. nota regulam: in dubio intelligi tempus continuum *l. f. C. dol. l. f. C. temp. in int. reſtit.* Excipe actiones Prætorias, quæ volunt annum utilem. *l.* 19. §. *f. l.* 38. *ad. ed.*

§. 140. Adhuc quæro, an dies termini computetur in termino? Recte Struvius monet *exercit. ff.* 5. *theſ.* 31. duplici id accipi poſſe ſenſu, vel de ultimo die termini, vel de ipſo die quo aſſignatur terminus. Illum computari *arg. l.* 133. *V. S. l.* 6. *de O. &. A l.* 1. § 9. *ſucceſſ. ed. l.* 30. §. 1. *adult.* Hunc non *arg. l.* 138. *pr. V. O.* niſi tempus de momento in momentum labatur, ut in terminis legalibus. *l.* 1. § 5. *qu. appell.* add. Wiſſenbach. *ad l.* 133. *de V. S. th.* 7, Esbach. *ad Cz.* 1. 2. 23.

Tit. XIII. *De Edendo.*

§. 141. Ceſſat præfata multa *Sexto* (*v.* §. 113. *in fine ſupr.*) ſi actor actionem non ediderit. Edere (quartum inter πρῶτα. *v.* §. 68. *ſupr.* & Vultej. *ad l.* 4. *C. de juriſd. n.* 9.) quid ſit: *v. l.* 1. *pr.* §. 1. *h. l.* 3. *C. h. Auth. Offeratur. C. de lit. cont.* §. 108. *in fin.* Ubi notandum eſt, non tantum edi debere 1. actionem, ſed & 2. inſtrumenta (aliquando & illa quibus actor ipſe uſurus non eſt, ex. gr. ſi ſint communia. *v. l.* 2. *l.* 7. *C. h. l.* 5. *ff. fam. erc.* regulariter ſecus eſt *l.* 1. §. 3. *h. l.* 7. *C. de teſtib.*) & 3. rationes. Eſt autem editio actionis, futuræ litis demonſtratio, ut adverſarius deliberet, utrum cedere an contendere velit, & ſi contendendum putet, veniat inſtructus, cognita actione qua convenitur. Illa hodie fit & fieri debet per libellum. v. Pfankuch *de ſumm. poſſeſſor. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 1. Ayrer. *proceſſ.* 1. 4. *obſ.* 6. Heic controvertitur: An plures actiones uno libello cumulative proponi poſſint? Neg. *arg. l.* 6. *exc. rei jud. l.* 76. §. *pen. de leg.* 2. Struv. *ff. exerc.* 46. *th.* 100. Vinn. 2. *quæſt.* 39. Lim. *per l.* 1. §. 4. *ff. quod legat. & infr. Part.* 2. §. 26. *fin.* Nec confundenda eſt Cumulatio cum Concurſu. *v. Part.* 6. §. 289. Quær. An nomen actionis in libello exprimendum ſit, Jure Civili? Neg. *arg. l.* 6. *ff. de reb. cred.* Vid. Pichard. *ad* §. 14. *I. de actionib.*

nib. Diſſ. Ludovic. Vital. 1. *var. lect.* 1. Gerhard. *ad Inſt. exerc.* 9. *qu.* 12. An libellus alternativus admittendus ſit in actione hypothecaria? Neg. *arg.* §. 1. *I. de act. l.* 16. §. 3. *pign.* Bachov. *de pign. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 8. add. quæ dixi *Acceſſ.* 1. *Irner. ſive Diſputat. de duobus Reis, cap.* 1. §. *quæ ſequuntur.* An libellus alternativus obtineat, cum quis ob læſionem ultra dimidium agit ex *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.*? Neg. *per. d. l.* 2. Dixi intra *Admon. part.* 3. §. 110. Diſſ. Schutzius *compend. Laut. pag.* 42. *lit. E. & pag.* 346. *O.* Quid Lauterbachius hac in controverſia? Fluctuat. v. Lauterb. *Coll. ff. de edend.* §. 21 *& tit. ff. de reſcind. vendit.* § 47. Adhuc quæritur: an reus (qui regulariter non edit. *v. l.* 3. *l.* 4. §. 1. *h. t. l.* 7. *C. eod. l.* 5. *fam. erc. l.* 91. §. 3. *leg.* 3. Bockelm. *h.* §. 8. Berlich. 1. *concl.* 45.) actori inſtrumenta edere cogatur cum de actoris replicatione probanda agitur? Aff. *arg. l.* 1. *except. l.* 19. *pr. de prob. l. p.* §. *f. ad. l. Falc.* vid. Alexand. *ad. l.* 8. *C. h. t. n.* 25. Tertius non edit *arg. l.* 2. *C. quand. & quib. pars quart.* niſi inſtrumenta ſint petentis propria, aut communia, publicave acta, vel petentis cauſa confecta. *l.* 4. §. 1. *h l.* 2. *l.* 7. *c. h. l.* 5. *fam. erc.* Hinc argentarii ad editionem tenentur *d. l.* 4. §. 4. quibus ſimiles ſunt hodie quodammodo Lombardi. Wiſſ. *ad l.* 89. *de V. S.*

§. 142. Etiam heic cum de libelli forma quæritur, repræſentari debet quod dixi *infr. Part.*

Part. 6. §. 272. n. 2. Quin & huc pertinet controverſia de *uno caſu* quem memorat Juſtinianus §. 2. *in fin. I. de action.* Credo, fruſtra eſſe omnes Doctores quotquot eum extra titulum Digeſtorum de Actionibus quæſiverunt: ad hunc enim ſe refert Cæſar *d. §. 2. in f.* Ubi enim eum *opportunius* inveſtiges? Monſtro adeo hunc unum caſum in *l. 37. §. 1. ff. de obl. & actionib.* ubi habes *mixtas* actiones, & illas, inquam, de quibus §. 20. *I. de act.* & interdicta retinendæ, uti poſſidetis, utrubi, de ſuperficiebus, &c. Ut *multa* ſpecies ſub *uno* generali caſu comprehenſæ, conjunctim in *d. l. 37. §. 1.* compareant. *Conf. l. 85. de V. S. l. 3. de abig.* Agunt & de his & de illis equidem & Inſtitutiones, ſed non tam opportune, utpote locis diviſis, & de his quidem loco abs titulo de actionibus avulſo.

Tit. XIV. *De Pactis.*

§. 143. Ceſſat *Septimo* (jung. §. 113. *ſupra*) multa non comparentium, ſi Litigatores interim *Pactis* aut *Transactionibus* litem aboleverint.

§. 144. Pactum ſumitur vel *late. v. §. 159. infr.* ut & contractum comprehendat. *l. 1. §. 2. l. 27. §. 2. ff. & l. 20. C. h. t.* vel *ſtricte*, ut contractui opponatur *l. 6. l. 7. §. 5. h. t.* In acceptione lata deſcribitur, quod ſit *duorum pluriumve in idem placitum conſenſus. d. l. 1. §. 2. h. t.*

§. 145. Et in hac generali acceptione, dividi-

viditur (1.) in Contractum, & Pactum in ſpecie dictum, quod & Pactum *nudum* audit: de qua diviſione dixi *ad Inſtitut. lib.* 3. *aph.* 57. *& ſeqq.* Nudum intellige, reſpectu *nominis* & *cauſæ*: etſi non reſpectu *actionis. l.* 30. *de uſur.* Alibi dicuntur nuda pacta reſpectu *traditionis. l.* 20. *C. h. t.* Add. Steph. Forcatul. *dialog.* 70.

§. 146. Dividitur (2.) Pactum in *Expreſſum* & *Tacitum*, Illud, cum conſenſus a paciſcentibus, verbis, litteris, aliove modo ſignificatur: Hoc, cum lex eorumdem conſenſum ex facto aliquo præſumit. *l.* 2. *pr. &* §. 1. *h.* A quo præſumto conſenſu differt utique fictus, qualis in Quaſi contractibus uſu venit: vid. §. 234. *infr. & ad Inſtit. lib.* 3. *aph.* 145. Pacti Taciti notabilem ſpeciem præbet, redditio chirographi, ex hac quippe remiſſio debiti, quo de dictum chirographum agit, præſumitur *l.* 2. §. 1. *h.* etſi, inquam, duo quis chirographa habeat, & uno reddito, alterum retineat: Cum & dictus textus indiſtincte loquatur, & rationes pro debitore & creditore militantes, rem hanc dubiam efficere videantur, ut conſequenter pro reo pronuntiandum ſit. *l.* 47. *de O. & A. l.* 125. *de R. J.* add. Menoch. 3. *præſumt.* 140. *n.* 8. Lauterbach. *Comp. ff. pag.* 44. Diſſent. Vinn. 1. *ſelect. quæſt.* 7. Schotan. *ad ff. diſp.* 14. *th.* 8. Aliud pactum Tacitum habes in redditione Pignoris: non equidem ut ea totius debiti remiſſionem includat

(niſi

(niſi ex ſpecialibus conjecturis aliud colligi fas ſit, ut ſi gener ſocero pignus reſtituat *l.* 9. *C. de remiſſ. pign.*) ſed ut pignoris vincula abrupta eſſe intelligantur. *l.* 3, *ff. h. Part.* 4. §. 32. *fin. Part.* 5. §. 144. Etiam hac Parte 1. §. 165. occurrit Pactum aliud Tacitum: *verſ. Nec omitt.* Alias Pactorum Tacitorum ſpecies vide ſis in *l.* 31. *verſ. nam ſi quis. ff. loc. cond. l.* 21. §. *f. ad municip. l.* 8. *quem. ſervit. amitt. l.* 17. §. 1. *ff. de uſur. l.* 5. *C. eod.* Alias præbet titulus ff. & C. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur. *vid. Part.* 4. §. 13. Qui idem titulus argumento eſt, Quaſi-Contractus etiam ad Pacta Tacita referri poſſe: cum ſint Pignora Tacita quædam *Præſumto*, quædam *Ficto* conſenſu fundata. Ut adeo pari ratione qua Pignora Legalia vulgo vocant quæ tacite contrahuntur, & Pacta Legalia in pactis tacitis agnoſcere liceat.

§. 147. Porro (3). dividitur pactum in Perſonale & Reale, ſive in Perſonam & in Rem. *l.* 25. §. *l.* 40. *l.* 57. §. 1. *h. t.* Illud ad ſolas paciſcentium perſonas pertinet: hoc (quale in dubio præſumitur *l.* 7. §. 8. *h.* §. *f. l. de repl.*) & ad alios porrigitur, veluti ad heredes, ſucceſſores item ſingulares, ſocios, correos & fidejuſſores *l.* 16. *l.* 17. *l.* 21. §. *f. l.* 25. *pr. &* §. 1. *l.* 40. *l. f. h. t.* cum vel in locum principalis debitoris ſuccedant vel ejus acceſſorii ſint. Quod utrumque ceſſat in caſu quo fidejuſſor *l.* 23. *h.* item, cum creditorum major pars paciſcitur, niſi

id fiat ad præſcriptum legum quod vid. *l.* 25. *C. h. t. junct. l.* 7. §. *f. l.* 8. *& ſeqq. ff. h. t. l.* 74. *de R. J.* Berlich. *deciſ.* 125. *&* 235. Scotan. *exam. ff. h. t. qu.* 17. *not.* Conring. 2. *obſ. dic. Oſtfriſ.* 3. De Pacto mixto ex *l.* 57. §. 1. *h.* vid. Bejer *h. lit. e.*

§. 148. Adhuc (4.) extat diviſio Pactorum in Publica & Privata. Illa de publicis cauſis publica auctoritate peraguntur: Hæc non. *l.* 5. *h. t.* De Privatis, tenendum eſt, *jus publicum, privatorum pactis mutari non poſſe. l.* 38. *h. t. l.* 27. *de R. J.* quod limita, niſi ea mutatio publico jure privatis indulta ſit: tum enim juri publico non derogatur, ſed obtemperatur: exemplum in Juriſdictione prorogata, & alia alibi proſtant. *v.* §. 92. *ſupr. l.* 39. *acq. her. l.* 89. *de R. J.*

§. 149. Ceterum Pacta quatenus expreſſo aut præſumto (in ficto id ceſſat *v. l.* 1. *de relig.*) conſenſu conſtant, duo hujus conſenſus requirunt principia: intellectum, inquam, & voluntatem: his enim duobus, omnis conſenſus abſolvitur. Hinc ſequitur, Pactis obſtare errorem *l.* 15. *de jurisdict. l.* 15. *de pact. l.* 57. *de O. & A.* Dolum item, & metum, de quibus infra *libro quarto.* Sequitur: paciſci non poſſe, mente captos, nec furioſos. *vid. tamen l.* 13. §. 7. *de offic. præſ. l.* 6. *C. de curat. fur. item l.* 3. §. 5. *de neg. geſt. l.* 46. *de obl. & act. l.* 25. *de fidejuſſ. & quæ dixi Acceſſion. Irner.* 1. *in fin.* nec extreme ebrios. *c.* 14. *x de vit. & hon. cleric. l.* 11. §. 2. *de pœn.* nec infantes §. 9. *I. de inutil. ſti-*

pul. Sequitur: nec pupillum, immo nec minorem, qui ſub tutoris aut curatoris poteſtate ſunt, poſſe paciſci; utpote cum voluntas ipſis per dationem tutoris & curatoris non quidem ablata, ſed quod ad pacta & obligationes omni effectu privata, & hactenus in tutorem curatoremve collata ſit: ut conſequenter, etſi retineant obligandi ſe voluntatem, amiſerint tamen poteſtatem: quemadmodum oculis aut pedibus orbati, retinent videndi eundique voluntatem, deſtituti videndi eundique poteſtate. Habent τo *velle* (ut Doctores id efferunt) non habent τo *poſſe. Conf. de Jure virgin. §. 22.* Unde ſequitur, pupillos minoreſque abſque tutorum curatorumve, ſi hos habent, conſenſu, non obligari: ne quidem naturaliter. Cum ad omnem actum naturaliter præter voluntatem requiratur & poteſtas, quæ hic pupillis minoribuſq; deeſt. Qualem regulam & ex Liciniii Rufini libris, vides *in l.* 59. *d O. & A.* Quod ſi ergo alicùbi leges deprehendis apparenter obſtantes, quas inter famoſa eſt *lex.* 101. *de V. O.* eas tu de exceptionibus cape ſis, veluti, ſi pupillus minorve locupletior factus fuerit: item ſi agatur de damno tertii, verbi gratia, ſi pro pupillo abſque tutoris conſenſu ſe obligante Titius fidejubeat, tum pupillus valide obligatur, non ut contra pupillum actio detur, huic enim poteſtas ſe obligandi ſubducta eſt, ſed ut tertius il-
le

le Titius fidejuſſor principalem debitorem habeat, cui Titius ille acceſſorius debitor ſit, & teneri queat, cum nulla ratio ſit, cur ipſe Titius (quem tutor curatorve non tangit) valide obligari non debeat. Uſum unum hujus controverſiæ collige ſis ex §. 201. *infr.* Dixi latius *tractat. de Jure Ventris parte* 9. *ſect.* 4. Vide ſis & infra *Admonit. part.* 4. §. 153.

§. 150. Ex iisdem fluit, nec prodigum abſque curatoris conſenſu obligare ſe poſſe. Quo pertinet illud Horatii 2. *ſat.* 3. *Interdicto huic omne adimat jus Prætor & ad ſanos abeat tutela propinquos.* Deeſt ergo prodigis, obligandi ſe poteſtas. Nec obloqui poteſt *l.* 25. *de fidejuſſ.* utpote de exceptionibus intelligenda, veluti ſi prodigus locupletior ſit factus. *Dixi Acceſſion. Irner. l. plane in fine.*

151. Quemadmodum autem pupillus minorque omnia cum tutoris curatoriſque conſenſu recte agit, immo & abſque hoc alios ſibi obligat: ita & prodigus. *l.* 3. *C. de reſt. in integr. l.* 9. §. 7. *reb. cred. l.* 5. *de R. J. l.* 5. §. 1. *de acq. her. vid. l.* 6. *C. de LL.* Qua in parte differunt a furioſis. *l.* 5. *d. R. J. l.* 70. §. 4. *de fidejuſſ.*

§. 152. Paciſcendi poteſtas competit aut adimitur quibusdam per ſtatum, puta ſervis & filiisfam. Sed ſecundum regulas plane contrarias. De ſervis quippe eſt regula: Eos nec obligare nec obligari. *l.* 21. §. 1. *h. t. l.* 17. *neg. geſt. l.*

1. *de*

1. *de O. & A.* Quæ falſa eſt tum in caſu quo domino ſuo acquirunt *l.* 17. *& ſeqq. h. t.* tum quod ad obligationem naturalem qua & ipſi domino ſuo obligantur *l.* 16. §. *f. l.* 9. §. 1. *l.* 14. *de pecul. v.* §. 4. *&* 5. *l. quod cum eo qui in al.pot.* Aſt de filiofam. proſtat regula in *l.* 39. *ff. de O. & A.* hæc: *Filius familias ex omnibus cauſis tanquam paterfamilias obligatur & ob id agi cum eo tanquam cum patrefamilias poteſt.* Sed & hæc regula nonnunquam officium ſuum perdit: veluti reſpectu mutui pecuniarii. §. *pen. I. quod cum eo qui in alien. poteſt.* & voti *l.* 2. *ff. pollicit.* Item: ſi cum ipſo patre ſuo paciſcatur *l.* 7. *de O. & A. l.* 11. *de judic.* aut cum fratre qui in ejuſdem patris poteſtate eſt. *l.* 38. *de cond. ind.* Vide tamen *l.* 2. *ff. Maced. Nov.* 117. *cap.* 1. & Berger. *reſponſ.* 36.

§. 153. Nec omittendæ hoc loco ſunt feminæ maritatæ, quippe quæ juxta Germaniæ Belgiique mores Curæ Virorum ſuorum ſubſunt. Dixi *de Jure Filior.* 2. §. *ult.* vid Herbaj. *rer. quot. c.* 13. §. 13. Rodenb. *de jur. conjug. p.* 216.

§. 154. Tenendæ & regulæ: I. Nemo paciſcendo, alteri acquirere poteſt. *l.* 73. §. *ult. de R. J.* §. 18. *I. de inutilib. ſtip.* De qua vide ſis *tr. noſt. de Jure ventr. part.* 3. *viſ.* 1. *in fin.* & Exceptiones, 2. *aph.* 88. *&* 3. *aph:* 98. add. Vinn. *ad* §. 19. *I. de inut. ſtip.* II. Ex alterius pacto neminem obligari. *l.* 4. *inf. C. ne uxor pro mar. arg. l.* 1. §. 2. *h. t.* quam limita *per. t. t. I. Quod cum eo qui in alien. pot.* Vid. *Part.* 3. §. 39. *&* §. 47. §.

§. 155. Objectum Pactorum eſt duplex: Res, & Facta. Quod ad illas, notandum eſt, pacta de futura hereditate eſſe prohibita *l.* 15. *l.* 16. *C. h.* niſi, ſecundum Jus Canonicum, jurejurando (corporali. v. Kellenb. *de renuntiat. ſucceſſ. q.* 3.) ſint confirmata. *c. quamvis.* 2. *de pactis in* 6. Add. tamen Struv. *deciſ.* 2. *dec.* 8. *& ſeqq.* Aym. Cravett. *conſil.* 52. Ben. Curt. *areſt. amor.* 9. *pag.* 531. & quæ dixi *ad Inſtit.* 3. *aph.* 1. *& ad Laut. man.* 4. *ad pag.* 49. Quod ad facta, ſciendum, non valere pacta turpia, nec quæ legibus adverſantur. *l.* 7. §. 7. 14. *l.* 27. *h. t.* ubi ſpeciale occurrit pactum, ne dominus rem ſuam alienet. *l. p. h. t. junct. l.* 20. §. 1. *de pact. dot. l.* 3. *de cond. ob cauſ. l. f. C. de reb. al. non alien.* item pactum advocati cum cliente *l.* 1. §. 12. *de extr. cogn. l.* 6. §. 2. *C. de poſtul. l.* 53. *de pact.* & medici cum ægroto *l.* 9. *C. de profeſſ. & med.* Referri hic poteſt pactum Judæi cum Chriſtiano de duabus unciis ex hujus carne ſcindendis: de quo Pegæus *Kunſtquelle num.* 3974. Vide ſis etiam *infr.* §. 161. *n.* 1.

§. 156. Effectus pactorum pro diverſitate ſpecierum varius eſt. De Pacto nudo controvertitur: an actionem pariat? Negamus, de Jure Civili *l.* 7. §. 4. *ff. h. t.* Vid. infra *Admon. part.* 6. §. 290. *& ad I. libr.* 3. *aphor.* 57. Forcatul. *dialog.* 69. 70. & Feltm. *de jur. in re. c.* 30. *n.* 23. *ſeqq.* ubi refutat diſſentientem Mæſtertium 1. *juſtit. leg. Roman.* 31. Affirmamus de Jure Canonico. *c.* 1. *&* 3. *x. de pact.* v. Bockelm.

tr. de action. c. 3. part. 6. §. 7. Bronch. 1. *aſſert.* 39. Diſſ. Forcat. *d. dial.* 69. *n.* 5. Fach. 2. *contr.* 101. Hillig. *ad Donell.* 12. *comm.* 6. *lit. a.* De Moribus non dubitamus: per ea quæ habet Tacitus 13 *annal.* 54 & *de morib. German. cap.* 24. vid. *Part.* 7. §. 72. *n.* 1. Quo cum confer Ubbonem Emmium 3. *rer. Friſicar. in fin.* ibi: *verba pro litteris & ſigillo, dextram pro juramento habent.* Quod intellige, modo Pacta ſint ſeria. Alciat. 2. *parerg.* 12. Specialem effectum Nudi Pacti habes *in l.* 27. §. 2. *l.* 95. §. 2. *h. t. juncta l.* 59. §. 4. *de ſolution.* de quo dixi ad *Inſtit. d. libr.* 3. *aph.* 51. & *Admonit. part.* 3. §. 73.

§. 157. Contractus, etiam quaſi tales, connumeratis pactis legitimis, & pactis adjectis, ea indole gaudent, ut Actionem producant efficacem. *Vid. ad Inſtit. d. libr.* 3. *aph.* 57. & *Jul. Paul.* §. 17. Debitor tamen facti *nudi* eo gaudet privilegio, quod præſtando id quod intereſt, facti præſtationem queat declinare *l.* 13. *ff. de re judic.* quod in facto *prægnante* ſecus eſt. *l.* 72. *inf. de V. O. l.* 35. §. 5. *C. donat.* §. 2. *I. d. t. l.* 68. *de R. V.* Vide ſis *tr. noſtr. de Jure Ventris part.* 12. §. 4. & 5. De Pactis in continenti contractui adjectis nota ſis, ea contractibus quibus adjecta ſunt, etiamſi illi ſtricti juris ſint, regulariter ineſſe eoſque formare, §. 3. *I. de locat. l.* 3. *C. de uſur. junct. l.* 11. §. 1. *l.* 14. *de reb. cred. l.* 7. §. 5. *l.* 17. *pr. h. t.* Dixi 3. *aph.* 57.

TIT.

Tit. XV. *De Transactionibus.*

§. 158. PActi in genere & late ſumti §. 44. *ſupr.* ſpecies eſt Transactio. *l.* 9. §. *ult. h. t. l.* 28. *l.* 31. *C. eod.* Differt autem a ceteris Pactis Tranſactio, quod heic requiratur 1. res incerta *l.* 1. *h. t. l.* 2. *C. eod.* 2. ejus deciſio *l.* 7. *l.* 33. *C. eod.* 3. non gratuito peracta, ſed aliquo dato, retento, vel promiſſo. *l.* 38. *C. eod.* Unde quilibet ſibi Transactionis definitionem ipſe facili negotio cudet. Forte talem: *eſt pactum quo res dubia non gratis deciditur.* Per genus, *pactum*, diſtinguitur Transactio a deciſione Judiciali *l.* 38. §. 1. *de V. O.* Vid. *Part.* 6. §. 169. Per reliqua, a reliquis pactorum ſpeciebus, utpote quæ & de rebus certis, & gratuito, peraguntur. Cum Tranſactio ſit *pactum*, ſequitur, ad eam neminem cogi. *l.* 116. *pr. R. J.* Niſi ingens ex litigiis ſcandalum oriatur, forte inter duos Paſtores unius Eccleſiæ. Brunnem. *J. Eccleſ.* 3. *c.* 1. §. 15.

§. 159. Cumque pactum hic in genere ſumtum ſit, non eſt mirum, variis modis transactionem peragi poſſe: veluti pacto nudo *l.* 2. *l.* 15. *ff. l.* 28. *C. h.* aut contractu innominato *l.* 6. 33. *C. h.* aut ſtipulatione *arg. pr. I. de V. O. in f.* Nec dubitandum eſt, poſſe accedere ſcripturam. *d. l.* 28. ſubjici ſtipulationem pœnalem *d. l.* 15. aut Aquilianam cum acceptilatione *l.* 4.

15. l. 32. C. h. vid. §. 1. *I. quib. mod. obl. toll.* Quin poſſe & judicialiter peragi *d. l.* 28. aut jurejurando confirmari. *l.* 41. *C. h.*

§. 160. Cum Tranſactio pactum ſit, ſequitur, a pacto ad tranſactionem recte argumentum duci, niſi differentiam inducat ejus ſpecialis indoles in aliquo dato, retento, promiſſove conſtituta. Unde ſequitur, tranſigere eos poſſe qui & paciſci. Sed ſpecialis quam dixi indoles, non nihil ſpecialis juris peperit circa Patrem, Tutorem, Procuratorem, Syndicum, Vaſallumque, tranſigentes. Et pater quidem, etſi circa res filii emancipati, & res filiifamilias caſtrenſes veras vel quaſi, nec non peculii adventitii irregularis, nil juris habeat. *l.* 10. *h. t. l.* 2. *Macedon. Nov.* 117. *c.* 1. de peculio tamen adventitio regulari, etiam in alium rem transferendo, recte tranſigit, modo filius, ſi præſens & pubes ſit, conſentiat. *l. f.* §. 3. *ſeqq. C. de bon. quæ lib.* Porro, Tutores & Curatores recte tranſigunt, modo jus pupillorum minorumve ſit valde dubium, &, ſi de re immobili per tranſactionem in alium transferenda agatur, judicis decretum accedat *l.* 54. §. *f. l.* 56. §. 4. *de furt. l.* 32. *C. admin. tut.* vid. *Part.* 5. §. 172. *ſeqq.* Procuratores tranſigere nequeunt *arg. l.* 5. *pr. ff. mand.* §. 8. *I. eod.* niſi ſpeciale habeant mandatum, aut cum libera, aut in rem ſuam dati ſint *l.* 7. *C. de proc. l.* 17. §. *ult. de jurejur l.* 58. *ff. de proc.* *junct.*

junct. l. 38. *C. de tranſact. Conſ. Part.* 1. §. 183. *& ſeq.* Dixi 3. *manip.* 15. aut ſint Syndici *v. l.* 12. *C. h.* De Vaſſallis eſt textus, eos poſſe: 2. *F.* 26. § *ſi vaſallus de beneficio.* quod tamen DD. comm. intelligunt de caſu quo vaſallus tranſigit ſuper feudo *retinendo.* Dixi *not. feudal. ad Feltm. num.* 251. *& ad Laut. man.* 2. *n.* 54.

§. 161. Objectum tranſactionis ſunt res dubiæ: *l.* 1. *h. vid. infra* §. 163 *verſ. ita poſt.* Ergo & ſi litigioſæ non ſint. Sufficit, ſi vel metus litis ſubſit *l.* 1. *ff. l.* 2. *C. h.* Winther. *Part hen. litig.* 2. §. 4. *n.* 25. Excipe (1.) delicta ſanguinis pœnam capitalem non ingerentia. De his enim tranſigens incidit in crimen falſi & pro confeſſo habetur: excepto *Falſo.* Veluti *Adulterium* excipitur a regula quæ ratione criminum capitalium transactionem indulget. vid. *l.* 18. *C. h. t. & l.* 1. *fin. de bon. eor. qui ant. ſent.* Rationem excepti *adulterii* indagat Martucius *variar. explanat. libr.* 1. *c.* 25. Vacca *ad l.* 20. *de legib.* Gilken & DD. alii *ad l.* 18. *C. h. t.* De ratione excepti *falſi*, vide ſis quæ *dixi ad Laut.* 3. *Man.* 16. Probatur hæc exceptio *per. l. p. C h. t. l.* 7. *C. de falſ. l.* 2. *C. quib. ut ind. her.* etſi vel maxime probari non poſſet per *τὸ citra*, quod habes in *d. l.* 18. Eſt tamen adulterio permiſſa pactio gratuita: vid. Padilla *ad L. tranſigere. C. de tranſ. n.* 94. *& ſeq.* Excipe (2.) alimenta futura per ultimam voluntatem relicta, de quibus, niſi prætore auctore, regulariter

tranſigi nequit. *v. l.* 8. *pr. & §§. ſeq. h.* (3.) Controverſias matrimoniales, quatenus agitur de ſponſalibus vel matrimonio diſſolvendis. *c. ult. x. h. t.* Lauterb. *comp. ff. pag.* 55. & DD. commun. Verum, cum *d. c. ult.* de Sponſalibus non loquatur, & Sponſalia, etſi de Præſenti, matrimonium non ſint, ſequitur, ad Sponſalia dictum c. ult. male extendit: maxime a Reformatis & Lutheranis, qui ne in matrimonio quidem Sacramentum agnoscunt, cujus ratione deciſio dicti c. f. fundata eſt. Conf. Stryk. *de reliquiis Sacramenti c.* 2. §. 38. *ſeq.* Excipiunt (4.) cauſas controverſas ex ultimis voluntatibus, quarum tenor nondum eſt cognitus. *per. l.* 6. *ff. h. t.* Sed nec huic ſententiæ accedere poſſum, propter *l.* 12. *ff. h. l. f. C. de reb. cred. junct. l.* 2. *ff. de jurejur. arg. l.* 51. *C. de Epiſc. & Cler. l.* 46. *inf. ff. & l. p. C. de pact.* Et ad dictam l. 6. reſpondeo, eam agere de caſu quo tranſigentibus incognitum fuit, conditum fuiſſe teſtamentum. *per d. l.* 6. *ibi: cognitis. junct. l.* 3. §. 1. *eod.* ut adeo hoc caſu reſciſſioni locum faciat error: ut & alibi *l.* 29. *C. h l. un. C. de err. calc. arg. l.* 116. §. *f. de. R. J.* immo poteſt & *d. lex* 6. capi de lege ſuaſoria. *vid.* §. 4. *ſupr. add. part.* 5. §. 75. *infr.* Diſſ. Vinn. 1. *ſel. quæſt.* 13. Arum. *diſp. ff.* 5. *t. h.* 8.

§. 162. Effectus tranſactionis eſt, quod res dubias decidat, & inter tranſigentes *l.* 3. *pr. h. t.* tantæ ſit firmitatis, ut ſe ad jusjurandum & rem

rem judicatam æquiparet. *l.* 20. *C. h. t. l.* 31. *ff. de jurejur.* Unde nec ex unius pœnitentia. *l.* 39. *C. h.* nec ob inſtrumenta poſtea reperta *l.* 19. *C. h.* nec ob indebitum *l.* 32. *C. h. l.* 65. §. 1. *de cond. ind.* nec Imperiali reſcripto *l.* 16. *C. h.* infirmatur. Dixi: *inter tranſigentes.* De reliquis enim *v. l.* 63. *de re jud. l.* 1. *C. h. l.* 27. §. 4. *inf. ff. & l.* 25. *C. pact.* & quæ dixi §. 154. *ſupr.* Limita *per. l.* 14. *l. ff. h. t. vid.* Vinn. *de trans. c.* 8. §. 1. *&* §. 2. Sed qua ratione, ad implendam transactionem, cogi poteſt eam adimplere renuens? Moribus indiſtincte actionem dari, patet *ex* §. 156. *ſupr.* De Jure Civili diſting. an 1. transactio nudo pacto inita ſit, an 2. per contractum innominatum, an 3. ſtipulationis accedente vinculo. Primo caſu, actioni locus non eſt, ſed exceptioni, aut replicationi *l.* 19. *l.* 28. *C. h.* Secundo caſu, datur actio præſcriptis verbis, ad adimplendum *l.* 6. *l.* 33. *C. h. t.* aut condictio cauſa data cauſa non ſecuta, ad repetendum *l.* 14. *C. h.* Tertio caſu, actioni ex ſtipulatu locum eſſe non dubitatur. In ſpecie autem circa majores viginti quinque annis qui a jurata transactione reſilierint, conſtitutum eſt, eos actione cadere, infamia legali notari, accepta reſtituere, inſuperque pœnam promiſſam præſtare *l.* 41. *C. h. t.* Add. Radelant. *dec.* 102. *n.* 8. *ſeqq.*

§. 163. Contraria Transactionis ſunt, ea quæ & Pactorum: niſi quatenus diſtincta indoles

les diſtincta depoſcit jura. §. 158. *ſupr.* Ita poſt rem judicatam valet pactum, non transactio: niſi appellationis aut reſtitutionis in integrum ſimileve remedium ſuperſit *l.* 7. *l.* 11. *h.* Radelant. *deciſion.* 25. Rigos a Malloſco *ad l.* 229. *ſeq. ff. de V. S. n.* 12. & Garcia. *de pactis pag.* 78. 5. *n.* 15. De errore jam monui *ſupra* §. 161. *plane in fin.* De metu & coactione, res ſimiliter expedita eſt. *l. f. C. de his quæ vi.* Nec dubitandum eſt de dolo. *l.* 5. *C. de dol. mal. l.* 65. §. 1. *de cond. ind.* Etiam reſcinditur transactio, ſi ex falſis inſtrumentis inita ſit *l. p. C. h.* & in cauſa publica, ex inſtrumentis noviter repertis *l.* 35. *de re judic.* Schrader. *ad l. admonendi, n.* 209. *& ſeq.* Sed an & ob enormem læſionem? ut ſuccurratur læſo per remedium ex *l.* 2. *C. de reſc. vend.*? Nos negamus *per l.* 20. *C. h. t. junct. l.* 25. *de ſtat. homin l.* 78. *f. ad Trebell. arg. d. l.* 2. *ibi: hum. junct. l.* 5. *ibi: maxime. C. de rec. vend.* conſ. *infra Part.* 3. §. 104. Niſi dolus concurrat *l.* 5. *C. de dol. mal.* Conf. Everhard. *conſ.* 241. *n.* 12. Zas. *ad l.* 36. *de V. O. n.* 20. Hahn. & Boeckellen. *ad Weſenbec. ff. h. t. n. ult.* Winther. *Parthen. litigios.* 2. *c.* 4. *n.* 27. *ſeq.*

L I-

LIBER III.

TIT. I. De *Poſtulando.*

§. 164.

SEquitur (*vid.* §. 68. *ſupr.*) ut de Advocatis & Procuratoribus videamus. Illi, velut & ipſi Litigantes principales, poſtulare dicuntur. Eſt enim Poſtulare, deſiderium ſuum vel amici ſui in jure apud eum qui Jurisdictioni præeſt exponere vel alterius deſiderio contradicere. *l.* 1. *h.* Alibi, *poſtulare* aliter accipitur, veluti Jure Canonico, eſt conferre prælaturam ei qui ob impedimentum Canonicum eligi nequit. Bockelm. *differ. juris Civ. & Canon. c.* 17. *n.* 19. Schilter. 1. *inſt. juris canon.* 7. §. 9.

§. 165. Poſtulare, ut id h. t. ſumitur, ſi quis inſtituat pro alio, vocatur *Advocatus:* qui diſtinguendus eſt a Procuratore, quippe qui non exponit nec contradicit, ſed exponenti & contradicenti miniſterium præbet. De Advocato lectu dignæ ſunt *l.* 14. *C. de advoc. div. judicior. l.* 6. § 1. *& ſeqq. C. h. t. l.* 14. §. 1. *C. de judic.* Add. *Part.* 7. §. 60. *&* 67. *infr.* Nec omittendum, ſalaria Advocatis, a clientibus, qui dare poſſunt, omnino eſſe præſtanda; *l.* 13. §. 9. *C. de judic.* licet incertum aut nihil promiſſum ſit *l.* 1 §. 14. *de extr. cognit.* vid. §. 146. *ſupra.* ut tamen modum non excedant, quod omne judex mo-

derabitur, non alligatus ad aureos centum, quos pactis heic præſcribit *l.* 1. §. 12. *de extr. cogn.* arg. *l.* 61. §. 5. *med. ff. de furt.* Vide ſis Quirini Peger *Kunſtquelle num.* 3316. & quæ ſcirpſi *not. feudal. ad Feltm. n.* 244. Si advocato promiſſum ſit ſalarium annuum, & is anni initio moriatur, integri anni ſalarium ad heredes tranſmittet, etſi numeratum advocato vivo non fuerit. *arg. l.* 1. §. 13. *de extraord. cognit. junct. l.* 9. *de jur. & fact. ign. l.* 32. *ff. L. Aquil l.* 15. §. 1. *C. de adv.* 1. *l.* 3. § *f. C. de adv.* 2. *l.* 38. *pr* & §. 1. *loc. cond.* Dixi *ad Param. Belgic. ſect.* 2. Diſſ. Umm. 2. *proceſſ.* 39. *n.* 7. Vaud. 1. *quæſt.* 7. Certum autem ſalarium in caſum victoriæ vel amicabilis compoſitionis promiſſum, advocato antea mortuo, integrum non debetur *arg. l* 4. *C. de condit. inſert. l.* 23. §. 2. *L. Aquil. l.* 94. *de cond. & dem l.* 8. *de per. & comm. re. vend.* Lauterb. *comp. ff. h.* Quicquid autem occaſione officii ſui advocati ſibi comparaverint, id quaſi caſtrenſi peculio imputabitur. *l.* 4. *l.* 8. *C. de adv. div. judicior.*

§. 166. Poſtulare omnes poſſunt, qui non prohibentur. *arg.* §. 1. *I. de jure perſon. l.* 43. *pr. de vulg. ſubſtit.* Prohibentur autem quidam 1. Sententia judicis. Alii 2. Lege. Alii 3. Edicto Prætoris.

§. 167. Sententia judicis: Si advocatis ob contumaciam vel delictum aut ignorantiam aliamve ob cauſam poſtulatione, aut in perpetuum

tuum aut ad certum tempus, interdicatur *l.* 8. *h. t. l. 9. pr. de pœn.* qui ne quidem adverſario permittente tum poſtulabunt *l. 7. h. arg. l.* 1. *pr. h. t.* Poſſunt nihilo minus tales prohibiti extrajudicialiter, conſilio, ſcripturis, aliave privata opera, litigantium cauſæ inſervire *arg. l.* 1. *l.* 7. *h. t. l.* 1. §. 11. *f. extr. cogn.*

§. 168. Lege arceantur quicunque non ſunt Catholici *l. f. C. h. t.* Sed nota, Reformatorum Lutheranorumque Sacris addictos, eſſe etiam Catholicos, non ſolum quatenus jura Catholicorum ipſis ſunt communicata Inſtrum. Pacis Weſtfalicæ *artic.* 7. §. 1. & Riſovicenſi *art.* 4. vid. Obſervat. Hall. *tom.* 5. *obſerv.* 6. ſed & ex Jure Juſtinianeo *l.* 7. §. 4. *& ſeq. l.* 9. §. 3. *C. de Summa Trinit. Nov.* 115. *c.* 3. §. 14. vid. *infra part.* 5. §. 34. Arceantur & Clerici, niſi pro ſe & conjunctis agant. *c.* 1. *& ult. x. h.* Item, Potentiores *l. ult. C. ne lic. potent. l.* 3. *pr. ff. de alien. judic. mut. cauſ.* Nec non, Iudices (& arbitri *d. l.* 6. *vid.* §. 230. *infra.*) ejuſdem cauſæ *l.* 6. *pr. C. h.* niſi cauſa in ſecunda inſtantia ventiletur, cujus fuerunt judices in inſtantia prima, ubi tum admittendi ſunt ut tueantur exiſtimationem ſuam; ne per ſordes, jurisve aut facti ignorantiam, in inſtantia prima judicaſſe dicantur. Ubi tamen ſupererogatoria non eſt Frantzkii 2. *reſol.* 13. viſio, tutius ſcil. judicem a tali patrocinio abſtinere, cum poſſit in ſecunda hac

inſtan-

inſtantia ſententiam nanciſci adverſam, cum eventus litium caſibus fortuitis imputentur. *l. 51. pecul.* Arcebimus ne & donatarios? Neg. *vid. Part. 6. §. 122. infra.*

§. 169. Edictum Prætoris tres prohibitorum ordines conſtituit. Primus Ordo continet eos qui in totum arcentur, veluti, ſurdi *l. 1. §. 3. h.* item: minores ſeptemdecim annis *d. §. 3. Conf. Part. 7. §. 85.* Plinius anno 19, dicere in foro coepit. *Plin. 5. epiſt. 8. n. 8.* Secundo ordine conſiſtunt illi quibus Prætor pro ſe duntaxat poſtulare permittit: quo pertinent mulieres (vid tamen *§. 3. I. de Suſpect. tut. l. 1. l. 2. pr. de accuſ. Part. 7. §. 85. & 1. aphor. 109.*) & cœci *d. l. 1. §. 5.* item inſigni infamia laborantes, *vid. §. 171. infra.* quales ſunt, muliebria paſſi, de quibus vid. *l. 31. C. de adulter.* & quæ dixi Sylloge diſſertationum *pag.* 364. Add. Sannazar. *1. epigr. 66.* Etiam ad hunc ordinem pertinent qui cum feris beſtiis depugnant ex locato. *d. l. 1. §. 6.* Tertium ordinem eorum qui pro ſe & certis tantum perſonis poſtulare queunt, occupant, infamia leviori notati *v. d. l. 1. §. 8. §. ult. l. 2. l. 3. pr. h. t.* Sed hic merito quæres, quid ſit infamia? ideo ſequitur

TIT. II. *de his qui notantur infamia.*

§. 170. **I**nfamia eſt exiſtimationis privatio & ignominiæ macula qua quis honeſto-

neſtorum hominum numero eximitur, & dependentibus inde juribus privatur, ob turpe factum proprium, jure irrogata. *l.* 5. §. 1. *de extr. cogn. l.* 2. *C. de dignit. l.* 8. 13. *l.* 27. *C. inoff. teſt.*

§. 171. Dividitur Infamia in Gravem & Levem. *arg. l.* 1. §. 6. *& ſeqq. de poſtul.* ſive ut eſt *in l.* 27. *C. de inoff. teſt.* in maculam turpitudinis & levis notæ. *Vid.* §. 169. *ſupr. &* §. 178. *infra.*

§. 172. Eſt & famoſa eademque communis diviſio altera in infamiam juris & facti. Sed quam jam olim Matthæus *colleg. ff. diſput.* 8. conculcavit, & nos *Irner. injur. vap. coit.* 43. §. 9. eliminare conati ſumus. *Add. part.* 6. §. 182. *infr.* ab infamia ſeparanda eſt vilior quorundam conditio. §. 178. *infr. & Part.* 4. §. 83. *&* 88. Plane ſi quis eam velit infamiam facti vocare, quæ nullo jure alicui improperetur, ſaltim abſque effectibus juris quos infamia alias ſecum vehit, ei non obluctabor: ſed ea erit releganda ad vanas populi voces, quæ non ſunt curandæ. *l.* 12. §. 1. *C. de pœn.* Add. *l.* 3. *in fin. junct. l.* 4. *pr. ff. de ſuſpect. tut.* ubi vides, *fraudem* non infamare niſi ob eam quis remotus ſit. Et *l.* 11. *in f. de dol. mal. junct.* §. 2. *I. de ſuſp. tut.* ubi temperatis in factum verbis, famæ patroni *doloſi* parcitur. Add. *l.* 20. *ff. de his qui not. infam.*

§. 173. Jus ergo ſolum, turpe factum infamia notat. *l.* 5. §. 1. *de extr. cognit. l.* 1. §. 8. *de poſtul.* Verum facit id vel immediate, vel non niſi

niſi mediante judicis ſententia. *l.* 8. *l.* 14. *C. h. t. conf. arg. l.* 130. *de V. S. l.* 8. *ff. de J. & J.*

§. 174. Immediate lex notat (1.) lenocinium facientes. *l.* 1. *l.* 4. §. 2. *h.* (2.) viduas, etſi pepererint, intra annum luctus ſecundas nuptias contrahentes. *l.* 10. §. 1. *h.* (ad ſponſas hoc non pertinet. *Adm.* IV. 94. *fin.* Brunnem. 2. *jur. eccl.* 17. §. 38.) immo & illos qui tales viduas ducunt *l.* 11. §. *f. h.* quin & parentes qui initio conſenſerunt, non ſi ratihabitionem poſtea interpoſuerint, propterea quod ratihabitio ultra placiti (quod hic ad pœnam ſuam conſentientes pertinere voluiſſe, ex Prætoris, abſque qua ſuum ratihabitio alias obtentura fuiſſet effectum, indulgentia, non creditur) fines extendi nequit. *l.* 11. §. 1. *l.* 13. *pr. h.* add. *de Jur. Ventris part.* 10. *ſect.* 2. & Bugnyon. *leg. abrog. lib.* 4. *c.* 35. Porro (3.) bina Sponſalia, etiam de futuro, contrahentes *l.* 1. *l.* 13. §. 2. *h.* (4.) Improbum fœnus exercentes *l.* 20. *C. h.* (5.) Mulieres liberas corpore quæſtum facientes *l. p. h.* non ſi quæ vim paſſæ *l.* 13. §. 7. *l.* 39. *pr. ff. l.* 20. *C. de adult. l.* 1. §. 6. *de poſt.* (6.) in adulterio deprehenſos *l.* 43. §. *pen. de R. N.* (7.) Profeſſorem aut Studioſum, maxime Juris, injuria afficientes, *auth. habita. C. ne fil. pro patr.* etiam hodie, *Feltman.* 1. *de titul. honor.* 88. vide ſis quæ dixi *Frideric. I.* §. 2. (8.) mulierem quæ per calumniam ventris nomine in poſſeſſionem miſſa eſt. *l.* 15. *ſeqq. h.* Dixi *de jur.*

Ven-

Ventris part. 1. ſect. 2. §. ult. (9.) Majores juratam transactionem reſcindentes *l. 41. C. tranſact. §. 162. in fin. ſupr.* (10.) Notarios illicita inſtrumenta conficientes 2. *F.* 52. §. 1. (11.) in ſcenam prodeuntes (ita ut conatus non ſufficiat, ne quidem operas ſuas ad id locantis *Admon. part. 7. §. 27. n. 2.*) lucri cauſa *l. 1. l. 2. f. l. 3. ff. h. l. 14. de pœn. Nov. 115. cap. 3* quæ loca docent, & aliis pœnis tales ſubjacere: ut dubitare liceat, an verum ſit, quod de Theodora Auguſta Iuſtiniani noſtri conjuge narrari ſolet, quaſi hæc ſcil. ſcenicam mimicamque vitam exercuiſſet: cum veroſimile ſit, Iuſtinianum dictas leges fuiſſe ſublaturum omnemque tali vitæ maculam pœnamque exterſurum, ſi ejus reverendiſſima conjux (*v. Nov. 8. c. 1.*) eidem unquam fuiſſet operata. Nec obſtat teſtimonium Procopii (vel quiſquis Auctor eſt) *in anecdotis*: Cum enim hic ſæpius injuriæ & mendacii in nequam iſto ſuo libello reus ſit *v. Diſſ. de Cornib. 1. §. 43.* & hic fidem non merebitur. *Part. 4. § 71. n. 3. infr.* Alios (12.) qui infamia hac, ut loquitur jus Canonicum, legali, laborant, vide ſis in *l. 1. h. t. l. 1. §. 6. de poſtul. l. un. C. de ſtud. liberal. urb. Rom. l. f. C. locat. l. 7. C de interdict. matr. int pupill. & tut. l. 6. §. 1. C. poſtul. l. 5. §. 1. C. majeſt. l. 42. de injur. Auth. Agricultores C. quæ res pig. oblig. poſſ.* Nequaquam autem huc referendi ſpurii *arg. Nov. 18. c. 5.* Immo ne facti quidem (fin-

ge

ge cum effectibus juris talem dari) infamia illegitime nati, ſume ſpurios, laborare poſſunt, quia nullum eorum eſt turpe factum proprium. *v.* §. 172. *ſupr. &* §. 178. *infr.* Hœnon. *ad l. ult. ff. d. R. J. n.* 2. etſi contra ſentiant magno ſtipati Doctorum numero H. Piſtor. & Filius S.U. Piſtor. 1. *quaſt. jur.* 30. Speciale eſt in *l.* 5. *C. ad L. Jul. maj.*

§. 175. Mediam judicis ſententiam ex præſcripto legis requirunt crimina publica extra illa quæ §. præced. dixi *n.* 6. 10. & 12. reliqua *l.* 7. *de publ. jud.* In criminibus extraordinariis infamia pendet a judicis arbitrio *l.* 12. *de pœn. l.* 9. *de crim. extraord.* ergo & in ſtellionatu. *l.* 2. *ff. ſtellionat. junct. l.* 13. §. *f. h. vid Part.* 7. §. 51. *&* §. 68. In furto, rapina, injuria, damnatum ſequitur infamia §. *pen. I. de pœn. tem. litig.* idem eſt in actione doli, non equidem quacunque, ſed ea quæ aliis actionibus deficientibus, in ſubſidium datur. *d.* §. *pen.* vid. §. 210. *inf.* Adde actionem Servi Corrupti 4. *aph.* 59. Huc pertinent & quatuor contractus: Societas, Depoſitum, Mandatum, Tutela. *d.* §. *pen.* adeo ut in his & lata culpa infamet *l.* 21. *C. mandat.* Vid. *ad Inſt.* 3. *aph.* 64. *&* 66. *item* 4. *aph.* 115. Dixi *contractus.* Nam ſi ad *remotionem* tutoris agatur, lata culpa non infamat. §. 172. *fin. ſupr. & part* 4. §. 156 *ſeq.*

§. 176. Sed quinam tandem infamiæ effectus ſunt? Primus eſt quod repellat a dignitate. *l.* 2. *C. de dignitat. l.* 7. *C. de infam. l.* 8. *C. de decuri-*

curion. Vultej. *de judic.* 1. *c.* 4. *n.* 124. *& c.* 7. *n.* 7. Ergo & a Doctoratu. Chaſſan. *catalog. glor. mund. part.* 11. *conſ.* 15. *fi.* Secundus, quod teſtimonium infamium non ſit audiendum *l.* 3. §. 5. *de teſtib. c. infames c.* 6. *q.* 1. *& c.* 54. *x. de teſtib. vid. Irner. noſtr. d. c.* 43. §. 9. Peguera *queſt. crimin.* 5. *n.* 3. Ayrer. *hiſtor. proc. juris cap.* 7. *ob.* 6. *n.* 9. Add. *Part.* 4. §. 88. *infra.* Tertius, quod interdum faciat locum querelæ inofficioſi teſtamenti, puta quando frater fratri infamem perſonam inſtituendo prætulit. *l.* 27. *C. inoff. teſt.* niſi ſecundum communem ſententiam commiſerint unam ex tribus cauſis quas enarrat *Nov.* 22. *c.* 47. Vid. infra *part.* 4. §. 109. *n.* 2. *& Irner. c.* 43. § 7. Quartus, quod querelam inofficioſi interdum excludat infamia. *l.* 11. *l.* 19 *C. inoff. teſt.* Hodie tamen requiritur, infamiam eſſe ortam ex una cauſarum quas enarrat *Novell.* 115. *c.* 3. *&* 4. Quintus, quod aliquando teſtamenti factionem activam impediat. *vid. c.* 2. *inf. de uſur. in* 6. *junct. l.* 20. *C. h. & l.* 18. §. 1. *qui teſtam. fac. poſſ. junct.* §. *p. I. de pœn. tem. litig.* Puta, quando delictum aliquod concurrit quod huic pœnæ ſpecialiter leges ſubjiciunt, quale eſt, uſurarii manifeſti, item ob carmen famoſum damnati. Regulariter ut ſecus ſit. vid. Gothofred. *ad l.* 1. *C. de ſecund. nupt.* Finckelthauſ. *obſervat.* 48. *num.* 34. & quæ ſcripſi *Irner. d. c.* 43. §. 9. *inf.* Sextus, quod det cauſam repudio. *arg. l.* 8. §. 2. *C. de repud*

pud. l. 5. C. de ſponſal. Brouwer. *de jur. connub. 1. c. 25. n. 38. Add.* §. 187. *in fin. infr.*

§. 177. Contraria infamiæ ſunt duo: Abolitio contractæ, & Evitatio contrahendæ. Ad illam pertinet: Reſtitutio in integrum & temporis præfixi lapſus. Ad hanc: Debiti ante ſententiam oblatio, lis per procuratorem ſuſcepta, & reſervatio famæ per judicem. Ad utramque, matrimonium cum ſtuprata, & gravitas pœnæ non pecuniariæ ordinaria pœna gravior, item liquida innocentiæ probatio. De quibus dixi *Sicilim. manip.* 4. *ad pag.* 62. *in fin.*

§ 178. Infamiæ perhibetur vulgo affinis, *levis notæ macula.* Male! Hæc enim eſt infamiæ ſpecies. *vid.* §. 171. *ſupra.* Dicunt, hac macula affectos eſſe Spurios, aliosque liberos illegitimos. Peſſime! Laborant enim macula *nulla. l.* 26. *de pœn. arg. l.* 3. §. 2. *inf. ff. de decur.* Nec moratur, ſpurios ſi competitores legitime natos habeant, in ordinem decurionum non allegi *d. l.* 3. §. 2. Si enim a dignitatibus repelli, levis maculæ ſignum eſt, ſequitur, omnes feminas levis notæ macula adſperſas eſſe *l.* 2. *de R. J.* eademque inquinatos omnes minores *l.* 8. *ff. de mun. & hon.* quin & nobiles illos qui ad torneamenta, cœnobiaque nobilia, & comitia non admittuntur, de quibus dixi *ſupra* §. 65. *in fin.* Sunt ergo *ſpurii* humilioris conditionis: Unde & *baſtardi* fortean dicti, quaſi *baſſe art* id eſt humilis generis: aut a *baſt* &

art

art: ut *baſt* ſit *cortex*: quaſi corticis indolem ſapiant ſpurii, utpote extra familiam paternam; ceu cortex extra arborem. Add. Paullini 2. *Philoſ.* 10. Forte & *ſpurius* hoc ſenſu quod *ſpurion*, ſequi poſſint ſolum: de quo Ant. Matth. *paræm.* 1. Aliter Juſtinianus *§. pen. I. de nupt.* Alex. ab Alex. 5. *gen. dier.* 4. Plutarch. *tom* 2. *p.* 88 Alii ad levis notæ macula laborantes referunt carnifices. Itidem male. *per* §. 170. *&* 171. *ſupra.* vid. H. Suden. *Critic. part.* 3. *qu.* 49. ubi & de bertlingiis. Add. Gejer. *obſervat. verb.* anrüchtig.

TIT. III. *De Procuratoribus & Defenſoribus.*

§. 179. SEquitur (v. §. 164.) ut de Procuratoribus ſubjiciamus. Procuratoris vox ſumitur vel 1. latiſſime pro eo qui aliena negotia judicialia vel extrajudicialia, cum vel ſine mandato, pro alio curat. *l.* 3. *tut. & rat. diſtr. l.* 24. *neg. geſt. l.* 22. §. 1. *rem rat. hab. & ita cape l.* 12. *C. h. t.* vel 2. late, pro eo qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat *l.* 1. *h.* vel 3. ſtricte pro eo qui aliena negotia ſive actoris ſive rei *judicialia* procurat. *l.* 8. *h.* vel 4. ſtrictiſſime ut talis defenſori opponatur, *rubr. ff. & C. h.* & ita capienda *l.* 13. *C. mand. junct. l.* 4. *C. eod.* ubi tum per defenſorem intelligitur, qui reum in judicio ſine mandato defendit. *l* 43. §. *f. l.* 46. §. 2. *l.* 76. *h.* qui ſimul & Negotiorum geſtor eſt: unde de Negotiis geſtis mox titulus ſubjicietur. Defenſor tamen & ille eſt latiori

acceptione qui reum cum mandato defendit. *l.* 8. *h. l.* 18. §. 13. *de munerib.*

§. 180. Dividitur in ſecunda acceptione procurator 1. In Judicialem & Extrajudicialem. Sive Litium, & Negotiorum *l.* 33. *pr.* §. 1. *l.* 43. *pr. procur.* De hoc *infra libr.* 17. *tit. mandati.*

§ 181. Secundo, Procuratores vel privatorum lites adminiſtrant, vel univerſitatis nomine interveniunt, qui Syndici hodie apellantur, de quibus *titulo ſeq.*

§. 182. Tertio, Procurator eſt vel Singularis ſive ſpecialis cui certa aliqua cauſa committitur: vel Univerſalis ſive omnium rerum aut omnium litium aut omnium bonorum. *l.* §. 1. *l.* 3. *l.* 40. *ff. h. t.* Unde mandatum vel Generale eſt, vel Speciale. Illud in rebus maximi momenti non ſufficit. *arg. l.* 25. §. 1. *de A. & O. H.* §. 3. *I. Proœm.* veluti in juramenti delatione & relatione *l.* 17. §. *f. l.* 18. *h. junct. l.* 63. *h.* in tranſactione *l.* 60. *h.* petitione reſtitutionis in integrum *l.* 25. § *f. min.* in liberis ducendis *l.* 40. *pr. h. t.* ſponſalibus contrahendis. Laut. *comp. p.* 438.

§. 183. Quarto, habet procurator mandatum vel ſimplex, vel cum libera. Ille ad fines mandati abſciſſe alligatur: *l.* 5. *pr. mand.* §. 8. *I. eod. l* 21. *in fin. C. h. t.* Hic non: habet enim poteſtatem *liberam*, quæ utique differt ab *adſtricta*. Sed hæc libera poteſtas eſt irregularis, adeoque *ſpecialiter* debet concedi. *v. l.* 12. *C. h.*

Un-

Unde ad hunc ſenſum, dividere licebit mandatum in Regulare & Irregulare. Procurator ergo cum libera, omnia *ad domini inſtar* peragit. Unde ex. gr. poterit vendere §. 42. *I. de R. D.* Ergo & in utilitatem domini & ut hic ipſe facturus fuiſſet. At hic res ſuas non perdit *l. 25. pr. de prob.* Ergo nec procurator cum libera eas perdet. Conſequenter nec donabit *vid. l. 7. ff. de don. l. 7. §. 1. quib. mod. pign. ſolv.* vid. Struv. *evolut. ff. h. t. th. 25.* & quæ dixi 3. *aph.* 138. & Admon. *part.* 3. §. 84. Diſſ. Vinn. 1. *ſel. quaſt.* 9.

§. 184. Quinto: Procurator eſt vel in rem ſuam, vel in rem alienam. In rem ſuam conſtituitur vel ab actore vel a reo. Qui ab actore, audit & Ceſſionarius, qui agit munitus titulo dominii alias tranſlativo: unde differt a mandatariis aliis, & ſpecialiter ab aſſignatariis. *vid. ad I. libr. 3. aph.* 139. Reus autem ſubſtituit auctorem ſuum contra quem habet regreſſum, ut hic litem ſuo periculo ſuſtineat. *v. l. 66. §. 2. de evict. l. 44. §. 2. de procur. & Part. 4. §. 42. infra.*

§. 185. Sexto: Procurator eſt vel Verus, vel Præſumtus, vel Falſus. Verus, qui conſtitutus eſt mandato *l. 1. pr. l. 42. §. 2. h.* vel ratihabitione *l. 66. h. l. f. C. Maced. l. 25. C. de don. int. v. & u.* Præſumtus, cui mandatum vel ratihabitionem inpertiendam eſſe præſumitur, veluti (1.) in parentibus & liberis *l. 35. pr. ff. l. 12. C. h.* Speciale tamen eſt quod ad bona filiifam. adventitia

titia regularia, circa quæ filiif. puberis præſentis conſenſus requiritur. *l. f. §.* 3. *C. de bon. quæ lib. & §.* 160. *ſupr. & part.* 2. *§.* 9. *infra.* (2.) in fratribus & ſororibus *d. l.* 35. (3.) in talibus affinibus *d. l.* 35. (4.) marito: intellige quod ad bona receptitia. *l.* 21. *C. h.* vide *Part.* 3. *§.* 83. *infr.* (5.) libertis. *d. l.* 35. (6.) Litis conſortibus *l. f. C. de conſort. ejuſd. lit.* Add. *Part.* 7. *§.* 70. *infr.* Falſus Procurator eſt qui nec vero nec præſumto mandato munitus eſt. Differunt hoc effectu: quod Verus Procurator admitti debeat, etſi non caveat de rato. *Part.* 7. *§.* 24. *vide tamen Part* 6. *§.* 102. *n.* 4. Præſumtus admittatur, ſi modo de rato caveat. Falſus autem repellatur & ſi vel maxime de rato cavere geſtiat. *l.* 1. *l.* 12. *l.* 21. *C. l.* 40. *§. f. ff. h.*

§. 186. Conſtituit Procuratorem dominus per mandatum *l.* 43. *§.* 1. *ff. l.* 8. *l.* 11. *l.* 23. *C. h.* Unde qui nec dominus eſt, nec mandare poteſt, is nec procuratorem conſtituere valet. Unde ſequitur, nec pupillum nec minorem, abſque tutoris curatorisve, ſi habent, conſenſu, procuratorem conſtituere poſſe. *v. de J. Ventr.* 1*x. ſect.* 4. Si tamen de facto dederint, & ſententiam pro ſe obtinuerint, hæc favore ætatis ſuſtinebitur. *l.* 14. *C. h.* Ipſi tutores curatoresve actorem conſtituunt, non procuratorem, niſi lis jam fuerit conteſtata *l.* 11. *C. h. l. un. C. de act. a tut. vel cur. dand. junct. §.*

6. *I.*

6. *l. de curat. vid.* §. 190. *princ. infra.*

§. 187. Conſtitui Procuratores poſſunt omnes qui non prohibentur. *l.* 43. §. 1. *h.* Prohibentur Decuriones *v. l.* 34. *C. de decur. l.* 30. *C. locat. Part.* 7. §. 156. Item Potentiores, *t. t. C. ne lic. potent.* Rei criminum *l.* 6. *C. h.* muti & ſurdi ad litem *l.* 43. *h.* aliique quos repræſentavi *ad l.* 4. *aph.* 72. De infamibus etiam dixi *d. aph.* 72. ut ſcil. procuratores eſſe nequeant ſi laborent infamia certa. Martuc. 2. *var. explan.* 64. Diſſ. Chaſſanæ. *catal. glor. mund.* 11. *conſ.* 19. *in fin.* De excommunicatis v. Padilla *ad l.* 1. *C. de jur. & fact. ign.* Hahn. *h. t. n.* 4.

§. 188. Circa quæſtionem, qualia negotia Procuratori judiciali committi poſſint, diſting. inter cauſas Civiles & Criminales. Quod ad illas, procuratori tam a parte actoris quam rei regulariter locus eſt. *l.* 26. *C. h.* Exc. *d. l.* 26. *verſ. niſi & l.* 40. *pr. ff. h.* Aſt quod ad criminales, ſeparanda eſt perſona Actoris & Rei. Ille procuratorem conſtituere nequit. *l. p.* §. 1. *de publ. jud. l. f. C. de injur. arg. l. f. ff. de furt. l. f. C. de accuſ. & arg. l.* 9. §. 5. *de publ. & vect. junct. l.* 5. *l. p.* §. 1. *pop. act.* Lim. per *d. l. f. C. de injur.* §. 10. *l. eod. & l.* 10. *l. p.* §. 1. *publ. jud.* Hic poteſt, ſi cauſa eſt pecuniaria, alias non. *l.* 1. *an per al app. l. f. C. de injur.* Vid, Struv. *ff. h. th.* 31. *ſeqq.* Lang. *ff. diſp.* 4. *th.* 27. Diſſ. varii varie. vid. Fachin. 1. *contr.* 24. *ſeqq.*

§. 189. Officium Procuratoris ex natura mandati patet. Specialiter tamen notandum, eum etiam in reconventione teneri principalem ſuum defendere *l.* 33. §. 3. 4. *l.* 35. *h.* niſi quis procurator in rem ſuam ex titulo oneroſo bonaque fide, vel ex neceſſitate factus ſit *d. l.* 33. §. *f. l.* 34. *l.* 70. *h. t.* Circa appellationem, diſting. inter appellationis interpoſitionem, & proſecutionem: Ad illam tenetur, non ad hanc *l.* 17. *C. h. l.* 9. *ſeq. C. apell.* niſi & ad hanc datus ſit. *l.* 2. *ff. an per al. cauſ. app.* Diſſ. Bachov. *ad ff. Prot. pag.* 848. Donell. 18. *commentar.* 16. eumque ſecutus Bronchorſt. 1. *miſcell.* 25.

§. 190. Poſt litem conteſtatam procurator fit dominus non equidem ipſius rei & cauſæ *l.* 86. *ff. de ſolutionib.* ſed tamen litis. *l.* 21. *l.* 22. *l.* 23. *C. h.* etiam hodie *arg. l.* 27. *C. de teſtam.* exceptis caſibus, qui excepti moribus aut jure alio poſteriori probari poſſunt. *conf.* 4. *aphr.* 115. *& mox n.* 3. Unde eſt (1.) quod dolus & contumacia procuratoris, ipſi principali noceat *l.* 10. *C. h. vid. tamen l.* 8 §. 1. *mand. l.* 13. §. *f. C. judic. l.* 5. *dol. mal. &* §. 221. *infra.* Fachin. 10. *contr.* 97. Fleck. 5. *bibliothec. jur.* 67. *n.* 44. (2.) quod ab eo tempore, procuratorem alium poſſit ſubſtituere. *l.* 11. *C. h.* (3.) quod ſententia in ipſum procuratorem feratur *l.* 1. *C. de ſent. & int. vid. l.* 28. *l.* 61. *h. l.* 4. *rejud.* Fleck. *d. libr.* 5. *c.* 25. *n.* 60. *ſeqq.*

Tit.

Tit. IV. *Quod cujuſque univerſitatis nomine vel contra eam agatur.*

§. 191. De Procuratore Univerſitatis (*jung. ſupra* §. 181.) ſpeciatim ſciendum, eum deficiente contraria lege vel conſuetudine *l.* 3. *l.* 6. §. 1. *h.* ab ipſa univerſitate eligi: ita ut duæ partes tertiæ ſufficiant *l.* 3. 4. *h.* in quibus & ipſe electus eſſe poterit *d. l.* 4. ut & pater filium & hic illum ſuffragio ſuo eligere queat *l.* 5. *h.* & frater fratrem *l.* 6. *h.* ſed nemo ſe ipſum *arg. l.* 14. *de tut. & cur. dat.* Quod de duabus tertiis partibus dixi, id hic ſingulare quid eſt ubi de Syndico eligendo agitur, ut & in Decurionibus, de quibus dixi *Virg. Florentin. c.* 5. §. *f.* Alias ſufficit pars major votorum *l.* 160. §. 1. *de R. J. l.* 7. §. *ult. h. l* 19. *ad munic.* modo reliqui legitime citati fuerint *l.* 45. *C. de decurion.* Mev. 4. *dec.* 152. & 7. *dec.* 140. Azo & alii apud diſſentientem Magirum *ad d. l.* 160. §. 1. Brunn. *ad l.* 3. *ff. h.* In judicibus arbitriſve etiam diverſum eſt *l.* 11. *rec. arb. l.* 39. *re jud. l.* 4. *C. quand. prov. non eſt nec. c. ult. de arb. in* 6. cujus ratio in caſibus non exceptis facit regulam. Forner. 1. *ſelection.* 7. Add. Schmidel. *ad Rennem. c.* 7. *n.* 27. & DD. *d. c.* 7. *n.* 26. De Univerſitate dixi *ad I. libr.* 2. *aph.* 9. *ſeqq. Admonit. part.* 1. §. 160. *in fin. & part.* 6. §. 70. add. Forner. 1. *ſelection.* 7.

Tit. V. *De Negotiis geſtis.*

§. 192. Negotiorum Geſtorum (*jung.* §. 179. *ſupra*) indolem habes ad *I. libr.* 3. *aph.* 146. Ceterum *l.* 3 §. 4. *ff. h. t.* corrigere geſtit Cujacius: vid. Goth. *not. ibid.* Sed fruſtra. Agit enim d. l. 3. § 4. de pupillo qui alterius negotia geſſit & exinde locupletior eſt factus. *v. l.* 14. *cond. ind.* Conf. *Acceſſ. Irn.* 1. *in fin.*

Tit. VI. *De Calumniatoribus.*

§. 193. Addhuc nota, poſtulare quem debere animo candido & ſui juris perſequendi non alterius divexandi cauſa. Ubi ſpeciatim contra eos qui pecuniam acceperunt ut alteri per calumniam litem moveant (qui calumniari in ſpecie dicuntur) datur actio in factum intra annum in quadruplum cui ipſa res ineſt, poſt annum in ſimplum. Aſt ſi tertius calumniatori pecuniam dederit, ne Titio litem moveat, Titius in quadruplum dicta actione aget ceu mere pœnam, tertius ille ſimplum condictione ob turpem cauſam repetet. *v. l.* 7. *h.* vid. *Irner. c.* 34. § *f.*

§. 194. *Calumniatoris* tamen appellatio aliter accipitur *pr. I. Proœm. l.* 233. *pr. V. S. l.* 19. *ad exhib. l.* 1. §. 1. *SC. Turpil. l.* 14. *C. de acc.* quæ huc

huc non pertinent, veluti nec juramentum calumniæ de quo *ad tit. ff. jurejur.* & dixi *ad I. libr.* 4. *aph.* 114. Pertinebat huc tamen olim Lex Remmia: de qua vid. Gothofr. *not. ad l.* 13. *de teſtib. & ad l.* 1. §. 2. *ad SC. Turp.* Pertinet adhuc hodie pœna a judice infligenda. *l.* 15. §. *ult. ad L. Aquil.*

LIBER IV.

TIT. I. *De in integrum reſtitutionibus.*

§. 195.

SEquitur ſecundum ea quæ §. 68. ſupra dicta ſunt & §. 198. in fine mox dicam, inter Judiciorum Prota, Sextum: Reſtitutio in integrum. Hanc Paulus 1. *ſentent.* 7. deſcribit, *redintegrandæ rei vel cauſæ actionem.* Imperatores *in l.* 2. *C. in quib. cauſ. in int. reſt. nec.* definiunt, redintegrationem amiſſæ cauſæ.

§. 196. Pleniorem deſcriptionem ſi quis amat, is ipſe ſibi ex requiſitis Reſtitutionis in integrum aliquam formet. Requiritur enim (1.) ut aliquis ſit læſus. *d. l.* 2. *vid.* §. 203. *infr.* Non videtur læſus qui jus publicum ſequitur. *l.* 13. §. 1. *de injur.* Bois *ad l.* 116. §. 1. *de R. J.* (2.) ex negotio valido. *l.* 16. *pr. ff. de minor. l.* 2. *C. de filiof. min.* (3.) ut juſta adſit cauſa quæ Prætorem ad reſtitutionem indulgendam poſſit movere. *l.* 1. *ſeqq. h.* (4.) ut læſio ſit alicujus momenti *l.* 4. *h. l.*

h. l. 9. §. f. l. 10. ſeq. de dol. mal. (5.) ut deſit remedium ordinarium. *l. 16. de minor. vid Sicil. man. 1. n. 12.* (6.) ut reſtitutionem concedens ſit magiſtratus major. *l. ult. C. ubi & apud quem. jung. §. 85. ſupr.* (7.) ut lædens non ſit parens aut patronus. *l. 2. C. qui & adverſ. quos.*

§. 197. Cauſæ quæ Prætorem ad reſtitutionem impertiendam movent, ſunt 1 Metus. 2. Dolus malus. 3. Ætas minorennis. 4. Capitis minutio. 5. Abſentia, ſimilisve juſta cauſa, ad quam & error pertinet in caſibus jure expreſſis. Hæc quinta vocatur *Majorum. rubr. ff. ex quib. cauſ. maj.* Poteſtque ad eam etiam quodammodo referri, Alienatio judicii mutandi cauſa facta. *arg. l. 1. ibi: quoque de al. jud. mut.*

§. 198. Fit autem reſtitutio, vel (1.) cum Prætor ex officio reſcindit quod geſtum eſt *l. 21. §. 5. quod met. cauſ.* (2.) cum poſſidenti exceptio datur *l. 9. §. 3. quod met. cauſ. l. 9. §. 4. de jurej.* (3.) cum res amiſſa, ſimul reſtituitur, vel officio judicis *l. 24. §. f. min.* vel actione impertita ſpeciali *l. 14. §. 1. quod met. cauſ. l. 1. §. 1. dol.* (4.) cum actio amiſſa reſtituitur, itaque jus agendi ad rem redintegratur. *l. 4. §. 4. l. 21. §. 5. quod met.* Quocunque autem modo ex prædictis quatuor reſtitutio peragatur, patet, non niſi unum judicium eſſe quo læſo ſuccurritur. §. 5. *med. I. de act.* Add. 4. *aphor.* 50. *fin.* vid. Bachov. *ad ff. Prota pag.* 948.

Niſi

Niſi quod de quarto caſu dubium oriri poſſit ex eo quod actio reſtituta differat ab re illa quam per actionem illam peto. Sed quod evaneſcit ſi perpendas 1. non nudum jus agendi *volenti* reſtitui, ſed una rem ad quam actio illa tendit. *l. un. C. de reput.* tum 2. etiam ſola *volenti* actione amiſſa reſtituta reſtitutionem abſolvi §. 195 *ſupr.* Dixi: *volenti.* Poteſt enim læſus acturus eligere *l. 9. §. 4. quod met. cauſ.* Atque hoc caſu reſtitutio ad *prota* judiciorum referenda eſt §. 68 *ſupr.* ut & , ſi quis & alias *ſola reſciſſione* velit eſſe contentus. *arg. d. l. 9. §. 4.* Diſſ. Balck 2. *elector* 26.

§. 199. Succurritur non tantum ipſis principalibus læſis, ſed & ipſorum heredibus *l. 6. ff. h. l. 2. l. 4. C. de temp. in int. reſt.* quin & ſucceſſoribus ſingularibus *l. 25. pr. minor.* & fidejuſſoribus, niſi reſtitutio perſonæ cohæreat. *vid. l. 2. C. de fidej. min. junct. l. 1. C. d. t. l. 13. de min. l. 89. de acq. her. l. 95. § 3. de ſolut. l. 12. C. de fidej.*

§. 200. Quod ad effectum reſtitutionis, diſtingue inter poſtulatam & impetratam. Si poſtulata ſit reſtitutio, habet effectum ſuſpenſivum, ſcilicet ut nec executio facienda nec quicquam innovandum ſit *l. un. C. in int. reſtit. poſtul ne quid nov. f.* niſi juſte præſumatur, illam malitioſe petitam eſſe. *vid. c. uſitata. 6. x. h. t. arg. l. 38. de Rei vind.* Si impetrata fuerit reſtitutio, quæ geſta ſunt, reſcinduntur, & omnia ex utraque parte in priorem, qualis ante læſionem erat, ſta-

ſtatum reſtituuntur *l. un. C. de reputat. quæ fiunt in jud. in int. reſt. Add. Sicil. man.* 4. *ad pag.* 76.

§. 201. Ceterum, reſtitutionibus petendis olim annus præfixus erat unus utilis *l.* 35. *de O. & A.* exceptis duabus cauſis, nempe 1. capitis deminutionis, in qua tempus perpetuum *l.* 2. §. *ult. de cap. min.* & 2. doli, in qua biennium continuum inductum fuit *l. f. C. de dol.* In ceteris cauſis cum diu manſiſſet anni utilis differentia, tandem ea ſublata eſt, ſuſtituto quadriennio continuo, *per. l. ult. C. de temp. in int. reſt.* In ceteris, inquam, omnibus, præter duas quas dixi cauſas. Ergo & in metu: & in alienatione judicii mutandi cauſa facta. Non autem in dolo. Quoniam in hoc non erat anni utilis differentia: quæ erat in illis. Adde ſis *Sicil. man.* 3. *num.* 21. & *Part.* 4. §. 173. *in fin. infr.* Alias de quadriennio controverſias excutit Balck. 1. *elect.* 17. *ſeq.*

Tit. II. *Quod metus cauſa geſtum erit.*

§. 202. Ex ſex illis, ob quas dixi reſtitutionem in integrum concedi, cauſis, prima ſe offert, *Metus*, qui eſt *timor maioris malitatis l.* 4. *h. per alterius vim injuſtam illatus. l.* 1. *h.* Vis eſt majoris rei impetus qui repelli non poteſt *l.* 2. *h.* Ergo vis requiritur a parte lædentis: Metus, reſpectu læſi. Illa, injuſta: Hic juſtus, qualis in-

inquam in conſtantiſſimum virum (aut mulierem. v. Kellenb. *de renunt. ſucceſſion. qu.* 24. *n.* 74.) cadit, veluti, mortis, vinculorum, ſtupri, amiſſionis bonorum *l.* 6. *l.* 7. §. 1. *l.* 8. §. 2. *h.* Ergo non infamiæ. *l.* 7. *pr. h. arg. l.* 5. §. 1. *extr. cogn.* nec ex dignitate alterius aut reverentia debita pullulans *l.* 6. *C. h. l.* 22. *ff. rit. nupt.* vid. *de J. Filior. m.* 6. §. 4.

§. 203. Oportet etiam, ut vis ſit compulſiva. *vid.* Gloſſ. *ad l.* 13. *ff. h. t.* Schneidewin. *ad §. quadrupli.* 25. *n.* 33. *I. de act.* & quæ ſcripſi *part.* 6. §. 234. *& part.* 7. §. 46. *infra.* Tum ut per eam alter læſus ſit *l.* 12. §. *f. h.* Unde creditores qui verum debitum a debitoribus ſuis extorſerunt, hoc edicto Prætorio non tenentur. *d. l.* 12. *f.* etſi ex edicto Divi Marci puniantur amiſſione crediti *l.* 13. *h.* ſed & ex Lege Julia puniri poſſint *l. f. ad L. Jul. de vi priv. d. l.* 12. §. *f.*

§. 204. Ea quæ metu geſta ſunt, regulariter ſubſiſtere uſque dum reſcindantur, patet *arg.* §. 1. *I. de except. add. l.* 9. §. 3. *l.* 21. §. 4. *ff. l.* 4. *l.* 5. *C. h.* Exceptio eſt 1. in ſponſalibus & matrimoniis *l.* 14. *C. nupt. l.* 134. *pr. de V. O. c.* 15. *x. de ſponſalib.* Vid. exemplum *tr. de Jure Filior. membr.* 6. §. 4. Alia 2. in jurejurando. *Aut. Sacramenta puberum. C. ſi adv. vend.* Dixi *Frideric. I.* §. 12. *& ſeqq.* Add. 3. *Sicilim. manip.* 4. *ad pag.* 77.

§. 205. Quot modis læſo ſuccurratur, ex §. 198. ſupra, colligi poteſt. Addendum hic, ſpe-

ſpeciali præterea actione vim paſſis ſuccurri, quæ audit *Quod metus cauſa*, quæ etſi de vi illata prodita ſit, eſt nihilominus in rem ſcripta, id eſt, contra quemcunque poſſeſſorem competens *l. 9 § f. l. 14. § 5. h. vid. Part. 2. §. 111. f. infra, & ad Inſt. 4. aph. 58. in fin.* Datur & adverſus heredes, quatenus ad eos pervenit. *l. 16. §. l. 17. l. 19. h.* adeo ut hic ſufficiat ſemel ad primum perveniſſe *dd. ll.* Dari eandem actionem læſis, patet: ſed amplia, etſi hi in delicto deprehenſi fuerint *l. 7. §. 1. k. c. 15. x. de ſponſ.* vid. *d. tr. de Jure Filior. m. 6* §. 4. Datur intra annum in quadruplum: ſi ſcilicet Prætoris juſſui non obtemperetur. Satis enim clementer cum reo egit Prætor, ut daret ei reſtituendi facultatem ſi vult pœnam evitare *l. 14. §. 1. h. t.* Poſt annum, eſt in ſimplum *vid. §. 27. I. de act. junct. l. 35. de O. & A.* Etſi res caſu perierit *l. 1. C. h.* niſi apud bonæ fidei poſſeſſorem ante litem conteſtatam perierit. *vid. l. 14. §. 5. §. 11. h. junct. l. 15. §. f. R. V.* Adhuc ſciendum, actionem Quod metus cauſa, enervari exceptione ſecuti ſpontanei conſenſus, *l. 2. l. 4. C. h. t.* Bartol. & Salicet. *ad d. l. 4.* Et hoc: Succurri etiam iis qui jurare coacti ſunt, juramenti relaxatione, poſt ſummariam cognitionem. Vigel. *meth. jur. cont. lib. 3. c. 7. reg. 60* Carpzov. 2. *conſtit. 39. def. 2.* Conf. quæ dixi *Frid. I. §. 12. & ſeqq. & ad paroemias Belgic. ſect. 4.*

TIT. III. *De Dolo malo.*

§. 206. SEcunda reſtitutionis in integrum cauſa eſt Dolus malus. *rubr, h. t.* Dicitur, *malus.* Eſt quippe & *bonus:* qui nil aliud eſt quam prudentia atque ſagacitas permiſſa, ſibi aut aliis proſpiciendi. *l.* 1. §. 2. *& ſeq. h. junct. l.* 77. §. 31. *legat.* 2. *l.* 19 §. 3. *de negot. geſt.* v. Hor. 2. *Sat.* 3. ubi lethargo affectus, pecuniæ effuſæ ab aliis diripiendæ adſpectu & metu, a vafro medico excitatur. Alia doli boni exempla habes *tr. de jur. Virgin.* §. 17. 22. *&* 72. Aliud *in l.* 16. §. 4. *ff. de min. junct. l.* 2. *C. de reſc. vend.* Guibert. 1. *quæſt.* 3. *num.* 2. 3. Sed hic dolus nec ad hunc titulum pertinet, nec voce doli regulariter intelligitur *l.* 1. §. 3. *h. l.* 23. *R. J.* Dolus enim hoc loco (nam ad Delicta id non pertinet, ubi & invaſio ſæpe violenta eſt & aperta, ſed & circa bruta delinquitur. vid. Stryck. *de poenis impuber. cap.* 4. *n* 32. *ſeqq.*) deſcribitur, quod ſit omnis calliditas, fallacia, & machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita *l.* 1. §. 2. *h.* Doli definitio indicat, dolum intelligi de læſione futura: non de facta. vid. 3. *aphor.* 61. *in fin.* Item de *propoſito* lædendi: non de læſione *ex ipſo negotio* fluente. Unde dolus *ex re* (cum quis ſcil. alterum ſine dolo malo, contrahendo lædit, ex gr. carius vendendo, aut vilio-

liori pretio emendo, *v. l.* 36. *de V. O. l.* 16. §. 4. *de minorib. junct. l.* 2. *C. de reſcind. vend.*) in dubio aut regulariter alibi, veluti & hoc titulo, doli appellationem aut effectus non habet *v. l.* 5. *inf. C. h. t. l.* 13. *C. tranſact. junct. d. l.* 2. *C. de reſc. vend.* vid. §. 163. *in fin. ſupr.* & Muſcul. *de ſucceſſ. convention. membr.* 2. *n.* 310.

§. 207. Nunc diſtingue dolum, in dolum qui dat contractui cauſam, & qui in eundem incidit. De priori eſt regula, quod contractum ipſo jure nullum faciat *l.* 7 *pr. h. l.* 3. §. *f. pro ſoc. l.* 16. §. 1. *minor.* unde nec actio ex contractu dabitur *arg. l.* 76. *ſolut.* Intellige hic autem debet dolus ipſorum contrahentium, non tertii. *l.* 7. *pr. h.* De poſteriori hæc: Dolus incidens in contractus, eos ipſo jure nullos non facit, ſed facit locum actioni, aut exceptioni doli. Ubi, reſpectu inquam doli incidentis, quoad actionem, intereſt, inter contractus bonæ fidei & ſtricti juris. In illis locus eſt actioni ex ipſo contractu oriundæ. In his, actioni de dolo *l.* 7. *pr. &* §. 3. *h.*

§. 208. Sunt Doctores (ut Acta Erudit. Lipſ. de A. 1709. p. 412. mittamus) qui regulam priorem reſtringant ad bonæ fidei contractus, exiſtimando, ſtricti juris contractus ob dolum dantem cauſam, nullos non eſſe, ſed actione aut exceptione doli infirmari. *per l.* 36 *ff. de V. O. l.* 5. *C. inutil. ſtipul. l.* 7. *pr* §. 3 *l.* 9. §. 1. *l. ult. ff. h.* Sed poteſt ad hos ſimileſque textus reſpon-

deri

deri, eos de dolo incidente commode accipi poſſe. *vid. l. 26. & l. 28. de legib.* Ut eadem ratio ſit in ſtricti juris contractibus quoad dolum dantem cauſam *l. 1. §. 3. verſ. adeo. de pact. l. 2. §. ult. pro ſoc. junct. l. 59. §. 1. mandat.* Certe leges expreſſe non niſi de contractibus qui ſolo conſenſu conſtant, loquuntur: & tamen Diſſentites ipſi eaſdem leges ex paritate rationis ad alios extendunt. Uſus diſputationis in eo eſt, quod iis caſibus quibus actus dolo geſtus, ipſo jure nullus eſt, reſtitutioni in integrum locus non ſit: veluti eſt, quando valet ſed reſcindi debet. Illic læſus habet tempus perpetuum: Hic, non niſi biennium. §. 201. *ſupr.*

§. 209. Alius uſus in eo eſt, quod quando contractus ipſo jure nullus eſt, dominium ex eo tranſlatum eſſe, dici nequeat: non entis enim nullæ ſunt affectiones. *l. 76. de ſolutionib.* Exceptio eſt in libertatis datione. *l. 7. pr. de dol. mal. l. 3. C. ſi adv. lib. arg. §. 1. inſ. I. de eo cui lib. cauſ.* Vid. *Sicilim. manip. 4. ad pag.* 79. Alium uſum videbis *§. ſeq. verſ. quia hæc.*

§. 210. Competit ergo (intra biennium. §. 201. *ſupra.*) juxta diſtinctionem § 207. propoſitam, ex capite doli mali læſis actio de dolo: intellige, ſi nulla alia actio competat *l. 2. C. h.* ratio, quia hæc actio eſt famoſa. §. 175. *ſupr.* quare famæ proximi parcendum, ſi id absque noſtro diſpendio fieri poſſit. *arg. l. 3. de ?. & ?.*

& l. 2. §. 5. de aq. pluv. arc. Exc. (1.) niſi actio de dolo concurrat cum *famoſa* alia æque gravi aut graviori *l. 7. §. 14. §. 13. quod met. cauſ.* veluti cum actione mandati. *l. 1. C. h. t. l. 59. §. 1. ff. mandat.* (2.) niſi illa altera actio ſit inefficax *l. 5. l. 6. l. 9. §. 3. l. 7. §. 8. h.* (3.) niſi altera ſit dubia. *l. 7. §. 3. h.* conf. *l. 1. §. 4. Quod legat. & 4. aph. 36.*

Tit. IV. *De Minoribus.*

§. 211. Tertia cauſa ob quam reſtitutionem in integrum Prætor dat, eſt minor ætas. §. *5. I. de her. qual. & diff. §. 33. I. de action.* quæ heic extrahitur ad poſtremiſſimum uſque momentum anni vigeſimi quinti. *l. 3. §. 3. h. vid. l. 5. qui teſtam. fac. poſſ. l. 8. de mun. & hon.* & §. 53. *ſupra.*

§. 212. Non ergo requiritur dolus lædentis, etſi & hic concurrere poſſit. §. 199. *ſupr.* ſed ſufficit, præter læſionem, ſola lubricæ ætatis ratio. *l. 11. §. 3. ff. l. 5. C. h.*

§. 213. Nec nocet minori, negotium, tutoris curatorisve interventu, aut in judicio, geſtum eſſe *l. 2. C. ſi tut. vel cur. int.* Add. *Part. 2. §. 11. in fin.*

§. 214. Reſtituitur minor in omnibus cauſis. *d. §. 5.* Etiam adverſus hereditatis aditionem *d. §. 5.* & repudiationem. *Part. 5. §. 74. infra.*

& con-

& confeſſionem *v. Part. 6. §. 176. infra*, etiam adverſus uſucapionem *l. un. C. Si adv. uſuc.* Aſt non adverſus præſcriptiones temporales, quæ ſcil. infra decennium ſunt: nec adverſus præſcriptiones perpetuas triginta vel quadraginta annorum. Temporales quippe hodie adverſus minores plane non currunt *l. f. C. in quib. cauſ. in int. reſt. nec. non eſt.* Perpetuæ autem, minores a beneficio reſtitutionis in integrum, excludunt, aſt contra impuberes non currunt *l. 3. l. 4. C. de præſcr. trig. vel quadr. ann.*

§. 215. Ceterum ſunt & alii caſus quibus in integrum reſtitutio minori non competit, quos habes in *l. 1. C. ſi adverſ. del. §. 4. l. de jur. perſon. l. 7. C. de pœn. junct. l. 11. §. 4. & 5. h. l. 9. §. f. l. 10. l. 11. pr. h. §. 1. l. de patr. pot. l. 41. ff. h. t. l. 11. §. pen. & ult. l. 34. h. l. 2. C. qui & adv. quos l. 3. §. 1. h. l. f. C. de temp. in int. reſt. l. 1. ſeqq. C. de his qui ven. ætat. §. ult. I. quib. al. lic. Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adv. vendit. l. 1. l. 2. l. 3. C. ſi min. ſe maj. l. 24. §. 2. h.* Quos caſus memoriæ ſublevandæ ergo, in quatuor diſticha ad dictarum legum ſeriem compacta teneſis ſequentia:

Succurrit læſo Prætoris cura minori:
Sed non adverſus crimina, vimque Dei:
Nec libertatem: Nec ſi eſt tibi nupta: Semelve
Es pulſus: Lædens ſi minor, aut pater, eſt.
Si major factus, prælapſis quatuor annis,
Verbisve aut factis, geſta priora probas:

Si venia ætatis, ſolvendive, eſt data: vel ſi Juras, mentiris, finis adeſt ve rei.

Speciatim autem ad illa: *aut pater eſt:* nota ſis, idem pertinere & ad *matrem.* Niſi quod exceptionem nonnulli ſtatuant eſſe in caſu *Novell.* 155. *cap.* 1. cum ſcilicet mater vidua & liberorum tutrix, jurejurando (quod per *Nov.* 94. *c.* 2. facere vetatur) promiſit ſe ad ſecundas nuptias non venturam, & nihilominus tamen poſtea, ſpreta jurisjurandi religione, ſecundum matrimonium exoſculata, liberis vitricum ſuperinduxit, petitis a liberis apochis quibus mater ab obligatione tutelæ omnique actione, per liberos, eo ipſo immane quantum læſos, liberabatur. Verum, dictam Novellam 155. ex Novellarum numero eliminandam eſſe, aperte, niſi fallor, demonſtravi *Irner. injur. vapul. coit.* 22. Porro illis, *nec ſi eſt tibi nupta:* innuitur, in matrimonialibus cauſis, reſtitutionem in integrum ceſſare: quod intelligendum eſt, non tantum de Jure Civili, quod, ſi reſciſſioni locus concedi deberet, repudia & divortia largiſſime indulgebat, ut remedio reſtitutionis, utpote extraordinario, locum præbere, neceſſarium non fuerit. §. 196. *n.* 5. *ſup.* Sed & de Jure Hodierno, quo divortii non niſi duas cauſas communiter agnoſcimus, veluti Jure Canonico nullas: qua de re dixi late *Irner. injur. vapul. coit.* 32. Conf. *ad l.* 1. *aphor.* 50. Porro illa: *ſemelve pulſus:* volunt, reſtitutionem bis peti

non poſſe: niſi ex novis cauſis iterato petatur, aut ad exitus contrarios: veluti ſi minor contra hereditatis repudiationem aut aditionem reſtitutus ſit, hic denuo reſtitutionem recte petet, ut qui adiit, repudiet: qui repudiavit, adeat. Quod tamen jure novo exceptionem notabilem patitur, in caſu, quo aditio aut repudiatio per patrem facta fuerit, ne ſcil. patris conſilium videatur ludi. *vid. l. ult. §. ult. verſ. ſimili modo. C. de bon. quæ lib.* Adde ſis quæ dixi *Sicilimentor. manip.* 3. *num.* 21. De illis: *Si venia ætatis.* dixi *ad l.* 1. *aphor.* 89. *in fin.* ubi adhuc ſciendum eſt, immobilium alienationem ideo non concedi *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *C. de his qui ven. ætat.* nec inde quem evadere majorem *l. fin. C. d. t.* Unde nec fratrum tutelam tales minores ſuſcipient. Vides in verſiculis noſtris & hæc: *Si juras:* Quibus indicatur, minores adverſus contractus jurejurando confirmatos non reſtitui. Ubi controvertitur, an id ad contractus validos duntaxat pertineat, an ſimul & ad invalidos? Nos affirmamus poſterius, ex eo ſcil. principio, quod *Auth. Sacramenta puberum. C. Si adv. vend.* ab Imperatore Germano ſit promulgata. At cum ſecundum Jura Germanorum puberibus perpetuo caratores dati fuerint: ſequitur, illos ſine his contrahentes, nulliter agere, niſi ſecundum dictam authenticam, ſacramento contractus firmaverint, qui tum validi evadunt nec retractari poſſunt. Se-

candum Germaniæ ergo jura, dicta authentica agit de puberibus curatorem habentibus. add. quæ dixi *Frideric. l. §. 12. ſeq. & Vinn. 1. ſelect. quæſt.* 15. Diſſ. Petr. de Bella Pertica *qu.* 328. Per, *mentiris*, in præmiſſo carmine, intellige, ſi minor ſe majorem eſſe mentitus ſit. De *quatuor* ibidem *annis*, dixi §. 201. *ſupra.* & infra *Part.* 5. §. 74. ubi nota ſeptennium. Per illa: *Finis adeſt vere rei*: reſpicitur & ad *l.* 24 §. 2. *h. t.* & ad *l.* 13. §. *ult. C. de judic.* Quo ad *crimina*, vid. 4. *aph.* 6. & Granz. *defenſ. inquiſ. pag.* 717.

§. 216. Minoribus heic (non in aliis *v. l.* 11. §. *ult. h. t. junct. l.* 15. *ad SC. Mac.*) æquiparantur Reſpublicæ *l.* 4. *C. ex quib. cauſ. maj. l.* 3. *C. de j. reip.* eccleſiæ, aliaque pia loca *c.* 1. *ſeq. x. h.* Quod ad reliquas univerſitates ex paritate rationis communiter extendunt.

Tit. V. *De Capite Minutis.*

§. 217. Quarta cauſa eſt, minima capitis diminutio, de qua & reliquis dixi *ad I. libr.* 1. *aph.* 77. 78. & 79. & 3. *aph.* 154. *n.* 3. Heic *vid. l.* 2. *l.* 7. §. 2. *h. junct. l.* 11. *de jur. fiſc.* ut ſcil. hæc reſtitutio ad capitis minutionem maximam & mediam non pertineat. Titulus autem hic per *Nov.* 118 *c.* 4. & *ſeq.* non eſt mutatus: cum ibi de duabus tantum cauſis, ſucceſſionis & tutelæ mutatis agatur.

Tit.

Tit. VI. *Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituantur.*

§. 218. Quinta cauſa, eſt Abſentia, *l.* 1. *h. t.* quæ hic æſtimatur ex loco domicilii. *l.* 32. *h. l. f. C. reſt. milit. l.* 173 §. 1. *l.* 199. *V. S.* dividiturque a Doctoribus in Neceſſariam & Voluntariam. Item, in Laudabilem, Vituperabilem, & Indifferentem. Ita Laudabilis Neceſſaria eſt, militum & legatorum: Voluntaria, Studioſorum. Vituperabilis Neceſſaria eſt, relegatorum & incarceratorum; Voluntaria, contumacium. Indifferens Neceſſaria eſt, a latronibus detentorum: Voluntaria, Mercatorum.

§. 219. Ex hac quinta cauſa reſtituuntur 1, præſentes per aliorum abſentiam læſi, contra hos abſentes. 2. abſentes contra abſentes. 3. abſentes contra præſentes. *l.* 1 *pr. l.* 21. *pr. &* §. 1. *l. f. h. t.* Primo caſu, nil intereſt, ex qua cauſa lædens abfuerit. *d. l.* 21. §. 1. Aſt duobus poſterioribus, ubi abſens ipſe propter abſentiam ſuam reſtituendus eſt, ſola ipſi prodeſt abſentia neceſſaria & voluntaria laudabilis. *l.* 1. *l.* 26. §. *f. l.* 28. *pr. h.* etſi procuratorem domi reliquerit, ſed per quem defendi non potuerit *l.* 26. §. *f. l.* 39. *h.*

§. 220.

§. 220. Ex hoc abſentiæ capite ſuccurritur, ut alibi, poſſidenti, exceptione: non poſſidenti, actione, quæ hic eſt & vocatur Reſciſſoria aut Reſtitutoria. *l.* 28. §. 5. *h. l.* 24 *C. de R. V.* de qua dixi *ad. l.* 4. *aph.* 50. ubi, inter alia, etiam monui, primo iſto caſu de quo §. 219. promtius remedium jure novo *l.* 2. *C. de ann. exc.* inductum eſſe. Adde ſis, aliquando Actioni Reſciſſoriæ aut remedio iſti novo locum non eſſe, quando quis ſcil. lucrum omiſit: quo caſu datur actio nova utilis, quam Inſtitutoriam vocant *arg. l.* 8. §. *pen. ad Vellej.* qua omiſſum illud lucrum, abſens, nunc iterum præſens factus, conſequatur *l.* 17. *pr.* §. 1. *l.* 41. *l.* 43. *h.*

§. 221. Ceterum Prætor hoc de abſentia caput generali dotavit clauſula: *Item ſi qua alia mihi juſta cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam, quod ejus per leges, plebiſcita, ſenatusconſulta, edicta, decreta principum, licebit. l.* 1. *in f. h.* Exempla ſupppeditantur *l.* 26. §. 4. §. 7. §. *f. l.* 33 §. *f. l.* 38 § 1. *h. l.* 7. *de in int. reſt. l.* 35. *S. P. R. l.* 1. §. 9. *de itin. act. priv.* Vid. inf. *part.* 6. §. 206. *in fin.* & §. 237. *n.* 2. *in fin.* Notabis autem in viſis modo verbis & verba reſtringentia, *verſ. quod ejus.* vid. *l.* 12. §. 4. *de Publician. l.* 12. §. 1. *de bon. poſſ.* Unde *ignorantia* ad hanc clauſulam generalem non pertinet, quia ea legibus reprobatur, ut ob eam reſtitutioni locus non ſit. *l.* 9. *ff. de j. & fact. ign. l f. C. de præſcr. long. temp. l.* 3. *l.* 4.

l. 4. *C. de præſcr trig. vel.* 40. *ann.* niſi certis caſibus jure exceptis *l.* 1. §. *f. l.* 2. *quod falſ. tut.* vid. *Part.* 4. §. 166. *infr.* Add. §. 33. *I. de act. l.* 33. *de re iud. junct. l.* 1. *in f. h.* Nec *bellum* ergo ad generalem hanc clauſulam pertinet. *l.* 18. *C. de poſtlimin.* quod ſecus eſt de Jure Canonico & Hodierno. Dixi 2. *aphor.* 68. & præfatione ad Feltman. tractat. de Somno, quem & vide *d. tract. c.* 9. §. 8.

Tit. VII. *De alienatione judicii mutandi cauſa facta.*

§. 222. MAgis ad generalem iſtam clauſulam (niſi quod ipſa actio amiſſa non reſtituitur) pertinet alienatio rei poſſeſſæ doloſa, judicii mutandi cauſa facta: quando ſcil. rei alicujus poſſeſſor cum de illa controverſiam metuit, eandem in alium transfert, ut petitoris conditio reddatur deterior *l.* 1. *h.* quo caſu actio in factum, læſo datur, adverſus alienantem in id quod intereſt. *d. l.* 3. §. 4. *l.* 4. §. *p.* & §. *f. h.* Reſcinditur ergo liberatio. Unde & remedium ex hoc titulo annale eſt *l.* 6. *h. t.* de quo tamen vide §. 201. *ſupr.* Ut fictionem illam de qua *l.* 131. *l.* 150. *ff. de R. J.* hic Prætor non attendat: cum Rei Vindicatione agere non tam utile ſit, utpote cum dominii probatio ſit aliquando difficillima aut impoſſibilis. ideo, inquam, in locum amiſſæ actionis, commodior actio a Prætore ſubſtituitur.

Tit.

Tit. VIII. *De Receptis qui arbitrium receperunt ut ſententiam dicant.*

§. 223. Ultimum inter Judiciorum πρῶτα, eſt Receptum, non quodcunque: ne erres: *vid.* §. 234. Sed Compromiſſum *v.* §. 86. *ſupr. h. t.* quod qui receperunt, dicuntur *Arbitri Recepti. rubr. ff. & Cod. hoc tit.* vel *Compromiſſarii l. 5* §. 1. *C. h. t. l. f. C. ubi & ap. quem.* ad differentiam arbitrorum aliorum, tum, a privatis ad contractum conciliandum & lites amice componendas electorum *v. l. 76. pro ſoc. l. 25. locat.* tum, a lege aut Magiſtratu conſtitutorum. *l. 5. C. h.* §. 1. *I. de act. l.* 38 *pro ſoc. l. 24. depoſ. l. 9. qui ſatisd. cog. l. 6. C. judic.* Dixi, *conſtitutorum*; Sola enim *confirmatio* compromiſſi naturam non mutat *arg. l. 6. de iuriſd. l.* 1. §. 13. *ſ. depoſ.* Unde (quia Status eligunt, jus confirmat) & *Auſtregas* ad arbitros compromiſſarios referas: judices nempe primæ inſtantiæ ad decidendas Statuum Imperii lites deſignatos: de quibus Vultejus *de iuriſd. ad l* 1. *C. ubi Senator. n.* 30. *& ſeqq.* & Limnæus 9. *jur. public.* 5.

§. 224. Arbiter Compromiſſarius eſt judex *d. l. 5.* §. 1. *d. l. f.* libera partium voluntate, partium (hinc *compromiſſum* audit) ſuoque ipſius conſenſu, ad controverſias ſecundum judiciorum ordinem (hinc differt ab

iis quid id amice peragunt, de quibus §. *præced.*) cognoſcendas, ſuoque arbitrio definiendas, conſtitutus. *l.* 1. *l.* 3. §. 1. *l.* 13. §. 2. *h. l.* 14. *pr. C. de judic.* Dixi: *definiendas.* Ergo, per ſententiam. *v. l.* 1. *de rejudic.* Aſt executione Arbitri deſtituuntur, judicibus pedaneis in eo ſimiles (in aliis diſſimiles) ut nudam habeant notionem. vid. Vacca *ad l.* 12. *de offic. proconſ. & ad l.* 3. *de jurisdict.*

§. 225. Arbitri eſſe nequeunt ſurdi, muti, furioſi, ſervi *l.* 7. *pr.* §. 1. *l.* 9. §. 1. *h.* nec feminæ *l.* 5. *C. h.* niſi jurisdictione gaudeant. c. 4. *x. h.* nec minores annis viginti *l.* 41. *h.* nec judices ad quorum cognitionem res jure ordinario pertinet *l.* 9. §. 2. *h.* (quod ſecus eſt de jure Canonico *c.* 5. 7. & 10. *x. h. c.* 21. *x. de prebend.*) nec ullus in cauſa propria *l.* 51. *h.* nec potentior qui cogi non poteſt *l.* 3. §. *f. l.* 4. *h.* nec laicus in cauſa ſpirituali. *c.* 8. *x. h.* Poſſunt, infames *l.* 7. *h.*

§. 226. Poſſunt & plures eligi *l.* 17. §. 6. *h.* ita ut omnium præſentia requiratur *d. l.* 17. §. *f. l.* 18. *h.* niſi (ſecundum Jus Canonicum. *v. l.* 37. *l.* 39. *ff. re judic.*) aliqui absque legitimo impedimento emanſerint *c. f. de arbitr. in* 6. aut alternative recepti ſint. *l.* 8. *l.* 27. §. 4. *h.*

§. 227. Si plures inter ſe diſſentiant; vincunt ſuffragia majora *l.* 17. §. *f. l.* 27. §. 3. *h. arg. l.* 36. & 32. *de rejud.* Si ſint paria, nihil agitur *d. l.* 27. §. 3. & 6. niſi diſſentiant circa quanti-

ta-

tatem, tum enim præferuntur quæ minorem ſummam continent *d. l.* 27. §. 3. *h. v. Part.* 6. §. 172. *infr.*

§. 228. Compromittere poſſunt, qui libere de rebus ſuis queunt diſponere & perſonam ſtandi in judicio habent *arg. l.* 1. *l.* 32. §. 8. *l.* 35. *h.* Poſſunt etiam vaſalli. 2. *F.* 15. 34. & 46. Sed non Epiſcopi & Prælati ſine conſenſu Capituli *t. t. x. de his quæ fiunt a prælat. ſin. conſ.* nec feminæ intercedendo. *l.* 32. §. 2. *h.*

§. 229. Compromitti nequit ſuper cauſis famoſis, (quia infamia ex proprio facto naſci debet, non ex privati tertii. §. 170. *ſupr.*) ergo nec ſuper publicis criminibus *l.* 32. §. 6. *h. junct. l.* 7. *publ. jud.* velut nec reliquis cauſis quæ non ſunt privati arbitrii *c.* 5. *X. h.* non ſuper matrimonialibus *c. p. x. de in integr. reſt. vid.* §. 161. *n.* 3. *ſupr.* nec rebus judicatis *c.* 11. *x. h.* nec reſtitutionibus in integrum *l. f. C. ubi & apud quem.* §. 169. *n* 6. *ſupr.* nec cauſis ſtatus, aut popularibus. *l.* 32. §. 7. *h.*

§. 230. Regulariter a judiciis ad compromiſſa recte argumentamur *l.* 1. *h.* Unde, inter alia, nec arbiter ſententiam poteſt mutare. *l.* 19. §. *f. h. conf. l.* 55. *de re jud.* Dixi: *regulariter.* Enimvero non eſt id perpetuum: quod præter alia (vid. §. 227. *verſ. Si ſint paria. junct. l.* 28. & 38. *de re iud.* & *Part* 7. §. 76. *f. infr.*) vel ex diverſitate effectuum patet.

§. 231.

§. 231. Sententiæ enim judicis, partes, niſi ab ea appellaverint, ſtare tenentur. At ab arbitri ſententia appellari nequit. *l.* 27. §. 2. *l.* 32. §. 14. *ff. l.* 1. *C. h.* Poteſt hæc tamen intra decem dies rejici *l.* 6. *C. h.* nam eadem nullam per ſe actionem parit, nullam judicati exceptionem *l.* 2. *ff. l.* 1. *C. h.* Dixi, *per ſe.* Nam ſi vel 1. ſtipulatio acceſſerit, ea ſervabitur *l.* 27. §. *f. h.* vel 2. juramentum, & id de jure Juſtinianeo antiquo *l.* 4. *l.* 5. *C. h. t.* & de Jure Canonico *c.* 2. *&* 9. *X. h.* compromiſſa vallabit, *contra Novellam* 82. *c.* 11. §. 1. *vid. Irner. c.* 47. vel 3. acceptatio partium expreſſa, aut tacita, quæ ex lapſu decem dierum colligitur: dabitur actio in factum, a Juſtinianeo numine inducta *per d. l.* 5. quæ ſententia hoc tertio caſu nunc *laudum homologatum* audit.

§. 232. Cum Compromiſſum conſtet Mandato, ſequitur, id non tantum morte ipſius arbitri, ſed & unius ex partibus, quæ compromiſerunt, extingui *l.* 27. §. 1. *h. c. f. x. h. t. c.* 5. *x. de teſtib.* niſi utrinque heredum fuerit facta mentio *l.* 49. §. 2. *h.*

§. 233. Illud autem cum mandati natura plane non concordat, quod arbiter regulariter (*vid. l.* 9. §. 4. *&* 5. *l.* 10. *ſeqq. h. t.*) ab officio ſemel ſuſcepto reſilire nequeat, immo nec alium ſubſtituere, ſed nobili judicis officio, vel pignorum captione, vel mulctæ indictione, ad ſenten-

tentiam dicendam compelli poſſit. *l.* 3. §. 1. *l.* 32. §. 3. § 12. §. 16. *h.*

TIT. IX. *Nautæ Caupones Stabularii ut recepta reſtituant.*

§. 234. Heic admonendum eſt, cum Receptis arbitrorum *v.* §. 223. *ſupr.* confundenda non eſſe Recepta Nautarum, Cauponum, & Stabulariorum: utpote quæ cum illis, veluti & omnibus Judiciorum πρώτοις, nil quicquam commune habent. Enimvero, non equidem inter judiciorum proluſiones verſantibus, qua talibus, ſed itinerantibus, contra Nautas, Caupones, & Stabularios, hoc titulo, duæ dantur actiones. Una ex Quaſi-Contractu: Altera ex Quaſi-delicto. Illa, in ſimplum: Hæc, in duplum. Illa etiam adverſus heredes: hæc non. Sed dixi de utraque plenius *ad Inſt. libr.* 4. *aph.* 32. junct. *Admonit. part.* 7. §. 37. 38. & 39. In tranſitu autem notabis, falſum eſſe quod nonnulli tradunt, non eſſe plures Quaſi contractus quam quinque in Inſtit. libr. 3. tit. 28. enumeratos. Enimvero habes hic Sextum. *v. l.* 1. *h. t.* Vis Septimum? Vide *l.* 1. *de relig.* de quo vid. *infra Part.* 2. §. 137. Octavum? Habes *l.* 7. *C. her. pet.* de quo *infra part.* 2. §. 37. Alios alibi. Vide ſis infra *Part.* 2. §. 5. & §. 128. item *Part.* 3. §. 4. *n.* 10. & §. 19. *in fin.* Nec non *Part.* 6. §. 173. *n.* 4.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

ADMONITORIA AD PANDECTARUM

PARTEM SECUNDAM.

LIBER V.

TIT. I. *De Judiciis: & ubiquiſque agere vel conveniri debeat.*

§. 1

Miſſis Judiciorum principiis atque præparatoriis (*vid. ſupra Admonitor. part.* 1. §. 68.) de ipſis Judiciis nunc dicendum eſt.

§. 2. Judicium alibi pro actione §. 1. §. 4. *I. de offic. iud.* alibi pro ſententia: *l. f. de Cond. trit. l.* 14. §. *f. jud. ſolv. vid. Diſp. ad L. Vinum* §. 20. (diſſ. Vultej. 1. *de judic.* 1. *n.* 29.) alibi aliter: veluti pro loco ubi jus dicitur *l.* 2. *Si quis cautionib.* pro mentis diſcretione *l.* 12. §. 2. *h. t.* pro ultima voluntate *l.* 32. §. 1. *de inoff. teſt.* accipitur, *vid.* Octavian. Veſtr. 3. *de iudiciis.* 1.

Di-

§. 3. Dividitur Judicium varie. Veluti [1] aliud eſt ordinarium: Aliud ſummarium. In illo Judicii ſolennis ordo obſervatur adhibita plena cauſæ cognitione: in hoc omiſſis prolixioribus litium ambagibus omnia breviter abſque plena cauſæ cognitione expediuntur. Hoc & extraordinarium appellatur: tum quod ordo ſuetus in eo negligatur, tum quod nonniſi ex privilegio cauſæ ſummatim inibi ventilentur, regulariter autem juxta conſuetum ordinem, cauſæ tractari debeant. Inter exceptas, moribus ſunt & cauſæ Mercatorum. Doctores eo & Matrimoniales referunt: peſſime! judice Bockelm. *h. t.* §. 10. cum ea harum cauſarum ſit magnitudo ut exactiſſimam deſideret cognitionem. Rectius huc referes cauſas alimentorum *l.* 5. §. 8. *de agnoſc. & al. lib.* honorariorum & mercedum *l.* 11 *extr. cognit.* poſſeſſorias *v. mox n.* 3 cum ad exhibendum agitur *l.* 1. §. 9. *ad exhib.* & pro parte cauſas Academicas *arg l. 6. C. de Profeſſorib. Protocoll. Academiæ Groninganæ a. d.* 17. *Apr.* 1617. Huc referunt & actionem ex l. Diffamari. *v.* §. 10. *infra.* & cauſas nauticas. *l.* 5. *C. de naufrag.* Stryck. *uſ. mod. ad l. Rhod. de iact.* §. 8. Add. *Part* 2. §. 130. *in fin. &* §. 205. *in fin. infra.* Felwinger. *Judex.* §. 46. Item, cum partibus id ita utrinque placuit. *arg. l.* 51. *C. de Epiſcop. l.* 21. *C. Mand.* Dixi ſupra: *ſummatim.* In *d. l.* 3. *C. naufr.* eſt *levato velo:* de quo vid. Pfankuch.

kuch. 1. *poſſeſſor. ſumm.* 3. *n.* 6. Kirchman. *de annul. c.* 9. Forcatul. *necyomant.* 80. *n.* 60. Tabarell. de Fatis *de judic. cap.* 1. *concl.* 10. *ſeqq.* Aliter adhuc extraordinaria dicuntur Jure Juſtinianeo, nempe reſpectu ceſſantis judicis pedanei & formulæ. §. *ult. l. de interd. t. t. C. de form. & impetr. ſubl.* (2.) Aliud Civile: aliud Criminale. Hoc ad pœnam corporalem aut pecuniariam fiſco ſimilive uſui (non actori, ut in Civilibus obtinet) applicandam tendit. *dixi* 4. *Aph.* 3. Hodie illud Criminale eſt, wan die Klage auf haut und haar gehet: teſte Lauterb. *Com. pag.* 714. quod tamen ad Saxones reſtringe. Bockelm. *h.* §. 8. Coler. *deciſ.* 22. (3.) Aliud Petitorium, aliud Poſſeſſorium. Hoc de ſola poſſeſſione agit. Illud, de alio jure quocunqe extra poſſeſſionem. Vid. *infra Part.* 6. §. 112. *&* 219. Et jure quidem Civili, omne Poſſeſſorium eſt momentaneum ſive ſummarium *l.* 8. *C. unde vi. l. un. C. ſi de momentan. poſſeſſ. l.* 3. *C. de interdict. l.* 13. *C. de R. V. l. f. C. quor. bonor.* At hodie poſſeſſorium duplex eſt, unum ordinarium: alterum, ſummarium: ab illo ut apellare liceat, non ab hoc. *Dixi* 4. *aph.* 106. A Summario alicubi adhuc diſtinguunt Summariiſſimum. Huber. *ff. de interdict. poſ.* 4. Add. Haberkorn. *de concurſ. cred. pag.* 158. *ſeqq.* (4.) Aliud Univerſale, aliud Generale, aliud Singulare, *l.* 18. §. *fin. l.* 19. *her. pet. l.* 38. *proſoc.* Generale ut ſit de certo

cauſarum genere, ex. gr. ex ſocietate aut tutela, pullulantium: univerſale autem de univerſitate, veluti hereditate. (5.) Aliud duplex, aliud ſimplex. Duplex eſt, in quo uterque litigantium & Actor & Reus potentia eſt. Actu autem actor eſt, qui prior ad judicem provocavit: Aut ſi ambo ſimul provocaverunt, quem ſors elegit. Antequam ſors id determinet, uterque libellum proponet. *l.* 44. §. 4. *famil. erciſc. l.* 13. *inf. l.* 14. *de judic.* Bartol. *ad tit. I. de act. n.* 6. add. 4. *Aphoriſm.* 58. & 110.

§. 4. Judicii principium a litis conteſtatione exoritur *l. un. C. de lit. conteſt.* fiebatque olim adhibitis teſtibus (a quibus & nomen ſuum traxit) coram prætore. *dixi ad l. Vinum* §. 12. *in fin.* Add. *ſupra Part.* 1. §. 91. *n.* 3. Hodie facta credi debet quamprimum Actoris principali intentioni Reus contradicendo reſpondet *d. l. un. l.* 19. §. 1. *C. h.* v. Ant. Matth. *ad l. un. C. de lit. conteſt.* Dividitur litis Conteſtatio (1.) in Affirmativam & Negativam. Hæc directo intentionem Actoris negat; Illa prius intentionem affirmat, ſed oppoſita exceptione peremtoria infringit. Uſum, ratione oneris probandi, id habet. *vid. l.* 19. *pr. prob. junct. l.* 1. *de except.* add. Vinn. 1. *quæſt.* 17. Hahn. *ad Weſenb. ff. h. t. n.* 7. Diſſ. Umm. *proceſſ.* 12. *n.* 15. (2.) in Puram & Eventualem. Illa fit abſque conditione: Hæc ſub conditione, ſi exceptiones a reo oppoſitæ ceſſaverint, aut rejectæ fuerint vid. Brunn. *proc. c.* 14. *n.* 12. 5.

§. 5. De litis conteſtatæ effectu, ſcias, eam quaſi contractum in ſe continere *l. 3. §. 11. de pecul. Admon. Part. 1. §. ult.* conf. Hoenon. *ad R. J. diſput. 6. theſ. 8.* ut præſtet quandam Novationem neceſſariam *l. 11. in f. l. 29. de Novat. l. f. C. de uſur. rei jud.* Non equidem quæ priorem actionem extinguat, ſed adaugeat qualitate nova ex dicto quaſi contractu oriunda *l. 1. C. de pact. l. 2. C. de judic. l. 41. §. 1. de fidejuſſ.* quæ actoris conditionem regulariter non deteriorem facit, ſed meliorem *l. 86. l. 87. de R. J. l. 29. de Novat.* Unde eſt, quod actio quæ alias temporis lapſu erat peritura, per litis Conteſtationem evadat perpetua ad annos quadraginta *l. 1. §. 1. C. de ann. except. l. ult. C. de praſcr. 30. ann.* quod equidem Lauterbach *Comp. p. 106.* reſtringit ad eas actiones quæ jam natura ſua erant perpetuæ: ſed dictæ leges hanc reſtrictionem ignorant. *vid.* Wiſſenbach. *ad d. l. ult.* Ex eadem præfata Novatione eſt, actiones quæ alias heredibus aut in heredes non competebant, & illis & in hos competere §. 1. *I. de perpet. & tem. act. l. un. C. ex delict. def. junct. l. 9. ff. de Cond. furt. l. 87. in f. de R. J.* Tabarell. *de judic. c. 4. tit. 6. concl. 4.* Ex eadem eſt, poſſeſſorem conſtitui in mala fide *l. 10. C. de acq. poſſ.* ut conſequenter ad fructuum, omniſque acceſſionis & cauſæ præſtationem teneatur *l. 22. C. de R. V.* Vid. 2. *aphor. 43. & Admonit. part. 2. §. 42. in fin*

Eadem exceptionibus declinatoriis & dilatoriis aditum fere præcludit *l.* 19. *C. de prob. l.* 2. *C. Sent. reſc. non poſſ.* 4 *aphor.* 102. Eadem, & præſcriptionem & uſucapionem hodie interrumpit *l.* 26. *C. de R. V. l. f. C. de ann. except.* Eadem, rei litigioſæ periculum in reum transfert, ejuſdemque alienationem impedit *l.* 40. *de her. pet. l.* 2. *C. de litigioſ. Admon. Part.* 7. §. 287. Sunt Doctores, qui & in eo actoris conditionem meliorem fieri putant, quod uſuras in ſtricti juris judiciis, a litis conteſtatæ tempore credant deberi: *arg. l.* 35. *de uſur.* quod tamen ex hac lege non probatur, ſed id tantum, quod uſuræ quæ ſemel cœperunt currere, ob litem conteſtatam non deſinant currere, propterea quod litis Conteſtatio ſit quidem Novatio, ſed actori non nociva *l.* 86. *& ſeq. de R. J.* vid. *Admonitor. Part.* 4. §. 58. *n.* 4. *&* §. 59. *n.* 2. *Part.* 6. §. 107. *n.* 1. Aliquando tamen litis conteſtatio actori damnoſa eſt, veluti quod poſt litem conteſtatam actor reconventionem cogatur pati; quod procuratorem nequeat revocare, ut antea: nec libellum mutare hodie. Lauterb. *Comp. pag.* 24. 41. *&* 69. item, quod litem cum uno fidejuſſorum conteſtatus, ad alios fidejuſſores regredi non poteſt *l.* 16. *C. de fidejuſſ. l.* 51. §. 1. *eod.* §. 4. *l. eod.* Sande *ad d. l.* 86. *de R. J. conf.* Melchior de Valentia 1. *illuſtr. tract.* 4. *l.* 6. *n.* 11. *ſeqq.* Aliud exemplum, ubi actoris conditio deterior

ſit,

fit, vid. *infra.* §. 40. *verſ. Item fructus.* Finaliter nota, cum, ut dixi, judicium a litis conteſtatione incipiat: ante quæ fiunt, in jure peragi, non in judicio. *l.* 15. *rat. rem hab. l. un. C. de lit. cont.* vid. *Part.* 1. §. 68. illorum principium eſt, in jus vocatio §. *ult. I. de poen. tem. lit.*

§. 6. Perſonæ quæ judicium principaliter conſtituunt, ſunt tres: Actor, Reus, & Judex. vid. Hermes *ad Weſenb. n.* 9.

§. 7. Actores eſſe non poterant jure civili Magiſtratus Majores, tum quod temporales eſſent, tum ob Majeſtatis particulam qua gaudebant. *l.* 48. *h. junct. l.* 9. *Juriſd. Part.* 1. §. 58. quæ utraque ratio hodie plerumque fere celsat. *arg. l.* 34. *de R. Cr.* Rolbac. *proc.* 10. *n.* 12.

§. 8. Minores, prodigos, aliosque qui curatorem acceperunt, abſque hujus auctoritate agere non poſſe, patet: vel ex eo inquam, quod judicio quaſi contrahatur. *l.* 3. §. 11. *de pecul.* At, qui curatoribus ſubſunt, abſque his obligari nequeunt. Vid. ſupra *part.* 1. §. 149. & *Part.* 4. §. 153. & quæ diſputavi *de Jure Ventris part.* 9. *sect.* 4. quod tamen limita (1.) niſi minores ſoli de facto agentes victores evaſerint. (2.) niſi veniam ætatis impetraverint. (3.) quod ad cauſas momentaneæ poſſeſſionis. *l.* 14. *C. de procurat. l. ult. C. qui legit. perſon. ſtand. l.* 10. *C. de appell.*

§. 9. Filium contra Patrem agere non poſſe, nec hunc contra iſtum: eſt in *l.* 4. *l.* 11. *h. l.* 16.

pact

pact. l. 8. *C. de in jus voc.* quod tu tempera, ut fallat in rebus quæ patri per filium non acquiruntur, in his enim pater & filius una perſona non ſunt. §. 4. *in fin. I. de inut. ſtipul.* ut dixi 3. *aph.* 97. Sed annon contra extraneum filiusfamilias aget ratione peculii ſui? Diſt. inter peculium profectitium & adventitium. Illud quia patri acquiritur §. 1. *I. per. quas perſ. n. acq.* patri quoque jus agendi relinquit. *l.* 1. *l.* 13. *O. & A.* Niſi pater abſens ſit: Immo & ſi præſens, quantum ad injuriam patri factam, quod vi aut clam, depoſiti, commodati: ut ſuo nomine agere poſſit. *l.* 9. *d l.* 13. *& l.* 17. §. 10. *ſeqq. injur. l.* 18. §. 1. *h. t.* Dixi *de jure filiorum membr.* 7. §. *ult.* Quantum ad peculium adventitium, diſtinguendum eſt inter regulare & irregulare. Quod ad illud, cum pater non ſolum uſusfructus, ſed & adminiſtrationis jure gaudeat *pr. I. per q. perſ. oligat. acq. in f. l. f. C. de bon. quæ lib.* ſolus pater aget, niſi (1.) filius pubes & præſens ſit, cujus adhibebit conſenſum *d. l. f.* §. 3. aut (2.) pater abſens ſit & filius de rato caveat *arg. l.* 22. §. 4 *ſol. matr. Admon. Part.* 1. §. 185. Quantum ad irregulare, in quo ſcil. duplex illud jus patri non competit, pater omni agendi jure conſequenter carebit, agetque ſolus filius, *Nov.* 117. *c.* 1. §. 1. Etſi enim Lauterbach. *Comp. pag.* 97. exiſtimet id ſecus eſſe in caſu quo filiusfam. id irregulare peculium diſſenſu patris conſecu-

ſecutus eſt, ut filius acturus tum egeat patris conſenſu *per d. l. f. pr. &* §. 1. Non dubito tamen, id jure Novello ceſſare: cum dicta *Nov.* 117. *c.* 1. §. 1. non tantum filiisf. facultatem *quocunque modo* de peculiis talibus inter vivos diſponendi indulgeat, ſed & *curatorem* minoribus conſtitui velit. De peculio caſtrenſi vero vel quaſi, quæris? Et hic valebit Regula: in eo filiumf. jure patrisfam. gaudere *l.* 2. *ff. ad Macedon.*

§. 10. Ceterum cum quilibet ſuo juri valide queat renuntiare: ſecundum regulam juris antiqui in *l.* 51. *C. de Epiſcop.* ſequitur, neminem ad agendum invitum cogi poſſe *l. un. C. ut nem. invit.* Quod tamen aliquando fallit. Audiamus Schutzium *Comp. Laut. pag.* 98. *Excipe*, inquit (1.) *Diffamatorem. arg. l. diffamari C. de ingen. manum.* (2.) *Eum, qui ad agendum contra tertium, tacite vel expreſſe obligatus eſt l.* 13. §. *p. de act. emt. l.* 15. §. *f. de leg.* 1. *l.* 8. *inf. de opt. legat. l.* 2. *pr. &* §. 2. *ff. ad L. Rhod. de jact. hic tamen liberatur, ſi actiones cedat. l.* 5. §. 12. *Commod.* (3.) *Aliud exemplum eſt in l.* 1. *C. de his quib. ut indign. l.* 9. *ff. ad SC. Silan.* (4.) *l. ſi contendat* 28. *ff. de fidej. Carpzov.* 1. *Conſtit.* 7. *def.* 29. *Heig. p.* 2. *quæſt.* 8. Hæc ille. Vides excipi diffamatorem: contra quem diffamato competit actio ex L. diffamari, quam Schwendendorff. *ſumm. act. for. expoſ. c.* 3. *n.* 62. deſcribit, quod ſit actio,

 de

de factæ diffamationis actione inſtituenda, & ea non facta, de perpetuo ſilentio imponendo, competens *l.* 5. *C. de ingen. manum.* Diffamator ergo, niſi velit ſilentium ſibi imponi perpetuum, cogitur, actionem ſuam, quam ſe habere jactavit, inſtituere. Unde duplex emergit judicium, diffamatorium, & cauſæ principalis. In diffamatorio quæritur de diffamatione, an facta ſit: inaltero, de cauſa diffamationis an vera ſit. In diffamatorio, Diffamatus actor eſt: diffamator eſt reus. In altero, Diffamator actor eſt: Diffamatus, reus. Utrumque inſtituitur coram judice diffamati. In diffamatorio igitur judicio diffamatus conqueritur, ſe diffamatum eſſe, petitque diffamatori terminum præfigi intra quem compareat, actionemque inſtituat, aut ſilentii perpetui impoſitionem expectet. Decernit judex citationem, prævia ſummaria diffamationis cognitione. Veluti hæc aliaque Doctores tradere ſolent. De quibus nota cenſuram Ant. Matthæi *Colleg. Codicis diſp.* 14. ubi & judicem diffamatoris requiri affirmat, *arg. l. f. ff. de juriſd.* Ut nec veroſimile ſit, intelligi in *d. l.* 5, omnem judicem qui juriſdictione gaudeat ordinaria; etſi id velit Schwendend. *de action. ſucceſſor. feudal. p.* 2. *tit.* 1. *C.* 2. *art.* 1. & alicubi praxis, *Irner. coit.* 43. §. 5. Academiam Groninganam, citationes ex. L. Diffamari etiam contra Juriſdictioni alias ſuæ non ſub-

ſubjectos decernere & exequi, liquet ex *Protocollo Academico de anno* 1655. 24. *Aug. & ſeqq. Add. Protocoll.* 17. *Jan.* 1617. Secunda exceptio in verbis Schutzii ſupra adductis in verbo (*tacite*) intelligenda eſt, ſi leges aliquem ad agendum vigore negotii alicujus geſti adſtringant. *Conf. tit. ff. in quib. cauſ. pig. tacit. contr.* ex. gr. Magiſter navis tenetur actione locati, iis quorum merces ob tempeſtatem in mare jactæ ſunt, ut actione conducti contra ceteros, quorum merces per jactum conſervatæ ſunt, experiatur, ſi his actionem ſuam conducti quam contra illos habet, nolit cedere *d. l.* 2. *pr. &* §. 2. *ad L. Rhod. de jact.* vid. *Admon. part.* 3. §. 43. Sed quem caſum innuit Schutzius per allegatam *l.* 13. §. *pen. de act. emt?* Dn. Stryckius ibi in notis, eum non recte conſtituit. Tu dic, eſſe talem, quo venditor prædium locatum vendens, uſum hujus prædii pro conductore ad certum tempus excepit: ubi ſi tum conductor iſti prædio damnum interim dederit, emtor ex emto agens cogere poteſt venditorem ut ex locato cum conductore experiatur, & quicquid fuerit conſecutus, emtori reddat. Plane autem a ſcopo aberrat idem Cl. Stryckius ad *alleg. l.* 1. cum in eadem idem caſus proponatur qui in *d. l.* 9. quod ſcil. heres teneatur necem defuncti vindicare. v. Lauterb. *p.* 508. *tit.* 5. *& p.* 525. *tit.* 9. *Admonit. Part.* 5. §.

158. Denique notabilis eſt *l. ſi contendat.* quam in ſupra adductis Schutzii verbis vides: de qua vide ſis Haberkorn. *de concurſ. credit. pag.* 191. aut quæ dixi 3. *aph.* 104. *inf.* Addo ex D. Stryck. *in not. ad d. pag.* 98. proceſſum ex *L. diffamari* a proceſſu ex *L. Si contendat* diſtingui in eo, quod in illo implorans, neget ſe debere, & probationem aut impoſitionem ſilentii urgeat: in hoc implorans debitum fateatur & petat alterum citari ad audiendas exceptiones.

§. 11. Rei ſunt cum quibus agitur §. 1. *I. de except.* qui pulſantur *l.* 1. *C. de Servitutib.* fugientes etiam dicti *l.* 13. §. 2. *ſeq. C. h.* Ubi de pupillis & minoribus, ſciendum eſt, eos a judicii limine & heic (vid. *de Jur. Ventris. part.* 9. *ſect.* 4) repellendos ſi tutorum ſuorum curatorumve deſtituantur conſenſu *l.* 1. *l.* 2. *C. qui leg. perſ. ſtand.* adeo ut ſi curatoribus careant, cogantur eos ſibi petere, aut pati ut a judice ipſis conſtituantur, ne judicia fiant eluſoria *v. l.* 4. *C. de auct. præſt.* §. 2. *I. de curat.* Nec obſtat, quod etſi curator acceſſerit, nihilominus Prætor reſtitutionem minoribus læſis indulgeat *l.* 2. *l.* 3. *C. ſi tut. vel. cur. interven. Part.* 1. §. 213. Neque enim reſtitutio tum tam facile conceditur, cum & in curatorem tum acto minoribus dari poſſit. *d. l.* 3. *C. Si tut. vel. cur. l.* 39. §. 1. *de minor. vid. Part.* 1. §. 196. *n.* 5.

bus

§. 12. Quod ad filiosfam. reos diſtinguendum eſt inter actionem perſonalem: & in rem. Illa filiif. recte conveniuntur *l.* 39. *de O. & A.* ſed executio ſuſpenditur, niſi habeant peculium, tum enim de profectitio pater tenebitur, de reliquis ipſi filiifam. *l.* 3. §. 11. *ſeq. de pecul.* Quod ad in rem actiones, ratione peculii 1. profectiti, ſolus pater convenitur. 2. caſtrenſis veri vel quaſi, ſolus filius: 3. adventitii regularis, pater conſentiente filio pubere: 4. adventitii irregularis, filius conſentiente patre *l. ult. pr. &* §. 3. *C. de bon. quæ lib.* Conſenſum tamen patris ultimo hoc caſu, jure Noviſſimo neceſſarium non eſſe, patet *ex Nov.* 117. *C.* 1. §. 1.

§. 13. De Reis, teneſis regulam: *Favorabiliores rei potius quam actores habentur: l.* 125. *ff. de R. J.* Qua cum confer. *l.* 41. *eod. l,* 47. *de O & A. l.* 5. *pr. de pœn. & arg. l.* 5. §. *ult. ff. dol. mal. exc.* Et vide quæ Doctores ad *d. l.* 41. *& d. l.* 125. commentantur. Vis tamen, Lector, & aliquid ex mea priva penu? Ecce, habes *Admon. Part.* 1. §. 147. *& Part.* 3. §. 110. *Diſputat. noſtr. de Duobus Reis cap.* 1. §. *Quæ ſequuntur. in fin.* Habes & exemplum notabile *Admonitorior. part.* 1. §. 146. *verſ. Pacti taciti.* Add. mox §. 23. *verſ. Reorum.*

§. 14. Judex eſt vir bonus (*l.* 137. §. 1. *de V. O. l.* 22. §. 1. *de R. J. l.* 4. §. 1. *famil. erciſc.*)

publica pollens auctoritate cauſas litigioſas inſpiciendi & decidendi. Cum ſit *vir bonus:* ſequitur, in dubio pro judice præſumi in partem meliorem. *arg. l.* 51. *pr. pro ſoc.* Wittum. *conſil. crim.* 3. *n.* 9. Sequitur: quosdam a judicis officio repelli: vid. *l.* 1. §. 5. *poſtul. l.* 6. *l.* 12. §. 2. *l.* 77. *de judic. junct. l.* 10 *ff de juriſd. l.* 2. *C. dignit.* & Lauterbach *ff. comp. pag.* 99. Non indiſtincte juris ignaros. Hotoman *quaſt.* 28. Quid de pubere? vid. *l.* 57. *de re judic. l.* 41. *de recept.* Aliud conſequens, vid. §. 24. *infr.*

§. 15. Noris etiam, Judices recuſari poſſe certa in cauſa: ſi vel ſuſpecti dicantur *l.* 16. *C. h. t. vid.* Coler. *decíſ.* 293. Tabarell. *de judic. c.* 2. *n.* 22. *Irner. coit* 45. (ex. gr. incauſa propria. *l. un. C. ne quis in ſua cauſ.* vide tamen *Part.* 1. §. 86. *ſupra.* Metzger *conſ. crim.* 3. *n.* 4. 5. Wittum. *d. loc. n.* 7. *ſeq.*) vel incompetentes repudientur, quod fit, ſi Reus apud hunc illumve judicem forum non ſortiatur, id eſt, conveniri nequeat ab Actore, qui Rei forum ſequi tenetur *l. ult. C. ubi in rem act.* Quo pertinet pars poſterior Rubricæ hujus Tituli: *Ubi quiſque agere vel conveniri debeat.* In Codice libr. 3. tit. 13. titulus eſt: *De Juriſdictione omnium judicum & foro competenti.* Ubi in notis Gothofredi vides, dici, *forus* & *forum.*

§. 16. Sortitur autem Reus forum vel ex jure Communi, vel ex Jure Singulari Secundum

dum Ius Commune, habet Reus vel Forum *Generale.*, in quo omnes cauſæ ventilari poſſunt: vel *Speciale*, in quo non niſi certa cauſarum ſpecies peragitur. Fora Generalia ſunt duo: 1. Originis. 2. Domicilii. Fora Specialia quinque: 1. Contractus 2. Delicti 3. Rei Sitæ. 4. Continentiæ cauſarum. 5. Prorogatæ Iuriſdictionis.

§. 17. Forum Originis unusquiſque habet, ubi pater ejus legitimus civis eſt *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *ff. l.* 3. *C. ad municip.* Idque ſecunduum Ius Civile (hodie tranſlatione domicilii tollitur) eſt immutabile, *l.* 6. *pr. munic.* Immo & Romæ communis olim patria erat, ut & ibi quilibet (niſi jus revocandi domum haberet) conveniri potuerit, ſi ibi inveniretur *l.* 2. §. 3. *ſequ. l.* 24. *h. l.* 33. *ad municip.* Dixi: *pater.* Mater enim hic non attenditur. Lim. (1.) ex *Admonit. part.* 7. §. 154. (2.) quod ad illegitime natos *l.* 1. §. 2. *l.* 9. *ad municip.*

§. 18. Domicilii Forum ibi eſt ubi (etiam duobus in locis *l.* 6. §. 2. *l.* 27. §. 2. *ad municip.*) quis habitationem inſtituit animo ibi perpetuo conſiſtendi niſi quid avocet *l.* 203. *l.* 239. §. 1. *V. S. l.* 7. *C. de inc.* vid. Burgund. *ad conſuetud. Fland. tr.* 2. *n.* 33. *& ſeq.* Poſſunt adeo in hoc foro omnes actiones moveri, niſi ſpecialiter exceptio probetur, *l.* 19. § *fin. h. l.* 2. *C. Juriſd.* Qualis exceptio occurrit 1. in *l. un.*

C.

C. ubi de ratiocin. ſcil. ut adminiſtrator ibi rationes reddere debeat ubi adminiſtravit. 2. in *l.* 2. *C. de iuriſd.* ut domicilium quod quis tempore contractus habuit, duret, domicilio iſto quantumvis ſublato. 3. in *l. un. C. ubi de heredit.* quoad poſſeſſorium hereditarium, remittendum ad forum rei ſitæ. Add. Vinn. 1. *quæſt.* 18. Aliquando hoc domicilii forum eſt neceſſarium: ut (1.) quo ad uxorem legitimam *l. ult. C. de incol.* (2.) relegatum *l.* 22. §. 3. *municip.* (3.) Senatorem *l.* 8. *C. de incol.*

§. 19. Forum Contractus non ibi eſt ubi contractus initus eſt, ſed ubi adimpleri debet *l.* 19. §. 1. *&* 2. *h. l.* 21 *O. & A.* Unde Carpzovio *proceſſ. tit.* 3. *artic.* 2. & Colero *deciſ.* 279. aliisque, locus *deſtinatæ ſolutionis* cognominatur. Si tamen locus adjectus non fuerit, tum ille eſt deſtinatus ſolutioni, ubi contractus perfecte celebratus *l.* 19. §. 2. *l.* 45. *h.* Ergo, ſi per litteras contrahitur, ubi conſenſus conjungitur: ergo ubi litteræ recipiuntur. Ceſſat hoc forum (1.) in nundinis *l. un. C. de Nund. Part.* 7. §. 172. *infr.* (2.) Si debitor ibi non inveniatur *l.* 19. *pr.* Invenitur tamen & tunc ſi ibi bona habeat, in horum enim poſſeſſionem Prætor creditorem mittit. *d.* 19. §. 1. (3.) Quoad repetitionem dotis, quam uxor inſtituit in foro domicilii mariti *l.* 65. *h.* cum illa hoc debeat ſequi *l. ult. C. incol. l.* 13. *C. dignit.* (4.) Quoad adminiſtratores

l. 19.

l. 19 §. 1. *h. Vid.* §. 18. *num* 1. (5.) Si quis quaſi cum viatore aut eo qui παραπλεῖ (id eſt, *prætervavigat*) contraxerit. *d. l.* 19. §. 2.

§. 20. Forum Delicti eſt ubi quis delictum vel 1. inchoavit vel 2. conſummavit *l.* 1. *C. ubi de criminib.* Etſi præterea delinquens & 3. in Domicilii foro, utpote generali: & 4. ubi deprehenditur: conveniri atque puniri poſſit, *l.* 1. *l.* 2. *C. ubi de crimin.* Ubi notandum, (1.) primum iſtud forum quoad actiones Civiles ex delicto competentes ceſſare *arg. l.* 1. *C. ubi de criminib.* (2.) quartum, Deprehehenſionis forum, hodie crebrioris uſus eſſe poſſe quam olim, cum remiſſiones delinquentium hodie inter diverſas reſpublicas, non niſi urbanitatis ſint, non neceſſitatis ut olim ſi petebantur, in vaſtiſſimo illo unitoque magis Imperio Romano: et ſi tamen remiſſio rarius negari ſoleat, tum ut parcatur ſumtibus, tum ut ſolatii quid caperent mœrore affecti in loco delicti perpetrati. *v. l.* 21. §. *pen. de pœn.* Add. Metzger. *conſ. crim.* 15. *n.* 24. 25. Coler. *deciſ.* 295. & quæ ſcripſi *Admonit. part.* 7 §. 84.

§. 21. In loco Rei Sitæ inſtituuntur omnes actiones in rem, etiam mixtæ (nam & hæ in rem ſunt) ergo & in rem ſcriptæ, *l.* 28. *h. l. f. C. ubi in rem.* Excipe hereditatis petitionem: quod ad Petitorium, inquam: hoc enim ad forum Domicilii pertinet: veluti Poſſeſſorium, ad hoc forum Rei ſitæ *l. un. C. ubi de hered.* Videſis *Manip.* 4. *ad pag.* 101.

§. 22

§. 22. De Foro ob connexitatem cauſæ competente videbimus infra *libr. XI. tit. 2.* De Prorogata Juriſdictione vidimus ſupra *Admonitor. part. 1. §. 92. ſeqq.*

§. 23. Forum Singulare ſive privilegiatum habet vel Actor vel Reus. Actor privilegio ut poſſit reum primæ inſtantiæ beneficio privare eundemque ad ſupremum tribunal evocare, gaudet, ſi ſit perſona per fortunam miſerabilis, veluti pupillus, vidua. *vid. l. un. C. Quando Imper. int. pup.* Quo virgines non retulerim: nec obſtat *L. 242. §. 3. V. S.* ut vides *Admonitor. part. 7. §. 128. & de jur. Virgin. §. 51.* Leeuwen. *cenſ. for. part. 2. lib. 1. c. 13.* Nec meretrices. vid. Goehauſ. *2. pericul. c. 5.* Reorum hic iterum privilegia plura ſunt: vide de Scholaribus *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr.* & quæ dixi *Frideric. I §. 1. ſeqq.* Add. Bronchorſt *de priv. Stud. n. 3.* Coler. *deciſ. 296.* De aliis Reorum privilegiatis foris, *Auth. Clericus. & Auth. Statuimus. C. de Epiſ. & cleric. l. 6. C. de Juriſdict. t. t. C. ubi Senat. Admon. part. 7. §* 149. Quin & nonnullæ *cauſæ* privilegio heic donatæ ſunt, veluti Fiſcales, Feudales, Eccleſiaſticæ, Status: de quibus Bockelmann. *ff. h. t. §. 29. ſeqq.*

§. 24. De Judicis Officio dixi 4. *Aph.* 118. Addo controverſiam celebrem, an Judex ſecundum acta & probata propriæ ſcientiæ contraria, judicare debeat, an ſecundum hanc?

hanc, *arg. l.* 4, *C. de edend.* Sequetur Azonis conſilium, quod præſidi Bononiæ, cum cædem admitti ſolus vidiſſet, dedit, ut Judicis perſona depoſita, teſtem præſtaret. Bodin. 6. *rep. c. ult.* Bockelm. *coll. action. exerc.* 11. *axiom.* 8, Struv. *ff. exerc.* 44. *th.* 5. Diſſ. Lyclama *membr.* 2. *eclog.* 2. Ziegler. *dicaſt. concl.* 35. A-rum. *ad. I. diſp.* 6. *parerg.* Hœnon. 23. *l.* 18. Nebelkræ. *deciſ.* 3. Veſtr. *d. c,* 1. *n.* 7.

§. 25, Ceterum præter Actorem, Reum, & Judicem, ſunt & aliæ judiciis cognitæ perſonæ, ſed hæ minus principales & quaſi inſtrumentales: eæque vel digniores vel viliores. Digniores ſunt, Aſſeſſores, *vid. ſupr. libro* 1. *tit. ult.* Advocati, *vid. libr.* 3. *tit.* 1. Procuratores *libr.* 3. *tit.* 3. Notarii, *vid. Scotan. ad libr.* 22. *tit.* 4. Viliores ſunt, Apparitores & Lictores: de quibus A. Gell. 12. *Noct. Atticar.* 3. Roſin. 7. *antiq.* 48. Felwinger. *Judex.* §. 96. *& ſeq.*

§. 26. Objectum Judiciorum ſunt cauſæ quæ in illis pertractantur: hoc ordine, præjudiciales ut præferantur ceteris *l.* 2. *C. ord. iudic. l.* 2. *C. ord. cog.* Item Criminales Civilibus *l. fin. C. eod.* niſi Civiles majus contineant præjudicium, aut de poſſeſſione agant *l.* 1. *C. de app. l.* 7. *C. vi public.* Præferendæ item poſſeſſoriæ petitoriis *l.* 7. *C. judic. l.* 3. *C. interd. l.* 13. *C. rei vindc.* niſi controverſia de proprietate ſit ſatis manifeſta *Mev.* 6. *deciſ.* 30. maxime hodierno jure

 quod

quod petitorium cum poſſeſſorio cumulari ſinit. *Admon. part.* 1. §. 141.

§. 27. Porro, ad ſeriem Pandectarum notabis, cauſas quæ in judiciis tractantur, eſſe vel Publicas vel Privatas. Privatæ iterum tractantur vel in inſtantia prima: vel in ſecunda, per appellationes. De his agitur *libro* 49. *tit.* 1. *ſeqq.* De publicis *dict. libr.* 49. *tit.* 14. *ſeqq.* Ubique autem cauſæ agitantur vel ex Jure Perſonarum, vel ex Jure Rerum. Jus Perſonarum eſt triplex: Libertatem, Civitatem, Familiam reſpiciens. Jus Rerum eſt vel 1. in re vel 2. ad rem, quibus nonnulli 3. addunt Jus circa rem. Jus in re habet plures ſpecies quas vides *ſupra. part.* 1. §. 67. Jus ad rem oritur a quadruplici immediata cauſa efficiente: Contractu vel Quaſi, Delicto vel Quaſi. Jus circa rem varium faciunt, ex. gr. jus deliberandi. Poteſt tamen Jus *circa rem* ut aliorum jurium appendix aut particula conſiderari. Ita jus deliberandi, eſſet ex Iure Libertatis. Ceterum Pandectarum Compilatores in tot diverſi generis cauſis earumque intuitu competentibus actionibus, ad ordinem Edicti perpetui, non ſemper tamen, reſpexerunt: unde confuſe nunc ex hoc nunc ex illo jure venientes actiones proponunt. Et parte quidem Pandectarum Secunda exhibentur judicia 1. univerſalia. 2. ſingularia.

§. 28.

§. 28. Univerſalia ſunt quibus de univerſitate bonorum, veluti hereditate, agitur. Defertur hereditas vel ſecundum Jus Civile vel ſecundum Jus Prætorium. Jure Civili datur Hereditatis petitio vel Qualificata (ut loqui amant) & Irregularis, vel Simplex & Regularis. Illa, *Querela inofficioſi teſtamenti.* Hæc, *Petitio Hereditatis* in ſpecie apellatur. Videamus ergo primiter de Teſtamento inofficioſo.

TIT. II. *De inofficioſo teſtamento.*

§. 29. De hoc repeto dicta ad Inſtitutiones *libr.* 2. *aphor.* 132. *& ſeqq.* Heic admoneo: Teſtamentum Inofficioſum *rei veritate inſpecta* rite factum eſſe, adeoque valere: aſt per *fictionem juris* haberi quaſi a furioſo & teſtamenti factionem non habente confectum: adeoque ficte nullum eſſe *l.* 17. §. 1. *ff. h. t. pr. I. eod. l.* 17. *C. collation.* conſequenter, bona hic vindicari quaſi id eſt ficte ab inteſtato. Add. quæ dixi *Manip.* 1. *Sicil.* 17. & Vinn. 1. *quæſt.* 20. Unde & fratribus uterinis competet *arg. Nov.* 118. *c.* 3. *&* 4. Diſſ. Porcellin. *de duob. fratrib. part.* 3. *n.* 51. Aliud vide ſis §. 31. *verſ. nec obſtat.*

§. 30. Querelam inofficioſi teſtamenti liberis & parentibus non competere Iure noviſſimo, eſt apud Schwendendorff, *ad Eckholt. ff. de inoff. teſtam.* §. 3. add Balck. 2. *Elector.* 7. vid. alios a-

pud diſſentientem Snell. *Juſtin. controv. diſp.* 18. *th.* 5. Cum illis ſentio. propterea quod liberi parentesque ex Iure Novellæ 115. *c.* 3. *&* *c.* 4. habent remedium aliud, puta Querelam Nullitatis: ut conſequenter de inofficioſo Querela ceſſet. §. 3. *I. h. junct. arg. l. f* §. *f. C. de furt.* conſequenter tale teſtamentum non ſit evacuandum aut reſcindendum per judicem, ſed jam evacuatum reſciſſumque per legem *Nov.* 118. *c.* 3. *in fin. &c.* 4. *in fin.* Eſt tamen exceptio uno caſu, de jure Nov. 129. *c.* 3. quippe quo teſtamentum Samaritarum (qui, inter alia, carnis reſurrectionem negabant, idolaque colebant) *valet*, pro parte tantum reſcindendum.

§. 31. Credo *per. l.* 14. *l. pen. pr. ff. l.* 7. *C. h. t. arg. l.* 1. §. 10. *ſucc. ed.* Succeſſorium Edictum ad querelam inofficioſi teſtamenti etiam intuitu graduum, non tantum ordinum, pertinere. Vinn. 1. *quæſtion.* 20. ubi diſſentientes. Nec obſtat *l.* 9. §. 2. *de lib. & poſt.* cum alia ſit cauſa teſtamenti rumpendi, alia per querelam inofficioſi impugnandi: illud interim valet, hoc fictione juris nullum eſt. §. 29. *ſupra.* Add. *Part.* 5. §. 34. *fin.* Nec porro obſtat *l.* 34. *C. de inoff. teſtam.* quippe quæ de nepote, jure patris, non proprio (ut hic) querelam moturo, loquitur. Plane admoneo, controverſiam hanc minoris hodie uſus eſſe: ſtante, inquam, ſententia, dictam querelam hodie in recta linea

ceſſa-

:ſtare. De Succeſſorio Edicto *vid. Admon.* :rt. 6. §. 49.

§. 32. Querelæ inof. teſtam. (hodie nullitatis §. ɔ. *ſupr.*) etiam ſubjacere teſtamenta filiorum f. : peculio vero vel quaſi caſtrenſi, jure communi ſtantium: patet *arg. Nov.* 115. *c.* 4. *junct. Nov.* 3. *c.* 19. Vid. *Irner. c.* 30 §. 4. *Manip.* 4. *ad ff. pag.* 108. Diſſ. Lauterb. *d. pag.* 109. Berger. *de inoff. teſt. qu.* 2. Diverſum eſt in teſtamen- militari. Quoad hoc enim *l.* 9. *l.* 24. *C. h. t,* llibi apparent abrogatæ *vid. l.* 27. *C. de teſtam.* d. Fachin 6. *controv.* 47. Diſſ: DD. comm. le Hœnon. *diſp. Inſt* 6. *th.* 4.

§. 33, Subſtitutionem pupillarem tacitam cludere matrem a[illegible]ac querela *arg.* §. 5. *I. de* ·*ſubſt.* etſi non a conditione ex *L* 32. *D de . credit.* dixi. 2. *aphor.* 125. & *Manip.* 4 *ad* ɔag. 131. Diſſ. Fach. 4. *controv.* 40.

§. 34 Legitimam portionem hodieque titu- ingulari relinqui poſſe, ex eo conſequitur, od jure Veteri poterat, nec Jure Novo id ab- gatum apparet. Nec obſtat, liberos debere edes inſtitui, ſecundum *Novell.* 115. *cap.* 3. eſt enim id fieri extra Legitimam: nec di- Novella, heredes debere inſtitui *in Legiti-* . Vid. *Manip.* 3. *ad pag.* 110. & *ad pag.* 448. 8. & *ſeqq.* Ejus quantitatem etiam quoad res eſſe auctam, apparet ex *Nov.* 18. *c.* 1. n. *ibi: omnibus perſonis.* Eandem bonorum

illis aut mortuis habeantur §. 3. *verſ. ſin au-m l. de ſucceſſ. libertor.* puta quod ad heredita-m, a qua excluduntur: ut ſecus ſit quod ad telam quæ ipſis recte datur *l. 4. teſt. tut.* Er-o caſu ſupra poſito, filius quem ex Legitima ſtitui, integram Legitimam accipiet. Dixi pra notabiliter *juſte.* De injuſte exheredatis ſecus ſit: & ad hos pertinent pleraque Diſ-ntientium argumenta. Ceterum juxta Jus No-um in Nov. 18. c. 1. liberis aliquando utilius ſe poſſet, juſte exheredatum computari. me: Defunctus reliquit 12000. & liberos inque, ex quibus unum juſte exheredavit. hic computatur, reliqui ex ſemiſſe accipient guli 1500. Sed ſi non computatur, ſinguli ex ente habebunt non niſi mille.

TIT. III. *De Hereditatis Petitione.*

36. Hereditatis petitio ſimplex ſive in ſpecie ita dicta (*vid. §. 28. ſupra*) actio univerſalis mixta competens heredi ad-rſus poſſeſſorem, qui pro herede vel pro poſ-ſore poſſidet, ad hereditatem vindicandam & eſtandas præſtationes perſonales. Dixi *uni-verſalis*: quia petit rem univerſalem jure *l. 178. 1. V. S.* ſive integram illam ſucceſſionem a unsto relictam *l. 24. V. S.* Alias & pro ipſo e hereditario quo heres gaudet, *hereditatis*

vocabulum accipi, tenendum eſt §. *un. I. de reb. corpor. l.* 208. *de V. S.* Eſt que ea hoc ſenſu Hereditatis Petitionis pro parte (*vid.* §. *ſeq.* 37. & §. 40. *infr.*) Cauſa Efficiens (veluti priori ſenſu, Objectum) notatque dominium iſtud univerſale quo heres, ceu univerſalis herus, gaudet *l.* 1. *R. V. l.* 1. *bon. poſſ. vid.* §. *ult. I. de her qual.* & *diff.* § 3. *I. de hered. quæ ab inteſt. def.* Adde tamen *infr. Part.* 6. §. 3.

§. 37. Dixi Hereditatis Petitionem eſſe *mixtam.* Ita eſt in *l.* 7. *C. hered. petit.* tendit enim & ad hereditatem petendam & ad præſtationes perſonales conſequendas: Illam ex jure hereditario, has ex quaſi contractu (*Conf. Part.* 1 § *ult.*) rerum hereditariarum adminiſtrationis. *arg. l* 1. *l.* 3. *l.* 10. §. 1. *l.* 25. §. 11. *l.* 50. §. 1. *h. junct. pr. I. de oblig. quæ quaſ. ex contr. naſc*

§. 38. Datur ergo *heredibus.* Quales etiam ſunt qui ex certa re inſtituti ſunt. idque non ex benigna interpretatione, ut Lauterb. h. t. ſentit, ſed ſecundum regulas Juris. *arg. l.* 7. *de R. J.* §. 5. *I. de H. I.* Immo datur & emtori hereditatis utiliter. *l.* 54. *h. arg. l.* 7. §. 10. *de minor. l.* 88. *her. inſt. l.* 128. §. *f. de R. J.*

§. 39. Dixi: *adverſus poſſeſſor.* Nec enim continuatur poſſeſſio corporalis ipſo jure in heredem: ſed debet apprehendi ab herede: quod & propria auctoritate facere poteſt (jure ſcil. dominii univerſalis, eſt enim heres herus univerſalis § *f. I. de*

le her. qual. vid. Adm. II. §. 36. in fin. modo ab a-
io nondum occupata ſit. *arg. l. 176. de R. J.* vid.
A. de Amato 1. *forenſ. reſolut 39. n. 3.* Datur ergo
hæc actio contra poſſeſſores corporales, non
amen adverſus poſſeſſores quoscunque, ſed
antum adverſus duos, qui nempe pro here-
de vel pro poſſeſſore hereditatem poſſident *l. 9.*
h. l. 7. C. h. Vid. 2: *Aphoriſm. 23.* Pro herede
hic poſſidet, qui, cum heres non ſit, heredi-
atem tamen tanquam heres, ſive bona ſive ma-
a fide, poſſidet: Pro poſſeſſore autem, qui
abſque titulo poſſidet, qui interrogatus, cur poſ-
ſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, nec
contendet ſe heredem vel per mendacium. *l. 11.*
pr §. 1. l. 12. l. 13. pr. l. 20. §. 13. h. Aliter *Part.*
5. § 160. Unde poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſſio-
nis allegare cogitur *l. 11. C. h.* quod hic ſingula-
re *l. f. A. A. P. l. 3. C. prob. l. 4. § 7 ff. Si ſerv.*
vind. l. 4. C. edend. §. 4. I. interd. Sufficit ta-
men vel (1) rem minimam poſſideri *l. 9 h. l. 13.*
§. & ll. ſeqq. h. vel (2.) rerum pretia *l. 13. §. 4. l.*
6. § 1. h. arg. l. 16. §. f. junct. l. 22 fin. h. vel (3.)
ficta poſſeſſione, quæ eſt eorum qui dolo poſſi-
dere deſierunt aut liti ſe obtulerunt ignoranti-
bus *d. l. 13, §. 2. §. 13. h. l. 131. R. J. l. 25. ſeqq.*
R. V. Sed & (4.) ſufficit, poſſidere tempore
ſententiæ *l. 4. l. 81. §. 1. l. 41. h. t.*

§ 40. Petuntur hac actione res hereditariæ,
& Præſtationes perſonales: ut dixi. De his di-

cetur §. *ſeq.* Ad illas etiam pertinent quæ quamvis hereditariæ non ſint, periculum earum tamen ad heredem pertinet, veluti res defuncto commodatæ, &c. v. *l.* 19. *pr.* §§. *ſeq. h.* item res quæ in hereditariarum rerum, poſt defuncti mortem, locum ſucceſſerunt, aut hereditati acquiſitæ ſunt *l.* 20. *pr.* §. 5. *l.* 22. *l.* 25. *h.* item fructus, & fructuum fructus & uſuræ ante litem conteſtatam (non poſtea. *v.* §. 5. *verſ: Aliquando. ſupr.*) perceptorum *l.* 26. *l.* 27. *l.* 51. *h.* quod ſecus eſt in actione ſingulari *l.* 15. *uſur.* Excipiuntur ſervitutes, utpote quæ ſi Rerum ſunt, una cum prædiis habentur: ſi Perſonales, cum defuncto expiraverunt *l.* 39. §. *f. h. arg. l.* 86. *V. S. l.* 7. *cap. min.* niſi has tranſitorias eſſe debere, conſtituentibus placuerit *l.* 14. *C. uſufr.* quemadmodum operæ ſervorum id ſpeciale per ſe habent *l.* 4. *ff. de uſ. & uſufr. leg.* §. 82. *infr.* Excipienda & Poſſeſſio corporalis *l.* 30. *ex quib. cauſ. maj' junct. l.* 23. *de A. A. P. Part.* 6. §. 147. quamvis intuitu *uſucapionis*, & hæc continuata cenſeatur: *Part.* 6. §. 159. veluti & *generaliter*, apud nonnullos populos, ubi *mortuus ſaginat vivum.* Dixi 3. *aph.* 139. ubi add. ſis Schilter. *ff. h. t. th.* 11. *ſeq.* qui illud. *ſaginare* deducit ab Italico *ſagire* id eſt *occupare*: veluti *ſagina*, poſſeſſio. Pro *ſagire*, videbis in hac re poſitum & *ſacire*, a Teutonico *ſatz*, *ſetzen.* Adhuc quoad dictas h. §. l. 15. & l. 51 admoneo, ut caveat quis ſibi a diſtinctione quo-

undam inter fructus diſtractos & non diſtra-
tos. Ad illos ut referant dictam l. 51. Ad hos
utem dictam l. 15. Verum & lex de eo tacet, &
niverſalitatis indoles aliud jubet.

§. 41. Quod ad præſtationes perſonales, di-
:inguendus eſt bonæ fidei, a malæ fidei poſſeſſo-
e. Ille de rebus comſumtis, diſtractis, amiſ-
s, peremtis, non tenetur, niſi quatenus ex-
ıde locupletior eſt factus *l*. 22. *ſeqq*. *l*. 25. §. 11.
30. *h*. add. *l*. 40. *pr*. *h*. *t*. *arg*. *l*. 63. *de R*. *J*. Hic
ontra de omnibus tenetur: immo de fructibus
iam percipiendis, etſi non de uſuris percipi-
ıdis *l*. 20. §. 6. 12. 14. 16. 21. *l*. 25. §. 2. *h*. im-
o ſi *prædo* fuerit, etiam caſum præſtabit for-
:itum *l*. 1. *C*. *de his quæ vi met*. *l*. 40. *h*. *t*. *junct*.
15. §. *f*. *l*. 16. *pr*. *l*. 62. *de R*. *V*. Quod in *ſimpli-*
malæ fidei poſſeſſore, ſecus eſt: niſi res non
dem modo apud actorem (forte eam diſtra-
ırum) fuiſſet peritura *l*. 15. §. *f*. *l*. 16. *de R*. *V*.
ld. §. 53. *infr*.

§. 42. Sciendum tamen eſt, poſſe poſſeſſo-
n impenſas computare. Ubi diſtinguendæ
penſæ in *Res* factæ, ab impenſis in *Fructus*:
ructus ſcil. præſentis anni quærendos & con-
vandos, erogatis. *Fructuum* impenſæ con-
ıſantur cum fructibus *l*. 36. §. *f*. *h*. Si
eſſor fructus non percepit, impenſæ re-
nequeunt, niſi a bonæ fidei poſseſsore
t. *h*. Quod ad Impenſas in *rem* factas, ali-
:erum obtinet in bonæ, aliud in malæ fidei

poſſeſſore. Ille impenſas neceſſarias, utiles, & voluptarias deducit, etſi res perierit: Hic voluptarias integras tantum tollit: Ceteras, neceſſarias, inquam, & utiles, deducit ſi res melior adhuc extet *l.* 38. *l.* 39. *h. vid. l.* 79. *V. S. l.* 1. *imp. in r. dotal.* Lauterbach. *comp. ff. pag.* 114. Ungepaur. 6. *quaſt.* 2. Bachov. *ad Treutl.* 1. *diſp.* 14. *th.* 19. *lit. l.* Litis conteſtatio inducit malam fidem *l.* 25. §. 7. *h. t.* Add. §. *prac. in f.* & §. 5. *ſupra.*

§. 43. Capiatur & admonitorium ex *l.* 5. *ff. h. t.* prohibendum poſſeſſorem hereditatis de quo controverſia erit, antequam lis inchoaretur (*v.* §. 5. *verſ. Eadem rei litigioſ. ſupr.*) aliquid ex ea diſtrahere: niſi maluerit pro omni quantitate hereditatis vel rerum ejus æſtimatione ſatisdare. Limita, niſi cauſa cognita ex. gr. ob funeris impenſas, & *ſolida* cautione (non præciſe fidejuſſoria *v. l.* 3. *C. de V. S.*) præſtita permittatur. *d. l.* 5. Schilt. *h. th.* 18. Qui tamen, ut ex dictis ſequitur, pro *ſolida* in d. l. 5. male legit *ſolita*. Aliam limitationem ſuppedito ex *l. ult.* §. 1. *C. h. t.* quod ad *creditores* nempe *hereditarios*, ut iis, non a petitore tantum, ſed & poſſeſſore, ſatisfieri poſſit: ut & hic & ille contractis rationibus, indemnis ab altero ſervetur judicis officio. Quod ſi hoc prætermiſſum a judice fuerit, & petitor victus aliquid expenderit (creditori ex. gr. fœneratam pecuniam ſolvendo) aget contra poſ-

ſeſ-

ſeſſorem, negotiorum geſtorum actione, vel ex lege condictione *d. l. ult.* §. 1. *in fin.* Conf. *Part.* 3. §. 24. Illa, ſi alieno: Hac, ſi proprio nomine ſolverit.

TIT. VI.

Si pars hereditatis petatur.

§. 44. Adhuc de Hereditatis Petitione ſcias (1.) eam non tantum ei qui ex aſſe heres ſit competere, ſed & ei qui non niſi ex parte: qui tum partem hereditatis vindicabit *l.* 1. §. 1. *l.* 8. *h. arg. pr. I. de act.* Ubi notabile, quod ſi quis defunctus ſit, uxore relicta gravida, *ventri* tres partes ſervari. Ita Paulus in *l.* 28 §. *ult. de judic.* & *l.* 3. *h.* ut conſequenter coheres ventris non niſi *quartam* partem petere poſſit, niſi malit *intertam* vindicare *l.* 1. *in f. h.* Etſi variæ Veterum JCtorum fuerint diſſenſiones, ut ex narrantur *in l.* 30. §. 6. *de acq. her. l.* 7. *pr. de reb. dub. & in l.* 36. *de ſolut.* Prævalebit utique ſententia Pauli in *d. l.* 28. §. *f. de judic.* & *l.* 3. *h. t.* utpote Secundæ Pandectarum Partis, quæ nihil deſueti aut inutile continet. *Conſtit. Omnem.* §. 3. *Conf. Admon p.* 1. §. 4. *f.* Unde Julianus (qui in eadem cum Paulo ſententia quodam modo erat *l.* 30. §. 6. *in fin. de acq. her. l.* 36. *de ſo-*

ſolut.) diſſentientes legitur notaſſe *d. l.* 36. *de ſolut.*

TIT. V.

De poſſeſſoria Hereditatis petitione.

§. 45. Nec non (2.) eandem actionem etiam heredi Prætorio competere: qui cum aliter *Bonorum poſſeſſor* vocetur *vid. l.* 117. *R. 7. pr. l. de bon. poſſ.* inde hæc actio & *poſſeſſoria hereditatis petitio* audit. Poſſeſſoria, inquam, quod bonorum poſſeſſori detur: id eſt heredi Prætorio. Non autem, quaſi inſtituatur in Poſſeſſorio: movetur enim in Petitorio: *v.* §. 3. *n.* 1. *ſupr.* nam in Poſſeſſorio non agit heres hac actione, ſed interdicto Quorum bonorum. *v.* 4 *aph.* 106. & 110. Ut actio hæc ſit & Poſſeſſoria & Non-Poſſeſſoria. Poſſeſſoria: quia Prætoria. Non-Poſſeſſoria: quia ventilatur in Petitorio. *Add. Part.* 6. §. 160. & §. 223 *infr.*

TIT, VI.

De fideicommiſſaria hereditatis petitione.

§. 46. Adhuc: (3.) Eamdem actionem dari & fideicommiſſario univerſali, cu-

cui hereditas vel ejus pars ab herede fiduciario verbis reſtituta eſt, contra poſſeſſorem, ut *ſupr.* §. 39. *l.* 2. *h. l.* 37. *Trebell.* Ipſe heres hac actione non tenetur *l.* 3. §. 1. *h.* nam contra *verum* heredem, hereditatis petitio non datur. *l.* 2. *h.* ſed contra ipſum datur vel imploratio officii judicis ut cogatur hereditatem adire & reſtituere *v.* §. 7. *I. fid. hered.* vel actio ex teſtamento, poſtquam adiit §. 5. *I. de obligat. quæ q. ex contr. naſc.* vel remedium ex *Nov.* 1. *cap.* 1. ſive adierit ſive adire detrectet, de quo vid. infra *Admon. part.* 5. §. 39. §. 46. & §. 56.

LIBER SEXTUS.

TIT. I.

De Rei Vindicatione.

§. 47. Singularia (*vid.* §. 27. *ſupra*) judicia proponuntur in hac Secunda Pandectarum parte (1) ratione dominii. (2) ſervitutis. (3) damni. (4) actionum mixtarum, inſtituenda. Subjecta (5) nonnullorum ſuperiorum appendice.

§. 48. Dominium vel Civile eſt vel Prætorium. Ex illo naſcitur Rei vindicatio, ex hoc actio Publiciana vid. 4. *aph.* 48. *ſeqq.* Præterea divi-

dividitur Dominium in plenum, & minus plenum, & hoc in directum & utile: Utile inter alios adſcribitur Emphyteutis qui jus ſuum perſequuntur actione emphyteuticaria. *vid.* 2. *aph.* 22. De ſingulis ad Inſtitutiones tractamus latius. Hic ſequentia collocamus.

§. 49. Rei vindicatio eſt actio in rem ex dominio Civili oriunda, qua dominus contra poſſeſſorem ſe rei corporalis dominum declarari eamque ſibi a detinente reſtitui petit. Dixi: *corporali.* Eſt enim ex Dominio. *v. ſupr. Admon.* 1. §. 67. *vers: Sed an dominium. & ad Inſt.* 2. *aphor.* 22. *& ſeqq.* Unde patet, Vindicationem quidem de re incorporali, at non Rei vindicationem competere *l.* 1. §. 1. *l.* 23. *pr. de R. V.* Hillig. *ad Donell.* 20. *comm.* 1. Treutl. 1. *diſputat.* 15. *theſ.* 1. *lit. d.* Diſſ. Donell. *d. c.* 1. Hœnon. 19 *diſput.* 2. Dixi: *dominum declar.* Unde marito ratione rerum dotalium (etiam cum in his incorporales eſſe poſſint) non Rei vindicatio ſed vindicatio dotalis dabitur, cum regulariter *vid.* 2. *aph.* 76. earum dominus non ſit. *l.* 30. *C. de jur. dot. vid. ſupr. Part.* 1. §. 67. *verſ. Adde ex ſingul. c. Diſſ. Treutl.* 1. §. 2. *B.* Hæc Rei vindicatio quemadmodum utiliter contra eum datur qui dolo malo ante litem conteſtatam poſſidere rem deſiit, cum dolus pro poſſeſſione ſit *l.* 131. *R. J. l.* 27. §. 3. *l.* 36. *R. V.* Hillig. *ad Don.* 20. *comm.* 3. *add.* §. 39. *in fin. ſupr.* Diſſ. Mynſing.

ſing. *ad* §. 1. *I. de act. n.* 23. idemque dicendum de eo qui poſſeſſionem lata culpa etſi bona fide amiſit, cum lata culpa in dubio doli effectu gaudeat *l.* 32. *dep. l.* 226. *V. S. l.* 7. §. 1. *de ſuſp. tut. vid.* 3. *aph.* 66. Brunneman *exercit. ad Inſtit. ad* §. 1. *I. de act*, Diſſ. Struv. 16. *deciſ. Sabbathin.* 29. Ita quotidianæ quæſtionis eſt, an pendente demum lite dominium adeptus, victoriam obtinere poſſit? Nosc cum non dominium, ſed ejus affirmatio requiratur §. 1. *de act.* adeoque hactenus, affirmando ſcilicet ſeu (ut loquuntur) aſſertive, ſufficiat id principio in judicium veniſſe *v. l.* 23. *de judic.* reſpondemus affirmando. *add. arg. l.* 9. §. *f. pign. act. l.* 11. *qui ſat. cog. l.* 27. §. 1. *h. t. l.* 56. *de judic.* Non quod judicium de futuris concipi poſſit expreſſe *l.* 35. *de judic.* ſed tacite. *vid. l.* 77. *l.* 195. *de R. J.* Dominium ſcil. exprimitur, ſed *futurum* id adhuc eſſe, tacetur. Dixi *Manip.* 4. *ad pag.* 116.

§. 50. Admonere debeo, eſſe & complures alias hoc in titulo controverſias: veluti, an reus actori rem absque refuſione pretii reſtituere teneatur ſi eandem emerit ſub expreſſa proteſtatione quod eandem domino reſtituere velit? Nos, ob dominii indolem, quam tertius nobis intervertere nequit, affirm. *add. l.* 3. *l.* 13. *C. de R. V. l.* 2. *C. de furt. l.* 16 *C. de evict.* Moller. 3. *ſemeſtr.* 10. Lauterb. *comp. ff. pag.* 118. Diſſ. Carpzov. 4. *conſt.* 39, *defin.* 7. Finckelthauſ. *obſerv.* 57

§. 51. Etiam ad Inſtitutiones diſceptatur: An bonæ fidei poſſeſſor fructus omnes, etiam naturales, a fundo ſeparatos acquirat? Aff. cum & *cura* iis adhibenda ſit, & *bona fides* ad eos ſe extendat §. 35. *I. de R. D. l.* 136, *R. J.* Vinn. 1. *quaſt.* 25. Frantzk. 4. *exerc. ad Inſtit.* 7. Harpprecht. *ad* §. 35. *I. de R. D. n.* 35 Bronchorſt. 3. *enantiophan.* 78. Diſſent. Bachov. *ad Tr.* 1. *diſput.* 15. *theſ.* 11. *lit. E. & F.* Donell. 4. *comm.* 25. *n.* 30. Ungepaur. 5. *controverſ.* 12. *ſeq.* Quod limito non tantum (1.) quoad titulo invalido aut nullo poſſidentem, qualis eſt conjux poſſidens fundum a coniuge ſibi donatum *l.* 45. *uſur.* vid. Vinn. *dict. loc. & ad* §. 35. *I. de rer. div.* Sed &(2.) ut fructuum exſtantium habeat dominium tantum revocabile *l.* 48. *pr A. R. D. l.* 78. *de R. V.* immo & (3.) ut licet fructus conſumti non poſſint vindicari, utpote conſumti & extincti §. 26. *in fin. I. de R. D.* actione tamen in factum teneatur bonæ fidei poſſeſſor ſi ex iisdem ſit locupletior factus *l.* 44. *l.* 40. §. 1: *R. V. l.* 14. *cond. ind.* Vid. 2. *aph.* 35. Ungepaur *d. l.* Diſſ. Vinn. 1. *quaſt.* 26. Bronchorſt. 2. *miſcell.* 37

§. 52. Bonæ fidei olim poſſeſsori ſed nunc extra poſseſſionem conſtituto, pro impenſis factis actione ſubſidiaria in factum ſuccurrendum eſſe, *arg. l.* 14. *cond. indeb. iunct.* §. 11. *I. de R. D.* dixi 2. *aph.* 35. Nec moratur *l.* 33. *de cond. ind.* loquitur enim de poſſidente, vel de tali qui ultro poſ-

ſeſſio-

ſeſſionem dimiſit. *v. l.* 26. §. 3. *h. l.* 28. *d. t. l.* 53. *R. J.* Diſs. Vinn. 1. *quæſt.* 24.

§. 53. Ad Pandectas magis pertinet controverſia: An reus poſt moram, caſum emergentem fortuitum præſtet? Diſting. inter litem conteſtatam & non conteſtatam. Inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem. Item hunc, an ſit vel ſimpliciter talis, an atrocior, veluti fur aut prædo. Item: an apud ſimplicem malæ fidei poſſeſſorem magis fuiſset peritura quam apud actorem? Ante litem conteſtatam, caſus poſſeſſori non nocet, niſi ſit prædo aut fur. Poſt L. C. nocet 1. prædoni furique *arg. l.* 8. §. 1. *de cond. furt.* 2. malæ fidei poſſeſſori, ſi res apud actorem peritura non fuiſset: ut ſi probet, ſe rem voluiſse & potuiſse diſtrahere. 3. eodem caſu & b. f. poſſeſſori, ſi mora concurrat. *vid. l.* 40. *de her. pet. l.* 15. §. *f. l.* 16. *l.* 62. *h. t.* Add. §. 41. *ſupr.*

TIT. II.

De Publiciana in rem actione.

§. 54 Publiciana actio (*v.* §. 47. *ſupr.*) eſt actio in rem ex dominio maxime Prætorio oriunda qua is qui bona fide & ex juſta cauſa rem a non domino accepit & uſucapione nondum impleta poſſeſſionem caſu amiſit, ſe ejus rei dominum declarari & infirmiori jure poſſi-

 den-

dentem ad rei reſtitutionem condemnari petit. Dixi, *maxime.* vid. 4. *aphor.* 48. *in fin.* Dixi, *uſucapione.* Nam tenenda regula: in dubio ab uſucapione ad Publicianam, valere conſequentiam *l.* 7. §. *f. h. t.* Dixi, *infirmior.* Non ergo contra dominum verum *l. p. l. f. h. arg.* §. 5. *I. de act.*

§. 55. De hac repeto dicta 4. *aph.* 49. Hic adhuc admoneo (1.) eam non competere ante rei, etſi ultima voluntate relictæ, traditionem *arg. l.* 7. §. *f. h.* Add. *l.* 1. §. *f. l.* 2. *l.* 3. *h. t.* (2.) Pomponium diſſentientem *in l.* 15. *h. t.* ob id a Paulo in *l. ſeqq.* 16. *h. t.* notari, id eſt, erroris argui. (3.) Fideicommiſſi univerſalis ſpecialem eſſe naturam: quippe in quo ad inſtar ſocietatis univerſalis ſine traditione dominium transfertur *l.* 12. §. 1. *h. l.* 1. §. 1. *pro. ſoc.* (4.) In *d. l.* 1. §. *f.* ante τὸ *cum* ponendum eſſe ſignum interrogandi? Ut in *l.* 57. *mand.* Ut utrobique verſic: *cum*: incipiat reſponſio. *Vid. Manip.* 4. *ad pag.* 119. Bachov. 3. *de action.* 18. Diſſ. Struv. *ff. de Publician. num.* 43. Lauterb. *compend. pag.* 119. Vinn. 1. *quæſt.* 27.

§. 56. Vides, Lector, in rubrica hujus tituli, illa: *in rem.*? Quæſo, nota contra Negantes. Æquitas quæ hic ſubeſt §. 5. *I. de act* eſt Cauſa Remota.

TIT. III.

Si ager vectigalis id eſt emphyteuticarius petatur.

§. 57. Jus Emphyteuticum (*vid.* §. 47. *ſupr.*) eſt jus in re aliena, quo utile dominium conſtitutum quis habet, ſub lege meliorationis & certæ penſionis annuæ in recognitionem dominii directi ſolvendæ. Dixi: *penſionis.* Hæc etiam *vectigal* appellatur: quia & illa modica. *l.* 17. *V. S. l.* 59. §. 2. *uſufr. Add. part.* 6. §. 116. *& rubr. ff. h. t. ibi. vectig.*

§. 58. Dixi ad Inſt. 3. *aph.* 121. *& ſeqq.* Et hic liceat quærere: an ad contractus Emphyteuticarii eſſentiam pertineat ſcriptura? Affirm. *arg.* §. 3. *I. loc. cond. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. jur. emph. Nov.* 7. *c.* 3. §. 2. *Nov.* 120. *c.* 1. *&* 2. *F.* 9. §. 1. Etſi enim olim Emphyteuſis ſub Emtione aut Locatione latitaverit: id tamen poſtea nova a Zenone lege lata eſt mutatum. *d.* §. 3. ita ut ad harum *naturam* emphyteuſis non amplius debeat *inclinare* nec in earum *ſocietate* aut *ſimilitudine* amplius durare *d.* §. 3. *d. l.* 1. *C. de jur. emph.* Conſent. Salicetus, Jaſon, Sichardus, *ad l.* 1. *C. de jur. emphyt.* Wurmſ. *nucl. juris controverſi* 111. 25. 6. Scotan *diſp. ad ff.* 38. *theſ.* 19. Mynſin-

ſinger. *ad* §. 3. *I. de loc. cond. num.* 23. Bronchorſt. 1. *enantiophan.* 78. Fachin. 1. *controv.* 48. Donell. 9. *comm.* 13. Borcholt. *de feud. c.* 4. *num.* 55. Harpprecht. *ad I. de locat. conduct. num.* 57. *ſeqq.* Saltem propter iſtorum aliorumque diſſenſum, tutius eſt, ſcripturam adhibere. vid. Gryphiand. *oeconom. legal.* 1. *c.* 10. *n.* 16.

§. 59. Præterea controvertitur, an emphyteuta qui legitimo tempore canonem non ſolvit, ipſo jure absque ſententia judicis privativa emphyteuſin amittat? Affirm. *l.* 2. *C. h. auth. Qui rem, C. de SS. Eccleſ. l.* 23. *rec. arb. l.* 30. *eod.* Lauterb. *compend. pagin.* 123. Fachin. 1. *controverſ.* 93. Harprecht. *ad.* §. 3. *I. de locat. conduct. n.* 520. Bachov. *ad Treutl.* 1. *diſput.* 29. *theſ.* 12. *lit. b.* Diſſ. Wurmſ. *nucl. juris controv.* 3. 25. *controverſ.* 9. Gail. 1. *obſ.* 51. *num.* 7. adeo ut nec moram celeri ſatisfactione hactenus purgare poſſit *d. l.* 2. *Novell.* 120. *c.* 8. *arg. l.* 11. *R. J.* Harpprecht. *ad.* §. 3. *I. de locat. cond. n.* 489. Fachin 1. *controverſ.* 98. Berlich. 2. *concluſ.* 46. *num.* 47. Wiſſenb. 1. *ff. diſput.* 18. *theſ.* 36. Diſſ. Struv. 16. *deciſ. Sabbathin.* 12. Hackelm. *ff. diſput.* 11. *theſ.* 17. *lit. e.* nec ei proſit, dominum reſtantes (ſecus ſi acceptaverit & canones anni annorumve ſequentium) canones ſine proteſtatione acceptaſſe *l.* 2. *C. h. Nov.* 120. *c.* 8. *l.* 7. *de l. commiſſ. arg. l.* 8. §. 15. *quibus mod. pign. ſolvit.* vid. *Irner. injur. vap. coit.* 48. *& ſicil.*

4. *ad*

4. *ad pag.* 124. Bronchorſt. 1. *enantiophan.* 83. Diſſent. Mæſtert. *diſputat.* 138. *theſ.* 6. Fachin. 1. *controverſ.* 99. Vinn. 2. *quæſtion.* 3. Dixi: *ſecus ſi acceptaverit &c.* Ampl. etſi contra proteſtatus ſit: quia proteſtatio actui contraria, nihil operatur *l.* 1. §. 1. *ſi uſ. petat.* ut tum ceſſet regula: proteſtatio conſervat jus proteſtanti. *l.* 4. §. 1. *quib. mod. pign. ſolv.*

§. 60. Eleganter etiam quæritur, quo tempore Emphyteuſis præſcriptione acquiratur? Nos in præſcriptione Ordinaria, longum tempus requirimus *l. f. in fin. C. de long. temp. præſcr.* Extraordinaria, titulo caret, fitque immediate contra dominum, annis conſummanda triginta. *vid.* 2. *aph.* 58. *num.* 4. Non obſt. *l.* 44. §. 1. *O. & A.* agit enim de tempore *ſolo.* Dixi Sicilim. *manip.* 4. *ad pag.* 122. Vid. Feltmann. *de j. in re cap.* 16. *num.* 11.

§. 61. Etiam ſucceſſione teſtamentaria legitimaque ſive ab inteſtato, Emphyteuſin Secularem & Eccleſiaſticam acquiri, verum eſt. *Novell.* 120. *c.* 1. Bachov. 1. *ad Treutler.* 29. *theſ.* 10. Ziegler. 2. *inſtit. J. Can.* 27. §. 7. Diſſ. Perez. *C. de j. emphyteut. num.* 4. Bocer. 2. *claſſ.* 14. *th.* 49. *lit. c.* Contra, ſi ignorante domino vendiderit aliave ratione emphyteuta jus ſuum alienaverit, emphyteuſin amittit. *l. ult. C. jur. emphyt.* Fachin. 3. *controverſ.* 97. & 6. *controv.* 98. & 10. *controverſ.* 68. Hilliger.

ad Donell. 9. *comment.* 14. *lit. g.* Diſſ. Bronchorſt. 1. *enantiophan.* 80. Jure tamen protimiſeos (de quo confer *Part.* 3. §. 91.) ad ſolam *venditionem* reſtringendo *arg. l. ult. de cal.* Vinn. 2. *qu.* 2. Goehaul. 3. *quaſt.* 1. *ſeq.* Mæſtert. *tract. illuſtr. pag.* 536

LIBER SEPTIMUS.

TIT. I,

De Vſufructu & quemadmodum quis utatur fruatur.

§. 62. Sequitur Servitus (*vid.* §. 47. *ſupra.*) quæ hoc loco eſt jus in re aliena alteri conſtitutum quo illius dominus ad alterius perſonæ, vel prædii, utilitatem quid pati vel non facere tenetur *Vid.* §. 91. *infr. & 2. aphoriſm.* 52.

§. 63. Dividitur in Perſonalem & Realem: ſive ut eſt in *l.* 1. *ff. de ſervitutib,* quod ſit vel Perſonarum vel Rerum. Quarum illa perſonæ, hæc prædio, *immediate* conſtituta eſt. Perſonalis iterum vel *Ordinaria* eſt, quæ ſcilicet ſemper talis eſt: nempe 1. Uſus fructus. 2. Uſus. 3. Habitatio. 4. Operæ ſerviles. Vel *Extraordinaria*, quæ regulariter prædiis, aſt extra

extra ordinem perſonæ conceditur: veluti ſi uſum aquæ hauſtus ad alicujus ſolius perſonam reſtringas. *l.* 14. *§. ult. de a lim. legat.* aut ſi alicui aquæductum concedas, reſtringendo ad ejus perſonam, ut aquam non niſi per fiſtulam cujus diametros ſit ad digiti latitudinem, ducere valeat *l.* 37. *de S. P. R.* vid. Marſman. *metrolog. pag.* 9. Par ratio eſt ceterorum. vid. *l.* 4. *in fin. de S. P. R. & 2. aph.* 57.

§. 64. Uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi fruendi ſalva earum ſubſtantia *pr. I. h. t. l.* 1. *ff. h. vid. l.* 14. *§.* 1. *uſ. & hab.* Cumque is & utendi & fruendi jus ſit, patet, eſſe eum in multis caſibus dominii partem *l.* 4. *h.* reſpectu ſcil. effectuum: non autem, eſſentiæ. Add. *Part.* 1. *§.* 67. *verſ. Unde non.* Dicitur *fruendi*, Ita differt ab Uſu. vid. Alciat. 2. *pareg.* 14. Dicitur: *alienis:* res enim ſua nemini ſervit. Alibi tamen *uſusfructus* vox latius ſumitur, ut & domino tribuatur, quem Doctores *Cauſalem* vocant & *Formali* opponunt. Illum ut habeat dominus. Hunc, fructuarius. *l.* 126. *§.* 1. *V. O. l.* 78. *pr. de j. dot. §. f. I. de uſuf.* Caſtill. *de uſufr. c.* 1. Ungep. *I. h. q.* 9. Goehauſ. 2. *quæſt.* 43. Diſſ. Coraſ. 5. *miſc.* 3. Haned. 8. *q.* 15.

§. 65. Etſi autem fructuarii jus ampliſſimum ſit, ad inſtar emtoris. *l.* 59. *§.* 1. *h.* Vid. *l.* 9. *pr. §.* 1. *ſeqq. l.* 10. *& ſeqq. h. §.* 38, *I. de R. D.* ut & *dominus* inde audiat. *l.* 8. *pr. de reb. auct. jud.*

poſſ. Conf. l. 4. *h. & §. præced.* 64. Non poteſt tamen (1) ædificium in fundo ponere, niſi fructibus recondendis aliiſve rebus quæ ibi ſunt cuſtodiendis *l.* 13. § 6. *l.* 61. *l.* 73. *h.* nec (2) ſervitutem fundo imponere *l.* 15. §. 7. *h.* nequidem conſentiente proprietario *l.* 15. §. *f. h.* Tu vide ſis *l.* 16. *h. junct. l.* 8. *l.* 9. *de aq. & aq. pluv. arc.* & quæ ſcripſi *Jul. Paul.* §. 8. Sed nec (3) poterit rem fructuariam alienare, etſi hanc poteſtatem adeptus ſit, niſi ad tres quadrantes *Nsvell.* 108. *præf. & cap.* 2. Vid. *Scotan. h. q.* 13. *& Irner. c.* 13. Differt (4) fructuarius a domino quod ad ipſos fructus in eo, quod fructuarius eos ſuos non faciat, niſi ipſe per ſe vel alium eos perceperit *l.* 12. §. 5. *l.* 27. *h. l.* 13. *quib. mod. uſusfr. l. l.* 48. *pr. A. R. D.* Non obſt. 2- *F.* 28. multis enim in caſibus differt feudum ab uſufructu. Vid. quæ ſcripſi *Not. Feudal. n.* 39. *& n.* 325. *ſeq.*

§. 66. Contra, ad fructuarium ſpectant onera non tantum refectionum modicarum, niſi ab uſufructu velit recedere, *l.* 7. §. 2. *l.* 48. *l.* 64. *h.* ſed & vectigalium & tributorum *v. d. l.* 7. §. 2. *l.* 27. §. 3. *h.* niſi eorum præſtatio heredi ſit injuncta *l.* 54. *h.* etſi e. fiſcus poſſeſſorem ſequatur *l.* 42. *ff. h.* habebit hic tamen tum regreſſum contra heredem. Brunnem. *ad l.* 27. *h. n.* 4.

§. 67. Fructuarius fructuum perceptionem locare geſtiens, dominum fundi aliis præferre non tenetur *l.* 14. *C. de contr. emt.* Covarr. 3.

var.

var. reſol. 14. Caſtill. *de uſufr. c.* 47. Diff. alii *per. l.* 1. *C. de metallar*: & cum iis Lucas de Penna *ad d. l.* 1. niſi quod *terrarum dominos* ambigue exprimat.

§. 68. Acquiritur Uſusfructus variis modis: *vid.* 2. *aphoriſm.* 58. veluti, inter alios, 1. accreſcendi jure, & 2. legato. De quibus *duobus tit.* 2. *ſeqq.*

TIT. II.

De uſufructu accreſcendo.

§. 69. Accreſcit Uſusfructus ſi pluribus conjunctim (id eſt, res eadem, ſolida, ſaltem prima facie *l. un.* §. 11. *C. de caduc. toll.* §. 8. *I. de leg.*) legetur & unus ex his legatariis deficiat. *vid. l.* 1. §. 1. *ff. h.* Dixi infra *Admon. part.* 5. §. 94. & *ad Inſtitut.* 2. *Aphoriſm.* 150.

§. 70. Hic ſpecialiter de *Uſufructu* notabis (1) eum poſt realem etiam concurſum accreſcere *l.* 1. §. 3. *h.* quod ſecus eſt in rebus aliis: *vid. l. un.* §. 1. *C. cad. toll.* veluti & ſi fructus non ſervitutis jure ſed ut alimenta relictus ſit *l.* 57. §. 1. *Uſufr.* (2) Uſumfructum ei etiam accreſcere qui portionem ſuam amiſit *l.* 10. *h.* quoniam uſusfructus accreſcit perſonæ *l.* 33. §. 1. *Uſufr.* quod in proprietate ſecus eſt. *l.* 3. §. *f. l.* 4. *l.* 5. *de bon. poſſ.* Eſt & (3) ſingulare: quod ſi duobus

Uſus-

Uſusfructus legatus ſit, tertio proprietas, deficiens pars Uſusfructus non proprietario, ſed uſufructuario accreſcat *l. 3. §. f. h.*

§. 71. Sed eſtne & illud ſingulare in *Uſufructu* ratione Juris Accreſcendi, ut id quod ad Verbis tantum junctos locum quidem habeat legata *proprietate*, non autem *uſufructu* legato? Sunt Doctores qui hoc diſcrimen agnoſcunt, ut videre eſt apud Riemer. *de jur. accreſcend. c. 13. n. 4.* & Cretſchmer. *de jur. accreſcend. th. 40. in fin.* Qui tamen ambo diſcrimen iſtud repudiant. Riemerus quippe verbis tantum junctos indiſtincte ad jus accreſcendi admittit: Cretſchmerus ab eodem illos indiſtincte repellit. Nos cum Riemero ſentimus *per l. un.* § 11. *C. de cad. toll. & §. 8. I. de legat.* vid. *Admon.* 5. §. 94. Cum Cretſchmero ſentiunt Fachin. 5. *controv.* 50. Rebhan. 1. *paralipom.* 10. Wurmſer. 3. *nucl. jur. contr.* 20. 4. Swanenburch *de jur. acer. c. 8. §. De verbis.* Suevius *de jur accreſ. pag.* 170. Sed ſi memoratum diſcrimen & a nobis repudiatur, quid reſpondemus ergo ad *l. pen. ff. h. t. de uſufr. accreſc?* Scilicet, *æquas portiones* ibi non intelligi *rei legatæ*, ſed *heredum*. Ceu ex *l. ſeq. ſeu ult. eod. tit.* maniſeſte conſtat. Quin & in ipſa *lege pen.* habes hæc: *ab heredibus ſingulis.* Vide ſis Donellum 7. *commentar.* 13.

TIT.

TIT. III.

Quando dies Uſusfructus legati cedat.

§. 72. In legato Uſufructu notandum eſt, diem ibi non *cedere*, id eſt, eum non incipere deberi *l.* 213. *V. S.* a morte defuncti, ut alias *l.* 64 *furt. vid. §.* 74. *infr.* ſed ab adita hereditate *l. un.* §. 2. *h.* propterea quod Uſusfructus morte fructuarii extinguatur §. 3. *I. Uſufruct.* ut citius diem cedere heredis fructuarii (ad quem heredem alia legata transmittuntur) non interſit. *Admon. part.* 5. §. 177:

§. 73. Si dies adjectus ſit, isque ſerius veniat, ille ab hujus venientis cedet momento *d. l. un.* §. 2; *ſeq. & l.* 2. *l.* 3. *quand. d. leg. ced.* Si in annos ſingulos Uſusfructus legatus ſit, quovis anno in ejus principio dies ejus cedit, ut a legatis multis *l. un. pr. &* §. 2. *h.* ſecus ac in annui reditus legato *l.* 12. §. 3. *quando dies legat. arg. l.* 8. *de ann. leg. Admon. V.* § 105. 106. 113.

§. 74. Ceterum, uſumfructum recta via ſine facto heredis ad legatarium tranſire, ſequitur ex eo quod exceptus non invenitur a regula § 1. *I. de legat. l.* 64 *in f. de furt.* Donell. 10. *comm.* 5. Diſſ. A. Faber. 3. *decad.* 65. *error.* 2. Add. *Admonit. part.* 5. §. 112. *fin.*

TIT

TIT. IV.

Quibus modis uſusfructus vel uſus amittitur.

§. 75. Nunc nota (1) amitti Uſumfructum variis modis: Dixi 2. *Aph.* 54.

§. 76. Habes ibi & *Mortem fructuarii.* Unde & dominium fructuum quod domino fundi competit, uti perceptione a fructuario peracta aboletur: unde & *interimiſticum*, reſpectu domini fundi, cognominatur a Brunnem. *ad l.* 12. §. *ult. de uſufr. edit. noviſſ.* ita fructuario ante perceptionem mortuo, evadit *perpetuum*, ita ut Fructuarii heredibus ex dictis fructibus nihil acquiratur competatve. §. 36. *I. de R. D. l.* 13. *qu. mod. uſ. am. l.* 12. §. *f. l.* 58. *uſufr. l.* 8. *ann. leg.* Diſl. Cujac. 24. *obſ.* 21. & 4. *Feud.* 30. per *l.* 7. *ſolut. matr.* ubi heres mariti pro rata temporis quo matriminii onera maritus tulit, fructus a defuncto non perceptos dividit: quod diverſum & ſpeciale. *l.* 20. *C. de iur. dot.* Vinn. *comm. ad* §. 36. *I. de R. D.* H. Piſtor. 1. *qu.* 24. *d.* 17. *ſeq.* De morte Ficta ſive Quaſi morte Civitatum &c. vid. *l.* 21. *ff. h. t.* & *ibi* Gothofr. *not.* & infra *Admon. part.* 5. §. 107.

§. 77. Uſumfructum ceſſione in extraneum facta, non amitti, ex eo ſequitur, quod cedens tum *nihil* agat §. 3. *I. uſufr.* Diſtinguenda

ta-

tamen a ceſſione (quæ inſtar traditionis eſt 3. *aph.* 139.) eſt venditio, ſimilesquæ cauſæ, ad quas pertinet & delegatio *l.* 4. *de novat.* quibus multum agitur §. 1. *ſ. I. uſufr.* Hæ jus ad rem conferunt: Ceſſio jus in re ſpectat. Hæ jus acquirenti tribuunt, a conferentis jure dependens. *d. l.* 4. *arg. l.* 54. *de R. J.* Ceſſio, ne jus perpetuum conferat, *nulla* potius habetur. Ergo ceſſione extraneo facta, uſusfructus non *revertitur* ad proprietatis dominum ſtatim: ſed *reverſurus* eſt poſtea ſuo tempore *l.* 66. *ſ. dot.* Grotius *de jur. bell. & pac.* 1. *c.* 4. §. 10. Diſſ. Vinn. *ad d.* §. 3.

TIT. V.

De uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur vel minuuntur.

§. 78. Nota (2.) Uſumfructum dividi in *Verum* & *Quaſi uſumfructum*, §. 2. *I. de Uſufr.* Hic eſt earum rerum quæ uſu conſumuntur vel minuuntur. Dixi, *vel minuuntur.* Ita enim eſt, ut vides, in *rubr. ff. h. t.* Unde tu noli dubitare, veſtimentorum regulariter non eſſe verum uſumfructum 2. *aph.* 56. Dixi: *regulariter.* Ut exceptionem indicem eſſe, cum teſtatori aut paciſcentibus aliter viſum fuerit. *l.* 15. §. 4. *de uſufr. l.* 9. §. 1. *uſ. quemadm. ca.* Confer Coll. Argentor *h. t. th.* 3. Locamer. *quæſt. Juſt.* 184. *& ſeqq.*

ſeqq. Bicc. 1. *aureor.* 32. Ungepaur. *d. qu.* 9. Lyclama 5. *eclog.* 24. Hanedoeſ. 9. *quaſt.* 19. Martial. 9. *epigr.* 50. & quem primo loco memoraſſe debueram legiſlatorem Juſtinianum §. 2. *I. de uſufr.* Huc pertinet & uſus fructus odorum. *l.* 11. *h. t.* Stryck *de jure ſenſ. diſſ.* 4. *n.* 15.

§. 79. In Quaſi Uſufructu Cautio exigi poteſt: poteſt & remitti ab herede (non a teſtatore §. 86. *infr.*) ut de ejus ſubſtantia non ſit. Manente ſemper *obligatione*, ut *hac* proprietatis inſtar præſtet. *arg. l.* 5. §. 1. *h.* add. Gomez. 2. *var. reſ.* 15. *n.* 3. Buſ. *ad. l.* 4. §. 1. *h. t.* Diſſ. Gail 2. *obſ.* 46. Rol. a Valle 1. *conſil.* 92. *n.* 8.

§. 80. Quaſi Uſumfructum non niſi ultima voluntate conſtitui poſſe, nonnulli ſcribunt. v. Treutler. 1. *diſp.* 16. *th.* 2. Donell. 10. *comment.* 4. Schwendendorf *ad Eck. h. t.* Sed errant *arg.* §. 4. *I. de legat. l.* 39. §. *f. leg.* 1. §. 2. *ibi*: *conſtitui.* &: *utilitatis cauſa. I. uſufr.* A. Matthæ. *ad d.* §. 1. Rebhan. 2. *paralipom.* 3. Stryck. *de jur. ſenſ. diſſ.* 5. *n.* 24. Bockelman. *de actionib. cap.* 3. *part.* 4. §. 3.

TIT. VI.

Si Uſusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur.

§. 81. NOta (4.) Ratione uſusfructus duas actiones competere: *vel teſte Rubr.*

Rubr. h. t. Sed non eſt hoc in uſufructu quid ſingulare, cum utraque actio de omni ſervitute detur, & Confeſſoria, inquam, & Negatoria *vid.* 4. *Aphor.* 42. *&* 43.

TIT. VII.

De Operis Servorum.

§. 82. Sequuntur (*v.* §. 36. *ſupr.*) Operæ ſervorum. Uſus. & Habitatio. 1. Operæ ſervorum ſunt jus percipiendi omnem utilitatem ex operis ſervi alieni *l.* 5. *h.* Quæ ſpeciali jure in eo utuntur quod morte & capitis deminutione, & non utendo, non amittantur. *l.* 2. *h.* *l.* 2. *de uſ. & uſufr. leg. Add.* §. 40. *verſ. niſi haſ. ſupr.*

TIT. VIII.

De Uſu & Habitatione.

§. 83. 2. Uſus eſt jus alienis rebus ad quotidianam unius anni indigentiam utendi. *vid.* 1. *aph.* 56.

§. 84. 3. Habitatio eſt jus omnem (*ita differt ab Uſu, ut latior*) alienarum ædium ex habitatione (*ergo anguſtior eſt Uſufructu*) utilitatem percipiendi. 2. *Aph.* 56. Differt ab utroque, quod non utendo aut capitis deminutione non amittatur *l.* 10. *h.* *l.* 10. *de capit. min.* N TIT.

TIT. IX.

Uſufructuarius quemadmodum caveat.

§. 85. HIc tene ſis, Uſufructuarium teneri ad cautionem præſtandam proprietario, ad quem finitus uſusfructus reverſurus eſt, utpote qui cum capite ambulat. *l.* 7. §. 1. *cap. minut.* quæ ratio cum ad ſervitutes perſonales reliquas ſimul pertineat, ſequitur, & cautionis præſtationi in ceteris locum eſſe *l.* 5. §. 1. *ſeqq l.* 6. *h. t.* In Vero tamen & Quaſi Uſufructu hæc notabilis differentia eſt, quod in Vero uſufructu, cavendum ſit de duobus: 1. de utendo boni viri arbitratu. 2. de eadem ſpecie finito uſufructu reſtituenda. At in Quaſi uſufructu, de unico tantum, de reſtituenda ſcilicet re ejusdem generis atque qualitatis, aut ejus æſtimatione. *Vide* 2. *Aph.* 56.

§. 86. Celebris hic vertitur controverſia: An *teſtator* (alia ratio eſt *heredis*. §. 79. *ſupr*) in vero uſufructu remittere poſſit partem cautionis fructuariæ illam poſteriorem quæ eſt de re finito uſufructu reſtituenda? Nos negamus per textus in *l.* 6. *ff. ut in poſſeſſ. legat. l.* 7. *C. eod. l.* 1. *C. de uſufruct.* & rationem, quod quilibet de ſuo jure poſſit diſponere non de alieno *l.* 21. *C. mand.* at cautio *fructuaria* non eſt inducta in favorem teſtatoris utpote qui ea non eget, ſed heredis ceu

ceu proprietarii ad quem res reverſura eſt. Alia ratio eſt cautionis *legatariæ*: de qua *infra Part.* 5. §. 183. Diſſent. Vinn. 1. *quæſt.* 29.

LIBER OCTAVUS.

TIT. I.

De Servitutibus.

§. 87. Servitutes Reales ſive Prædiorum, quæ etiam *Servitutes* in ſpecie (Servitutem in genere vidimus §. 62. *ſupr.*) vocantur. *rubr. ff. h. t.* Add. *Part.* 5. §. 115. *infr.* Et dividuntur in Servitutes Prædiorum Urbanorum & Ruſticorum: Sive ut hodie loqui nonnulli malunt, in *Urbanas* & *Ruſticas*. Illæ debentur prædiis urbanis: Hæ, ruſticis. Prædia autem Urbana & Ruſtica, non æſtimantur hic ex loco, nec prædiorum ſubſtantia, ſed ruſtico urbanove uſu. *l.* 166. 180. 198. 211. *de V. S.* Lyclama 2. *elog.* 8. Goehauſ. 3. *qu.* 5. Diſſ. Vinn. 1. *quæſt.* 30. *vid.* 2. *Aph.* 57. Hinc Prætoria, quæ etſi ruri condita, cum tamen voluptatis aut habitandi cauſa extructa ſint & habeantur, urbanis prædiis connumerantur. Pollet *for. Rom.* 4. *n.* 12. Rigos a Mallosco *ad d. l.* 198. §. 2.

TIT. II.

De Servitutibus Prædiorum Urbanorum.

§. 88. Urbanæ ſervitutes ſunt quæ debentur prædio urbano, quales non quidem perpetuo ſunt ſed tamen magis eſſe ſolent, (vid. §. 63. *in fin. ſupr. & 2. aph.* 57.) quas videmus §. 1. *I. h. t.* Ubi vides & ſervitutem oneris ferendi: qua vicinus columna aut muro ſuo onus vicinæ domus cogitur ſuſtinere. Hanc *ſpuriam* vocat Vinnius *not. ad d.* §. 1. eo quod dominus prædii ſervientis, columnam murumve talem onus ferentem cogatur reficere. *l.* 33. *h. t. l.* 6 §. 2. *ſi ſerv. vind.* Peſſime! tum quod diſputari adhuc poſſit, verumne ſit, ſervientem absque ſpeciali pacto ad refectionem teneri *l.* 15 §. 1. *ſervitut. l.* 5. §. 11. *ſeq. itin. act. priv. l.* 1. §. 7. *cloac. l.* 4. *de riv.* tum ſi vel maxime ejus indolis per leges eſſet effecta, ſpuria dici non poſſet ob id quod legitima eſt.

§. 89. Verum omiſit Juſtinianus *d.* §. 1. ſervitutem *Altius tollendi*: quam tamen commemorat §. 2. *I. de act.* Quam & Urbanam eſſe ſolere, non eſt dubitandum, cum in urbibus ob vicinitatem ædium majoris uſus & frequentiæ ſit, quam ruri *l.* 2. *h.* ut tamen nonnunquam & in

in ruſticis prædiis uſu venire poſſit: *l. 2. S. R. P. vid. 2. aph. 57.*

§. 90. Ingens hic ſubnaſcitur ſcrupulus: Quomodo nimirum jus altius tollendi dici poſſit *Servitus*, cum quilibet in ſuo (dummodo malitiis non indulgeatur *l. 38. de R. V.* ut ſi id fiat ad videndas moniales aut pulchram uxorem vicini; ut eſt apud Coſtanum *quæſt. 17. in fin.*) tollat ſive evehat jure *Libertatis? l. 14. S. V. P. l. ſ. §. 4. quod vi.* Et quidem non dubito, quin *pacto convento* conſtitui ita poſſit, ut ædes vicini altius evehantur in commoditatem domus noſtræ, ſive ad arcendos id ventorum impetus fiat ſive ad imminuendum (quod mercatores tabernis ſuis, ne mercium vitia curioſioribus emtorum oculis nimium pateant, confieri, adamare ſueverunt) noſtræ domus lumen, ſive ad uſus alios ut ad habendum lumen ſolare per repercuſſionem, aut ad habendam porticum ambulatoriam *l. 8 §. 1. Si ſerv. vind. l. 17. §. 2. de S. V. P.*

§. 91. Neque obſtat *l. 15. § 1. ff. de ſervit. vid. §. 101. infr.* Cum neceſſe non ſit ſtatuere, vicini opera & ſumtu ejusdem ædes in uſus noſtrarum altius tolli. Sufficit, ad habendum jus tollendi altius, ſi nos vicini ædes opera ſumtuque noſtris, altius evehere poſſimus, ipſeque vicinus hoc pati teneatur. Adeoque cum opera ſumtusque a parte ejus fiant cui ſervitus hæc conſtituta eſt, ſerviens autem nihil hic faciat,

 ſed

ſed tantum patiatur, alterum facere: quid rationis eſt, quare non genuina omnino hic ſervitus ſit? Atque ita hæc ſervitus naturaliter ſe habet *d. l.* 15. §. 1. *ff. de ſervitut. l. 6. §. 2. verſ. nam in omnibus ff. ſi ſerv. vind.* Sed quid ſi pacto conveniam ut vicinus ædes iſtas ſua opera ſuoque ſumtu altius evehat? Erit hoc contra *naturam ordinariam* ſervitutum *d. l.* 15: §. 1. minime autem contra *ſubſtantiam. d. l. 6. §. 2.*

§. 92. Etſi ergo Bartoli & Carpzovii, quos Schutzius adducit *Compend. Lauterb. pag.* 136. explicationem hactenus ſequar, quod ſervitutem altius tollendi in eo ſtatuant, quod vicini ædes altius tollantur in uſum noſtrarum: in eo tamen ab iisdem diſſentire cogor, quod exiſtimem, regulariter (niſi ſcilicet aliter pactum conventum ſit) vicini ædes tolli a nobis, non ab ipſo vicino: noſtris ſumtibus, non vicini *d. l.* 15. §. 1. *de ſervit. d. l. 6. §. 2. ſi. ſerv. vindic.* Huc reſpicit & prælaudata *Lex* 2. *ff. de* S. *R. P.* ubi nobis licet altius prætorium vicini attollere eique hactenus officere. Spectant ad hunc ſenſum manifeſtiſſime *l.* 2. *C. de R. V. juncta l.* 24. *ff. de S. urban. præd. & l.* 8. §. 5. *ff. ſi ſervit. vindic. l.* 1. *C. de ædif. priv.* Ratio autem cur Romani amaverint ædificia ædificiis imponere, eſt in abundantia populi Romani Romæ ædibus indigentis. vid. Briſſon. 1. *antiquitat.* 1.

§. 93. Eodemque modo explica famoſum iſtum

iſtum §. *ſecundum I. de actionib.* ibi: *Si quis agat jus ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi.* Quæ verba connectes cum verbis ſequentibus: *in vicini ædes.* Ut ſervitus altius tollendi ſit: cum *alicui jus eſt in vicini ædes* (ſume ſupra prætorium vicini *de quo dict. l. 2. S. P. R.*) *altius tollere ædes ſuas.* Quod ſuperinſtructum hactenus *ſuum* aut *noſtrum* eſt, quia opera impenſaque noſtris ſuperſtrui debet. Quin & poteſt pacto convento effici ut ſuperimpoſitum iſtud dominii jure noſtrum ſit, forte ut in eodem habitemus aut animi gratia ſubinde diſcedamus. Eritque tum in eodem dicto . 2. *I. de action.* actio de *altius non tollendo* (ſed erit hæc ex libertate, & Negativa) qua in noſtro ædificaturum arcemus. Dixi *in eodem dicto §.* Quia alibi nil vetat, ſervitutem altius non tollendi, aliter accipere, ſcilicet qua vicinus libertati ſuæ altius tollendi renuntiat, ædesque ſuas altius evehere nequit, in uſum noſtrarum. Quemadmodum *tollere* diverſis modis accipitur *l. 8. C. de ſervit. & aq. add. l. 9. C. eod. l. 17. §. 2. ff. de S. V. P.* Sed novum non eſt in Jure, unam vocem diverſiſſimis modis accipi: de quo vid. quæ dixi *Diſp. ad L. Vinum. §. 12.*

§ 94. Aliter priora autem illa explicat Schutzius *d. pag. 136.* dum poſt alios ſentit, Servitutem altius tollendi eſſe qua quis jure Servitutis pati cogitur, ut vicinus ædes ſuas altius tollat ita ut ipſe nec contra ædificando, nec alio modo

 hoc

hoc impedire poſſit, maxime ſi Statuto præfixus ſit ædificandi modus. Verum notandum hic eſt, talem ſervitutem eſſe contrariam Servituti altius tollendi. Nam ſi quis paciſcatur, ne vicinus contra ædificet, erit *Altius non Tollendi*: ut dominans ædificans altius, ædificet *jure libertatis*: at vicinus non ædificans, non tollat ſive ædificet *jure ſervitutis*, ſed id omittat jure *Servitutis altius non tollendi.* Dein, ſi vel maxime ſtatuto certus ædificationibus modus præfinitus ſit, non ſit id ſemper tamen in privatorum utilitatem, ſed non raro & in urbis ſplendorem *argum l. 2. C. ædif. priv.* adeoque in commodum publicum cui privatorum pactionibus in ſervitutibus remittendis aut conſtituendis derogari nec debet nec poteſt, *l. 38. de pact. l. 27. R. J.* Sed etſi vel maxime tale ſtatutum privatorum uſibus inſerviat ſolis, ſi vicinus vicino indulgeat jus altius, ultra ſtatuto præfinitum modum, tollendi, remitteret ipſi ſervitutem quam vi ſtatuti vicinus vicino debebat, adeoque reſtituet vicino libertatem naturalem ſublata ſervitute ſtatutaria: adeoque vicinus altius ædificans, ædificabit jure libertatis, adeoque contra impedientes experietur actione Negativa non Confeſſoria. At hæc applicari non poſſunt ſervituti altius tollendi, utpote quæ (1) Servitus eſt *l. 2. ff. de S. P. R* & (2) actione confeſſoria vindicatur §. 2. *I. de Action.* At in expoſitio-

ne

ne illa Schutzii occurrunt duo directe iſtis contraria, nempe 1. Libertas & 2. actio Negatoria. Ex hiſce corruit & expoſitio Struvii *ff, exercit.* 13. *th.* 12. & Vinnii *ad* §. 1. *I. de Servitut.* & *ad* §. 2. *J. de Action.*

§. 95. Succedit alia quæſtio; an & quomodo differat a ſervitute *altius non tollendi*, Servitus *ne luminibus officiatur*? Enimvero ſunt qui has confundunt *per l.* 4. *ff. de S. V. P.* Male. Non dicit quippe hic textus, per ſervitutem *Ne luminibus officiatur*: id *duntaxat* acquiri: ne jus ſit vicino invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere Lumina noſtrorum ædificiorum: ſed ait, hoc nos adipiſci eadem *maxime*. Ergo *maxime* reſpicimus eadem: ne altius vicinus ædificet: ſed *ſimul* volumus ne vicinus quoque alio modo luminibus noſtris officiat, veluti ne arborem, viridia, aſſeres, aliudve, in luminum noſtrorum detrimentum in ſuo exſtruat. Ergo qui habet jus altius non tollendi, habet minus quam qui Ne luminibus officiatur. Contra iſtud peccatur ſola evectione ædium, non aliis ex. gr. collocatione viridium. *l.* 12. *de S. V. P. l.* 15. *l.* 17. *ff. eod.* Deinde poteſt & ſervitus altius non tollendi ad alios uſus conſtitui quam Ne luminibus officiatur, veluti ad habendum ventum ſeparando frumento a paleis, quod & uſu venit pendente vanno ex duobus reſtibus ad fores horrei, tranſeunti vento, quo palea a gra-

nis e vanno illo procedentibus diſſlantur, patentes. Poteſt & eadem *Non tollendi altius* ſervitus parari ad habendum ſolem in horto: Cum altera illa, *Ne luminibus officiatur*, non ſpectet niſi lumina noſtra, ne his aliqua in parte inferatur incommoditas. Denique velim Diſſentientes recordari *legis* 17. §. 2. *de S. P. V.* ubi domus ex vicini domo radios ſolares κατ᾽ ἀντανάκλασιν percipit. Quid ſi domus hæc vicini debeat ſervitutem altius non tollendi, eritne hæc eadem cum ſervitute Ne luminibus officiatur? Quid ſi dominus hujus domus eandem deprimat? peccabit adverſus poſteriorem, cum ita impediatur dicta radiorum ſolarium repercuſſio, quæ ex altitudine domus proveniebat: non peccabit contra priorem, cum utique domum deprimens, eandem altius non tollat. Per *lumina* autem intelliguntur *feneſtræ* per quas cœlum videmus *l.* 15. 16. 23. 40. *ff. de S. V. P. add. Cicer.* 2. *ad Attic. ubi anguſtiæ feneſtrarum opponuntur latis luminibus, id eſt, latis feneſtris.* Dixi, *per quas cœlum videtur* Nam ſi per eas cœlum videri nequeat, feneſtræ *luminum* appellatione ſtricta non venient. Etſi ergo omnia lumina, feneſtræ ſint, non ſunt tamen omnes feneſtræ, lumina. *d. l.* 16. *ff. de S V. P. Caj. Inſtitution. lib.* 2. *tit.* 1. Hinc ſimul explicatur quid ſit ſervitus *luminum*: cum quis ſcilicet in communi vel alieno pariete feneſtras habet, per quas ex ſuis ædibus cœlum videre poteſt *l.* 4. & *l.* 40. *ff. de S. V. P.* Dixi, *in alieno* vel *communi*: nam in

proprio pariete non eſt luminum *ſervitus*, ſed luminum *libertas*. Res quippe *ſua* nemini *ſervit. l. 5. pr. ſi uſ. pet.* Atqui non licet, dicis, aliquid immittere in alienum non conſtituta ſervitute: ergo nec oculos. Ergo nec licebit niſi luminum ſervitute conſtituta, aperire feneſtras in pariete proprio & per eas immittere oculos in alienum. Verum (1) poſſem id tibi certo caſu largiter concedere, cum feneſtra ita in noſtro pariete aperiri queat, ut per eam nemo oculos in alienum immittat: quid enim ſi feneſtra tam alte exſtruatur ut per eam non videatur in alienum, ſed ad lumen tantum habendum cœleſte? Sed (2) uti affirmo, poſſe aliquem ex ſua feneſtra in alienum proſpicere, dummodo malitiis hominum non indulgeatur *l. 38. ff. de R. V.* ita nego, proſpicientem in alienum, aliquid in alienum immittere: ſane oculos quisque ſibi ſervat, nec in alienum videndo ejicit: ſed nec radios oculorum, qui nulli ſunt. Aut ſi ſunt & immittuntur, talem tamen immiſſionem leges noſtræ non curant, utpote quibus immiſſio talis requiritur quæ eſt *ſicut aquæ l. 8. §. Ariſto. 5. ff. ſi ſerv. vind. add. arg. l. 2. §. 5. ff. de Aq. & aq pluv.* Denique negant Philoſophi, viſionem per radiorum emiſſionem fieri: ſed receptione ſpecierum aut radiorum, peragi affirmant. Ergo Luminum ſervitus eſt cum quis feneſtras ſuas habet in pariete alieno vel intotum

tum alieno vel pro parte alieno: nimirum ut vicinus patiatur nos ſumtibus noſtris facere in ſuo feneſtram. Dixi, *nos ſumtibus noſtris*: *per l.* 15. §. 1. *de ſervit.* niſi ſcilicet aliud pactum conventum ſit, ut ſupra diximus de ſervitute altius tollendi.

§. 96. Vides jam, falſum eſſe, quod D. Avezan. *de ſerv. c.* 17. aſſerit, ſervitutes *Altius non tollendi & Ne luminibus officiatur*, nulli poſſe concedi niſi ei qui habet *ſervitutem Luminum*. Quare enim utraque non poſſit concedi illi qui lumina in ſuo habet, etſi *ſervitute* luminum deſtituatur? & quid ſi nec lumina habeat, quare prior illa *Altius non tollendi*, ad alios uſus concedi nequeat? Vides quoque, Juri non convenire id quod D. Thomaſius *ad Strauch. diſſ.* 7. *theſ.* 15. ait, ſervitutem Luminum includere alteram, ne Luminibus officiatur: cum in hac ſane plus omnino ſit quam in illa: illa lumen cœli præbet videnduum; hæc ultra tendit & nullo modo luminibus offici permittit, etſi jam cœlum ſatis conſpici queat.

§. 97. Ex ſuperioribus etiam facilior dijudicatio erit circa ſtillicidii avertendi & non avertendi ſervitutes. Schutzius aliique has ita explicant, ut in priori Titius domus A dominus, ſtillicidium alias in Mævii vicini aream naturaliter non caſitans, in hanc queat avertere. In poſte-

poſteriori vero Titius non poſſit id ad aream B. naturaliter cadens ab eadem avertere inque uſus ſuos abducere. Ex adverſo Strauchius, priorem putat eſſe cum vicinus ille Mævius dominus areæ B. contrahit cum Titio, ut hic aquam ex domo A. in aream B. naturaliter cadentem avertat, ne amplius in aream B. cadere poſſit. Quid ſi utraque explicatio & communis illa Schutzii, inquam, & ſingularis illa Strauchii, vera ſit? Si enim caſu ſupra poſito Titius jus ſtillicidii avertendi emat aliove modo acquirat, veriſſima erit Schutzii ſententia: aſt ſi idem jus emat Mævius, jam certe id fecerit ad mentem Strauchii. Exiſtimat equidem D. Thomaſius *ad Strauch.* 7. *theſ.* 12. hanc Strauchii ſententiam eſſe aperte contra *l.* 15. §. 1. *de ſervit.* Sed quid ſi Mævius ſtillicidium id in domo Titii avertat ſuo labore ſuisque impenſis? hic tum utique nihil erit contra naturam ſervitutum de qua eſt in *d. l.* 15. §. 1. eam non eſſe ut ſerviens quid faciat, ſed tantum ut patiatur & non faciat. Et ita nullus dubito quin Strauchiana illa ſententia limitanda, & omnino cum Schutziana illa admittenda ſit. Nihilominus poſſe ſpeciali pacto conſtitui, ſtillicidii avertendi jus, ut impenſa operaque Titii fiat in caſu quo Mævius hanc ſervitutem acquirit, ea quæ ſupra ad ſervitutes Altius tollendi, & Luminum, diximus evincunt: ſed fluet id tum ex ſpeciali pacto adjecto,

jecto, minine vero ex ſervitutis hujus natura. *d. l. 15. de ſervitut. d. l. 6. §. 2. ſi ſerv. vind.*

§. 98. Superioribus Prædiorum Urbanorum ſervitutibus adhuc adde ſis ſervitutes Cloacæ *l. 7. ſervitut.* Foraminis *l. foramen 28. h. junct. l. 9. S. R. P.* Fumi *l. 8. §. 5. Si ſerv. vindic.* poſitum quid habendi in loco alieno, aut in eum immittendi effundendique *d. l. 1. §. 5. l. 17. §. 1. eod.* Quocum confundi minime debet Jus projiciendi, quo ex noſtro pariete quid poſſum emittere ſupra vicini aream *v. l. 1. l. 2. h. §. 1. V. S. vid. Part. 6. §. 103.*

TIT. III.

De Servitutibus Prædiorum Ruſticorum.

§. 99. RUſtica Servitus eſt quæ debetur prædio noſtro ruſtico *2. Aphoriſm. 57.* Hujus ſpecies habes *pr. & §. 2. t. h. t. vid 2. Aph. 55.* Nec dubium eſt, eſſe plures. Non tantum enim Urbanæ evadere poſſunt Ruſticæ *l. 2. h.* Sed & aliæ dantur quæ plerumque ruſticæ ſunt, veluti venationis in alieno, abſque præcluſionis aut expulſionis metu, exercendæ *l. 16. h. vid. §. 12. I. de R. D. l. 13. §. f. de injur.* Item, jus pedamenta ex alieno ſumendi *l. 3. §. 1. h.* Item: uvas in alieno exprimendi *l. 14. alim. legat.*

§. 100. De differentia Itineris, Actus, Viæ, &

& illud hic admoneo: Iter eſſe jus eundi ambulandi: Actum eſſe jus agendi: Viam autem jus eundi agendi, & eundi ambulandi. Id eſt, qui habet *iter*: habet jus eundi ad ambulandum. Qui habet *viam*, habet jus eundi & ut agat vehiculum & ut ambulet. At qui *actum* habet, non habet jus eundi ex natura actus principali, ſed per conſequentiam, & non niſi ex tacita concedentis intentione. *arg. l. 2. juriſdict. l. 1. h. t. l. 58. de V. O. l. 9. §. f. de novat.* Unde ſi concedenti aliter viſum, nec ibit per actus illius ſpatia vehiculum, nec ibit homo. *arg. l.* 137. §. 2. *inf. de V. O.* Non enim homines tantum eunt, ſed & vehicula. Unde actum concedens, poteſt adimere jus vehiculum ducendi, veluti & jus ſine jumento eundi. *l.* 4. §. 1. *ſi ſerv. vind.* ut actui adimi nequeat iter ſimultaneum. *l.* 1. *de adim. leg.* poſſit, ſolitarium. Quod ſecus eſt in Via: quæ ſine jure eundi & vehiculi & hominis eſſe nequit. Itaque intellige definitionem Viæ quod ſit *Jus eundi & agendi & ambulandi.* Intellige inquam duplex jus eundi in via: ſive duas itiones, & ire agere & ire ambulare. Sive, jus eundi cum actu, & ſine actu: id eſt ut eas vel ſimul agendo vehiculum jumentumque, aut ut eas ſolus. Via continet jus eundi in genere, ſive itionem omnem. Iter, non niſi itionem unam, nempe hominis. Actus, nullam, niſi acceſſorie. Ex his intellige & definitionem Actus, quod ſit jus agendi ju-

jumentum vel vehiculum, item eundi ſine jumento. Intellige, niſi & hoc (jus eundi ſolitarium) & illud (jus vehiculum ducendi) adimatur. Nunc vide ſis textus in *l.* 9. *l.* 13. *de Servitut. l.* 1. *l.* 7. *l.* 23. *de S. R. P.* Cumque iter ſit individua pars Viæ *dd. ll.* mirum non eſt, iter aliquando pro integra via ſynecdochice accipi, veluti cum itineri adſcribitur jus ire *agere*, in *l.* 9. *Si ſerv. vind.* add. Lyklam. 3. *membran.* 12.

TIT. IV.

Communia Prædiorum tam Urbanorum quam Ruſticorum.

§. 101. Habent autem Servitutes Prædiorum Urbanorum & Ruſticorum multa inter ſe communia. Veluti, quod iiſdem modis finiantur fere & conſtituantur, de quibus vid. Bockelman. *de actionib. c.* 3. *part.* 4. §. 5. *ſeqq.* aut quæ dixi 2. *aph.* 58. *& ſeq.*

§. 102. Eſt & hoc commune ſervitutibus, quod individuæ omnes ſint; unde fit, eas pro parte conſtitui aut adimi non poſſe *v. l.* 5. *h. t. l.* 2. *l.* 11. *ſerv.* Ergo qui ſervitutem alteri vult concedere, oportet ut dominus ſit in ſolidum *l. ult. h. t. l.* 34. *S. R. P.* Nam &, ſi is qui parte tantum dominus eſt, pro indiviſa ſua parte ſervitutem ex. gr. viæ, alteri conſtitueret, eo ipſo ſocii ſui partem oneraret. Cum igitur con-

ceſſio pro parte facta, nulla ſit, conſequitur, cedente, antequam ceteri quoque ſocii cederent, moriente, ſervitutem tum a ceteris conſtitui non poſſe, niſi mortui illius heres de novo cedat. *d. l. ult. h. t.* Verum hoc ultimum non credo convenire cum Juris Naturæ illo dictamine, quod libertatem nobis in actiones noſtras regulariter, facultatemque adeo nos privandi re jureque noſtris, etiam ſub conditione & in eventum (ex. gr. ſi & ſocii mei ceſſerint) indulget. *§. 1. I. de jur. perſ. conſ. Admon. Part. 1. §. 67. verſ. Sane mirum.* Quo & ſpectat *l. 11. de S. R. P.* cujus argumento dictam *l. ult. h. t.* ad jus ſtrictum referrem, cum dicta *l. 11. S. R. P.* inter illud quod *ſubtili ratione* videtur, & id quod *benignius* eſt, diſtinguat. Et ſane, ſi *benignitatis* ratio obſtitit defuncto, qua fronte eidem replicationem obmovebit aliquam ejusdem heres? *l. 143. l. 167. R. J. add. l. 3. ſerv. leg. l. 26. ſtip. ſerv.* Sed nec id cum Jure Naturæ aut Hodiernis Moribus convenire credo, quod in *l. 5. h. t.* legitur, ſervitutem ſocio nec integram nec pro parte acquiri poſſe: vid. quæ dixi 3. *7. Ventris* 1. *§. 5. add. Part.* 1. *§. 9. in fin.*

§. 100. Erant & olim JCti qui perpetuam cauſam (id eſt quæ naturaliter præſto eſt & manu non fit) in omni ſervitute requirerent. vid. Paulus *in l. 28. de S. U. P.* Verum alii con-

tra, id non attenderunt, quin Jure poſteriori in contrarium itum eſt, ut non tantum exempla Servitutum Altius tollendi, Oneris ferendi, Fumi aut Tigni immittendi, Calcis coquendæ, cloacæ *l. 7. de ſervitutib.* porticus ambulatoriæ *l. 8. §. 1. ſi ſerv. vind.* aquæ ex caſtello vel ciſterna ducendæ, aliæque edocent, ſed & firmatur *arg. l. 9. ibi: hodie. de S. R. P. l. 2. ibi: quidam h. t. l. 3. ibi: hoc jure utimur. de aq. quotid. & æſtiv. l. 34. §. f. l. 35. de S. R. P. l. 3. l. 8. §. 5. de precar.* Immo ipſe Paulus *in d. l. 28.* videtur, etſi obſcurius, dictum jus antiquatum innuere in verbo: *placuit.* olim, ſcilicet, quibusdam placuit. conf. *l. 2. ibi: quidam dubitav. ff. commun. præd.* idemque ab eodem Paulo ibidem *d. l. 28.* innui per ſubjecta exempla *lacus* & *ſtagni*: nam ex his hodie concedi poſſe ſervitutem, docet idem Paulus *l. 9. de S. R. P.* ut ultima in *d. l. 28.* verba interrogative debeant legi, ad denotandam contrariæ ſententiæ abſurditatem, quo & pertinet *lex ſeq. 29.* conf. *§. præc. 99. verſ. Quo & ſpectat.* Ut conſequenter in hac Tertia ff. Parte quidem inutile & deſuetum quid occurrat, ſed quod ſimul nova pulchritudine ſit decoratum: tale enim inſeri permiſit Juſtinianus *Conſt. Omnem. §. 3.* Plane nec uſus hodierni fori, cauſam continuam iſtam requirit. Brunnem. *ad d. l. 28.* Schilt. *ff. exercit. 18. th. 16.*

§. 101. Eſt & hoc inter communia ſervitutum

tum harum, quod ea gaudeant natura, ne ſervientis prædii dominus quid faciat, ſed duntaxat cogatur pati *l.* 15. §. 1. *de ſervitut.* Unde & Servitutes Oneris ferendi & Altius tollendi, ſui natura, non in faciendo ſed in patiendo conſiſtent: ſaltem ſecundum explicationem noſtram quam *vid. ſupra* §. 88. *& ſeqq.*

§. 102. Sunt & alia Communia. Veluti: quod Vicinitatem non contiguitatem prædiorum ſervitutes rerum ſive reales depoſtulent *l.* 5. *Si ſerv. vindic. l.* 7. § 1. *comm. præd. l.* 14. §. *f. de alim. leg.* Bicc. 2. *aureor.* 18. Goehaul. 3. *peric. Academicor.* 6. Adde: Servitutes etſi diſcontinuas acquiri longi temporis præſcriptione *l. f. inf. C. de long. temp. præſcr.* Lauterb. *compend. ff. pag.* 134. ubi & de contrario uſu forenſi, de quo add. Brunneman. *ad l.* 14. *ff. de ſervitut.* Schilter. *ff. eod. theſ.* 7. Limita *per* §. 106. *infr.* Porro: In ordinaria uſucapione ſive præſcriptione Servitutum ſemper opus eſſe titulo, *vid. l. f. inf. C. long. temp. præſcr. l.* 2. *C. ſerv. l.* 10. *ſi ſerv. vindic.* 2. *aph.* 58. Mæſtert. *tract. illuſtr. pag.* 277. Vinn. 1. *quæſtion.* 31 Nec non: Non tantum urbanarum ſed & ruſticarum ſervitutum oppignorationem nullam eſſe *arg. l.* 86. *V. S. l.* 20. §. 5. *S. P. U. l.* 11. §. *ult. pign.* Bockelmann. *ff. commun. prædior. in fin.* Vinn. 1. *ſel. quæſt.* 32 Conf. Muller. *ad Struv. ff. de pignorib. & hypoth. theſ.* 18. Lang. *ff.* 13. *theſ.*

5. Litima tamen *per l. 12. de pignor. & hyp.* de qua dixi *Jul. Paul.* §. 20. Add. *l. 12. h.* qua fundatur illud tritum: ſicut canis ſequitur leporem, ita ſervitutem ſequi prædium, eique adhærere ſicuti nebulam ſuper palude. Bald. *ad l. ſ. C. ubi & ap. quem.* conf. *l. 86. V. S.* Et illud Communibus liceat accenſere, quod Servitutes hæ in eo amice inter ſe conſpirent; dum ſpecies ſuas ex una in alteram claſſem ſinunt tranſire, ut quæ Urbana regulariter eſt, fiat Ruſtica, & quæ ordinario Ruſtica, evadat Urbana: quin & quæ Rerum eſt, Perſonarum conſtituatur. 2. *aph.* 59. & *Adm.* §. 89. *ſupr.*

TIT. V.

Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

§. 103. Eſt adhuc juxta Rubricas ff. unum alterumque commune, veluti (1.) quod de utraque detur duplex actio, una Confeſſoria, altera Negatoria quæ & Negativa. §. 2. *I. de. act.* & Contraria *l. 8. ſi ſerv. vind. vid.* 4. *Aphor.* 42. & 43. Add. *Admon. part.* 6. §. 109. 111. & 112.

TIT.

TIT. VI.

Quemadmodum ſervitutes amittantur.

§. 104. Item (2.) Quod utraque & Urbana & Ruſtica iisdem modis extinguatur. Dixi 2. *Aporiſm*. 59.

§. 105. Quoad prius addo: Actionem Negatoriam fundari libertate: eamque probandam eſſe ſi adverſarius eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis non vitioſa *l*. 8. §. 3. *ſi ſerv. vind. l*. 14. *de prob.* alias non. *arg*. §. 1. *d. jur. perſonar. junct. l*. 22 *de prob.* vid. *Part*. 4. §. 71. *infr.* & Frantzk. *ff. ſi uſuſf. petat. num*. 7. Lauterb. 18. *concluſ. forenſ.* 10. *& in Compend. p*. 140.

§. 106. Quoad poſterius: Amitti etiam Servitutes propter non uſum longi temporis: dummodo in urbanis factum contrarium accedat *l*. 6. *ff. de S. V. P.* favore habitationis, forte & ſplendoris urbis. *l*. 2. *C. ædif. priv.* Lauterb. *compend. ff. d. t. in fin.* Bockelm. *ff. d. t. in f.* Mæſtert. *tract. illuſtr. pag*. 272. Et in urbanis tamen & ruſticis duplicatur tempus ſi ſervitutis uſus per intervalla menſium vel annorum competat *l. f. C. ſerv. l*. 7. *ff. quemadmod. ſervit. amit.* Lauterbach. *ff. d. t.* quæ duplicatio ad ſolum decennium reſtringitur a Frantzk. *ff. d. t. num*. 34. Berger. *ff. d. t. in addit.* Struv. *ff. eod. theſ.* 56.

56. Sed perperam. Paulus enim in *d. l. 7. quemadm. ſerv. amitt.* duplici ratione utitur & cur duplicatio obtineat & cur ceſſet: illic, quod uti non potuit quis: hic, quod cotidiana ſit ſervitus. At utraque & ad illud longius tempus pertingit.

LIBER NONUS.

TIT. I.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

§. 107. Sequitur damnum (*v. §. 46. ſupra*) ex alterius delicto vel quaſi nobis illatum. Hujus ratione variæ dantur actiones: & hoc quidem libro Nono quatuor: veluti (1.) Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. (2.) Ex Lege Aquilia. (3.) Actio de Dejectis & Effuſis. (4.) Actiones Noxales.

§. 108. Actio Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, datur ei cujus intereſt adverſus dominum quadrupedis, de damno dato, ad hoc ut litis æſtimationem dominus præſtet: niſi animal quod nocuit noxæ dedat. Hoc tamen poſterius, habet dominus ab ipſa lege *l. 6. §. 1. de re judic.* ergo etſi judex in æſtimationem con-

condemnaverit. Ratio §. 2. *l. nox. act.* vult adhuc hodie eamdedendi facultatẽ competere debere.

§. 109. Si animal bipes, aut quodcunque genitali feritate, noceat, tum quoque hæc actio competit, ſed ut ex Legis mente, adeoque utilis. Etſi enim Lex XII. Tabular. & de bruto quod contra naturam generis ſui nocuit, expreſſis verbis loquatur, & de quadrupede, eadem tamen ipſi mens fuit, ſi bipes (vid. *l. p. h. & ibi Gloſſ.*) damnum dederit: quin & ſi beſtia quæ naturaliter fera eſt, per genitalem feritatem ſuam nocuerit in dominio alicujus exiſtens §. 1. *I. h. t. junct. pr. I. d. t. l.* 1. §. 10. *h.* ratio, quod in feris beſtiis domini culpa major ſit, quam in manſuetis. Dixi 1. *Siciliment.* 21. & 4. *Aphoriſm.* 70. add. Zoeſ. *ff. ſi quadr. num.* 5. Vinn. *ad §.* 1. *I. eod.* Diſſ. Struv. *ff. Si quadr. pauper.* Berger. *reſ. leg. obſt. addit. ad d. t.* Unde & idem in columbis feris, quæ in dominio ſunt, juris erit. Diſſ. Coſtan. *quæſt. jur.* 17.

§ 110. Sed quid ſi beſtia, manſueta etiam, per paſtum pauperiem fecerit? Si fecerit alterius culpa, erit actioni Legis Aquiliæ locus: alias, actioni de paſtu: præter utilem de pauperie *v. l.* 14. §. *f. P. V. l.* 9. §. 1. *ad exh.* Quin & incluſioni ſive pignorationi talis animalis, etiam de Jure Civili *l.* 9 §. 1. *de damn. inf. l.* 39. §. 1. *de L. Aquil.* locum eſſe, cenſemus poſt D. Feltmann. *tr. de incluſion. anim. cap.* 2. §. 14.

ſeqq. Dixi *d. Aphoriſm.* 70. Poteſt & abigere dominus agri tale pecus: ſed, ut ſuum. Ergo ſine damno: forte ſi gravidum ſit. *v. d. l.* 39. §. 1. Vid. Kirchov. *Wend Unmuth.* 1. *n.* 166.

§. 111. Cum hæc actio Noxalis ſit. *pr. I. h. t.* ſequitur & hanc *mixtam* eſſe. Omnis enim actio Noxalis eſt mixta: cum ſit in rem ſcripta. §. 5. *I. de noxal. act. l.* 11. *l.* 12. *l.* 8. *ff. eod.* 4. *aph.* 58. Pacius *iſagog. ad tit. C. de nox. act.* ita quoque ſentit: ſed non docet, quo jure in re, actio hæc fundetur, quatenus in rem eſt. Tu dic: naſci hactenus ex Jure in re innominato: de quo *conf. arg. rubric. C. Ne rei dominic. l.* 21. *C. de SS. Eccleſ. l.* 2. *C. de debitor. civitat.* §. 13. *I. de action. l.* 9. § 8. *l.* 14. §. 3. *&* 5. *quod met. cauſ.* 5. *Feudor.* 13. Conf. quæ dixi *Frideric. I.* §. 10. *&* 11. *& Admonit. part.* 3. §. 24. *& part.* 6. §. *ult.*

TIT. II.

Ad Legem Aquiliam.

§. 112. Actio ex Lege Aquilia eſt actio perſonalis quæ ob damnum injuria a libero homine datum competit ei cujus intereſt contra damnum inferentem ad reparationem damni, aliquando & ad pœnam. vid. §. *ſeq.* 113. Dividitur in Directam & Utilem. Directa ex verbis Legis Aquiliæ datur: cum ſcil. cor-

corpore corpori alieno immediate damnum datum eſt. Utilis ex Legis mente, de damno corpori alieno mediate illato. vid. §. 117. De ceteris, ſed non per corpus damnum dantis, damnis datur actio ſubſidiaria in factum: actione, inquam, Legis Aquiliæ & directa & utili ceſſante. Ergo ex ipſa L. Aquilia hæc in factum actio non datur. Saltem ſeparata eſt a Juſtiniano. *v. §. f. I. h. l. 33. inf. ff. h.*

§. 113. Dixi, aliquando hanc actionem pœnalem eſſe: quo innui, non tantum hanc actionem aliquando in duplum competere, veluti cum quis damnum datum inficiatur: 3. *Aphor.* 150. ſed & aliquando damnum datum reſarciri juxta pretium quo res anno vel menſe proximis valuit plurimi §. 9. *I. h.* prout ſcilicet quis peccavit adverſus Legis Aquiliæ caput primum (quod agit de 1. ſervo aut pecude 2. occiſis) aut tertium, ſecundum enim caput periit & ignoratur. Unde ſimul liquet, hanc actionem non dari contra heredes. Non datur, quatenus eſt pœnalis: quia ex pœna nihil ad eos pervenit: de eo autem ſolo quod heredes ex delicto defuncti lucrati ſunt, tenentur. *l. 5. de calumn. l. un. C. ex delict. defunct.* Unde fluit, nec de ipſo damno extra pœnam conſiderato heredem teneri, cum ex damno qua tali impoſſibile ſit, eum locupletari potuiſſe: de ipſo autem damno conveniri nequit, utpote

per mortem extinćto *l. 5. calumn. l. f. ad L. Jul. maj.* at non-entis nullæ ſunt affećtiones *l. 76. de ſolut.* Quod notabiliter limita: niſi cum damno concurrat furtum ceu acceſſio. Finge: Titius eo propoſito Caji fores effringit, ut eas effringat atque corrumpat, Cajoque damnum creet: quo peraćto, cum recedere vellet, videt quid quod ſibi commodum fore credit, idque aufert. Hoc furtum quod ad rei perſecutionem accenſebitur damno, ceu hujus acceſſorium, cum principale propoſitum fuerit, non furari, ſed nocere: ergo & ipſum hoc furtum perſequetur Cajus aćtione Legis Aquiliæ, tenebiturque Titii heres in quantum ad eum pervenit: veluti juris eſt in omni crimine per mortem extinćto. vide *l. 23. §. 8. ad L. Aquil. junćt. l. 53. pr. de furt. d. l 5.*

§. 114. Porro controvertitur, 1. an libero homine occiſo, heredes ejus atque vidua de damno (quoad operas & lucrum quibus heredes & vidua nunc carent) contra occiſorem rećte agere valeant? Aff. *§. f. I. h. l. 33. f. h.* nempe *ſec. §. 112. fin. ſupr.* ut ita non obſtent *l. 15. §. 1. l. 16. l. 76. h. t. cum ſimilib.* Quouſque autem quis præſumatur vićturus, ex *l. f. C. SS. Eccl.* decidi nequit. *Add. Admon. 5. §. 107. l. 68. L. Falc.* Quæritur 2. an provocanti vulnerato detur aćtio ad expenſas & id quod intereſt? Neg. *l. 30. §. f. h. l. 12. §. 1. furt. arg. l. 203. R. J.* Non obſt.

l. 5.

l. 5.*pr.h.* quia non agit de provocante. Lauterbach. *d.p.* 143. &ibi Berger. *quaſt.* 2. Item 3. an culpa meræ omiſſionis locum faciat actioni ex L. Aquilia? Neg. *l.* 13. §. 2. *uſufr. l.* 7. §. 2. *l.* 8. *l.* 27. §. 9. *l.* 45. *h.* niſi quis ad factum tenebatur *l.* 29 §. *p.h.* Vinn. 1. *qq.* 33. add. Maſurius Labio id eſt Dn. G. B. Ramus Eq. & Conſ. Sax. *homic. excuſ. c.* 37. Item 4. an JCti imperitiam vindicet Lex Aquilia? Neg. §. *ult. I. h. v.* §. 112. *fin. &* 4. *Aphoriſm.* 29. Diſſ. Treutl. 1. *diſputat.* 19. *th.* 8. *lit. d.* Nec non 5. an libero homine vulnerato deformitatis & doloris æſtimatio aut ratio habeatur? Neg. §. *f. I. contrah. emt. l.* 1. §. 5. *d. h. q. effud. l.* 3. *ſi quad.* §. 1. *f. I. obl. q. q. ex del.* Berlich. 5. *concl.* 70. *num.* 30. Gilhauſen. *arb. crim. cap.* 2. *tit.* 33. *num.* 7. *inf.* Gail. 2. *de pac. publ.* 2. *num.* 19. Bocer. *d. diſputat.* 2. *num.* 35. ubi ait, heic errare indoctos rabulas forenſes. Vid. tamen Ant. Matthæ. *de criminib. libr.* 47. *tit.* 3. *c. n.* 4. ut ſcil. aliud moribus ſervetur. Sed vid. *l.* 31. §. *qui mancipia. ff. de ædil. edict.* Plane Virgines ſi cicatricibus facies deturpata ſit, actione in factum recte agent. *arg.* §. 1. *fin. I. de obl. q. q. ex del. naſc.* Dixi *de Jure Virgin.* §. 61. add. A. Matth. *d. n.* 4.

§. 115. Adhuc liceat quærere: (1.) An lethaliter aliquem vulnerans, altero eundem occidente, de homicidio teneatur? Affirm. ſi vul-

vulnus *neceſſario* lethale ſit *l.* 11. §. 3. *l.* 15. §. 1. *l.* 51. *pr. h.* Struv. *evolut. ff. ad L. Aquil.* Matth. *d. crimin. lib.* 48 *t.* 5. *c.* 3. *n.* 19. Alii aliter. Clar. 5. *ſent* §. *homicidium. num.* 36. Menoch. 2. *arb. jud.* 4. *caſ.* 362. *num* 7. Covarruv. *relect. clement. ſi furioſus* §. 2. *p.* 2. *num.* 4. Ceterum an ſit lethale, judicabunt medici. *arg. c.* 4 *x. d. probat.* Ant Matth. *de probat. cap.* 1. *num.* 60. *ſeqq.* (2.) An lege Aquilia teneatur qui juſto metu ductus, avertendi incendii cauſa ædes alterius deſtruxit? Neg. ſi quidem incendium ad ædes pervenerit. *l.* 49. §. 1. *h.* Opp. *l.* 7. §. 4. *qu. vi aut clam.* Reſp. non agit de L. Aquilia: quæ quandoque pœnalis eſt. add. *Adm. VI.* 249. Treutl. 1. *diſput.* 18. *th.* 8. Diſſ. Scotan. *diſputat.* 18, *theſ.* 7. (3.) An incendio orto quod vicinas etiam ædes corripuit, probandum ſit, incendium culpa certæ perſonæ, quam vicinus cujus ædes incendio abſumtæ ſunt convenire vult, exortum eſſe? Aff. *l.* 51. *pro ſoc. N. O. l.* 3. §. 1. *off. pr. vig.* Treutler. *ff. d. loc. lit. c.* Diſſent. Vinn. *d. quæſt.* 33. Fachin. 1. *controverſ.* 87. (4.) An ex Lege Aquilia duæ tantum actiones an vero tres oriantur? Aff. prius. Vid. 4. *Aphor.* 16. (5.) An quis ex Lege Aquilia teneatur ratione damni culpa dati ſi ab hac, natura contractus eum abſolvat? Neg. cum culpa ſit omiſſio diligentiæ *debitæ.* Nec obſtat *l.* 44. *h.* ubi enim leges a culpa aliquem abſolvunt, culpa agnoſci nequit

TIT.

TIT. III.

De his qui effuderint vel dejecerint.

§. 116. Sequitur Damnum (*v.* §. 108. *ſupr.*) ex dejectione & effuſione natum. ita tamen ut h. t. ſimul agatur de periculoſe poſitis vel ſuſpenſis *l.* 5. §. 6. *h. t.* Dixi *ad Inſtitut. libr.* 4. *Aphoriſm.* 30. & Admon. VII. 78. Adde: aureos iſtos 50. de quibus *l.* 1. §. 5. *h.* non eſſe æſtimationem liberi corporis utpote quod æſtimationem non recipit. *l.* 3. *ff. ſi quadr.* ſed poenam nocentis.

TIT. IV.

De noxalibus actionibus.

§. 117. Reſtant (*vid.* §. 108. *ſupra*) Actiones Noxales, de quibus vide §. 111. *ſupr.* & latius *ad Inſtitut. Aphoriſm.* 69. *& ſeq. libro* 4.

LIBER DECIMUS.

TIT. I.

Finium regundorum.

§. 118. Quarto (*jung.* § 47. *ſupra*) videamus de Actionibus ex Jure in re & Jure

Jure ad rem Mixtis. Harum libro decimo ff. proponuntur quatuor. 1. Finium regundorum. 2. Familiæ erciſcundæ. 3. Communi dividundo. 4. Ad exhibendum.

§. 119. Finium regundorum actio datur inter eos qui confines habent agros, ſed contuſos, ad hoc, ut fines rite diſcernantur & declarentur, & quod alterum alteri eo nomine præſtare oportet, præſtetur. Dixi 4. *Aphoriſm.* 60.

§. 120. Hic colloco (1.) Judicem aliquando partem alterius agro poſſe detrahere, alterique pecuniam ſoluturo adjudicare §. *pen. I. de off. jud.* (2.) Finium regundorum actionem mixtam eſſe & eo ſenſu quem indicavi *d. aph.* 60 & altero de quo ſupra h. t. §. 118. §. 20. *I. de act.* Opp. *l.* 1. *h. t.* Reſp. 1. innuit eſſe mixtam. Eſt ergo pro nobis. *Conf. rubric. ff. pro emtore.* Reſp. 2. Aliquando eſt mere perſonalis, finibus ſc. jam diſcretis. (3.) Eandem actionem longiſſimo temre præſcribi, non dubitamus. *l. f. C. h.* Nec obſtat *l. p. C h.* nec enim agit de præſcriptione temporis, ſed Legis Maniliæ quæ quinque pedum ſpatium olim inter agos præfigebat. (4.) Eidem eſſe locum utiliter etiam quoad prædia urbana, reſpectu ex. gr. hortorum contiguorum, *l.* 4. §. 10. *h.* dixi 1. *Sicilimentsr.* 23.

TIT.

TIT. II.

Familiæ erciſcundæ.

§. 121. Actio familiæ erciſcundæ eſt quæ datur coheredi adverſus coheredem de hereditate dividenda & præſtationibus perſonalibus. Datur ergo ad duo. Ex duplici quippe fonte pullulans. Hinc & *mixta* eſt. Eximuntur tamen ab objecto priori, obligationes. *l. 6. C. h. l. 25. §. 9. ſeq. ff. h.* A poſteriori, ſumtus in ſtudia filiorum erogati *l. 50. h.* & donationes ſimplices *l. 18. C. h.* cui obſtare putatur *l. 13. C. de collat.* Lepidum eſt quod de conciliatione harum legum proponit N. a Salis *ſicil. ad d. l. l. 18. Ferunt* (inquit) *leonem inter bruta ferociſſimum ac plane indomitum, ſerto capiti ejus impoſito, uſque adeo manſueſcere, ut tenui filo a quocumque & quocunque ducatur. Idem venire puto in hac antinomia.* Miſſis illis quæ idem ad d. l. 13. & d. l. 18. collegit, impono huic leoni ſertum legale *ex l. pen. C. de collationib. junct. l. 26 & 28. ff. de legib. §. p. I. de L. Aquil.* ut ſcilicet dicta l. 13. capiatur cum ſupplemento, ſi & reliqui liberi accepta conferant. Adde ſis *Part. 6. §. 21. ſeqq.* Quod autem hereditas hic *familiâ* voce exprimatur, videtur ex eo reliquum quod olim hereditas *vivi* emebatur §. 1. *I. de teſtam.* at viventis non eſt hereditas *l. 1. her. vend.*

Jure ad rem Mixtis. Harum libro decimo ff. proponuntur quatuor. 1. Finium regundorum. 2. Familiæ erciſcundæ. 3. Communi dividundo. 4. Ad exhibendum.

§. 119. Finium regundorum actio datur inter eos qui confines habent agros, ſed confuſos, ad hoc, ut fines rite diſcernantur & declarentur, & quod alterum alteri eo nomine præſtare oportet, præſtetur. Dixi 4. *Aphoriſm.* 60.

§. 120. Hic colloco (1.) Judicem aliquando partem alterius agro poſſe detrahere, alterique pecuniam ſoluturo adjudicare §. *pen. I. de off. jud.* (2.) Finium regundorum actionem mixtam eſſe & eo ſenſu quem indicavi *d. aph.* 60 & altero de quo ſupra h. t. §. 118. §. 20. *I. de act.* Opp. *l.* 1. *h. t.* Reſp. 1. innuit eſſe mixtam. Eſt ergo pro nobis. *Conf. rubric. ff. pro emtore.* Reſp. 2. Aliquando eſt mere perſonalis, finibus ſc. jam diſcretis. (3.) Eandem actionem longiſſimo temre præſcribi, non dubitamus. *l. f. C. h.* Nec obſtat *l. p. C h.* nec enim agit de præſcriptione temporis, ſed Legis Maniliæ quæ quinque pedum ſpatium olim inter agos præfigebat. (4.) Eidem eſſe locum utiliter etiam quoad prædia urbana, reſpectu ex. gr. hortorum contiguorum, *l.* 4. §. 10. *h.* dixi 1. *Sicilimentsr.* 23.

TIT.

TIT. II.

Familiæ erciſcundæ.

§. 121. Actio familiæ erciſcundæ eſt quæ datur coheredi adverſus coheredem de hereditate dividenda & præſtationibus perſonalibus. Datur ergo ad duo. Ex duplici quippe fonte pullulans. Hinc & *mixta* eſt. Eximuntur tamen ab objecto priori, obligationes. *l. 6. C. h. l.* 25. §. 9. *ſeq. ff. h.* A poſteriori, ſumtus in ſtudia filiorum erogati *l.* 50. *h.* & donationes ſimplices *l.* 18. *C. h.* cui obſtare putatur *l.* 13. *C. de collat.* Lepidum eſt quod de conciliatione harum legum proponit N. a Salis *ſicil. ad d. l. l.* 18. *Ferunt* (inquit) *leonem inter bruta ferociſſimum ac plane indomitum, ſerto capiti ejus impoſito, uſque adeo manſueſcere, ut tenui filo a quocumque & quocunque ducatur. Idem evenire puto in hac antinomia.* Miſſis illis quæ idem ad d. l. 13. & d. l. 18. collegit, impono huic leoni ſertum legale *ex l. pen. C. de collationib. junct. l* 26 *&* 28. *ff. de legib.* §. *p. I. de L. Aquil.* ut ſcilicet dicta l. 13. capiatur cum ſupplemento, ſi & reliqui liberi accepta conferant. Adde ſis *Part. 6.* §. 21. *ſeqq.* Quod autem hereditas hic *familiæ* voce exprimatur, videtur ex eo reliquum quod olim hereditas *vivi* emebatur §. 1. *I. de teſtam.* at viventis non eſt hereditas *l.* 1. *her.*

vend

vend. ut familiæ involucro debuerit tegi. De *erciſcere* pro *dividere*, v. Steph. Morin. *diſſertat.* 5.

§. 122. Hic quæritur (1.) an diviſio familiæ id eſt hereditatis debeat fieri per fratrem natu majorem, conceſſa optione fratri minori? Reſp. Neg. §. 4. *I. offic. jud. l.* 25. §. 8. *ædil. edict.* Nec obſt. *c.* 1. *x. paroch. Geneſ. c.* 13. nec enim de familia erciſcunda loquuntur. Præterea d. Gen. c. 13. Abrahamus fratris ſui filio Lotho electionem per modeſtiam obtulit. Vinn. 1. *ſelectar. quæſt.* 35. (2.) An familiæ erciſcundæ judicio inſtituto quis alterum coheredem fateatur? Aff. *l.* 1. §. 1. *l.* 5. §. 1. *l.* 36. *h.* Opp. *l.* 3. *h.* Dic: non confitetur *plene.* Sed hactenus, ut onus probandi in ſe derivet, niſi res ſit judicata *d. l.* 36. Alii DD. in d. l. 37. delent *non*: quia non eſt in Baſilicis Ridicule. *l. f jurifd.* (3.) An in hereditatis diviſione locus ſit condictioni ex *L.* 2. *C. de reſcindend. vendit*? Aff. *arg.* §. 28. *I. act. junct. l.* 1. *C. comm. utr. jud. l.* 3. *inf. C. eod.* Bronch. 2. *aſſ.* 12. Diſſ. Hunn. *reſol jur. civ. lib.* 3. *tr.* 7. *p.* 1. *q.* 12. Sed an eidem condictioni etiam (4.) locus ſit ſi diviſio ſit facta per ſententiam quæ tranſiit in rem judicatam? Neg. *l.* 25. *ſtat. hom. l.* 36. *fam. erc.* Nec obſt. *l.* 6. *C. Unde vi.* cum enim res judicata pro veritate habeatur, non poteſt eſſe iniqua. Diſſ. Scotan. *ad ff. th.* 27. *th.* 24. (5.) An diviſio privata coheredum auctoritate facta,

re-

reſcindi poſſit etſi læſio ultra dimidium non adſit, per condictionem ex *l.* 3. *C. commun. utriusq. judic.*? Affirm. *arg. l. un. C. err. calc.* Perez *C. d. t. num.* 5. Tulden. *ibid. n.* 1. Diſſ. Wiſſenbach. 1. *ff. diſputat.* 22. *theſ.* 24. eo quod ratio d. l. 3. ſit generalis: ſed reſp. diſt. inter inæqualitatem in genere & in ſpecie reſpectu ſubjectæ materiæ. Utique & d. l. 2. & d. l. 3. locus eſt, etſi (6.) diviſio per traditionem jam adimpleta. Brunnem. *ad d. l.* 3. aut ſorte ſit facta. tum quia d. l. 2. & d. l. 3. non diſtinguunt, tum quia diviſiones ſolent per ſortem fieri *l.* 2. *C. quand. & qu. quart.* at de ſolitis feruntur leges *l* 3. *de legib.* Etſi enim ſors contineat emtionem ſpei *l.* 8. §. 1. *de contr. emt.* in diviſione tamen non ſpectatur ſpes, ſed æqualitas. Struv. *ff. exercit.* 10. *theſ.* 16. *f.* Quær. (7.) An actio familiæ erciſcundæ locum habeat ſi teſtator diviſionem in perpetuum prohibuit? Aff. *arg. l.* 77. §. 20 *leg.* 2. quoniam ſc. communio, mater eſt diſcordiarum, quam ſedari oportet, maxime inter propinquos. Nec obloquitur §. *pen. I. de fid. her.* cum fideicommiſſum non inpediat diviſionem. Quin & (8) dictam actionem recte intentari, etſi pacto de perpetua communione retinenda, acceſſerit juramentum, vult. *l.* 3. *de jur.* Alexander 2. *conſil.* 18. ſecus de Jure Canonico *arg. c.* 28. *x. d. t.* Gutier. *de juram. p.* 1. *c.* 5. 8. *n.* 13. & 19. Quæritur (9.) an coheres coheredi evictio-

 nem

nem præſtare teneatur ſi ipſe teſtator diviſionem fecerit? Aff. *l.* 14. *C. h. l.* 77. § 8. *leg.* 2. Poteſt equidem ex. gr. pater prælegare alterique filio præ altero quid donare, ſed id in dubio non præſumitur. Si de eo conſtet: ſecus eſt. Struv. *ff. exercitat.* 15. *theſ.* 12. Sed an (10.) coheres hoc caſu contra coheredem pro evictione habebit ſolam exceptionem, an autem & actionem? Aff. poſterius *d. l.* 77. § 8. nam & quaſi contractus pariunt actionem *pr.* & §. 5. *I. de obl. quæ q. ex. contr.* Diſſ. Brunnem. *ad d. l.* 77. §. 8. (11.) Etiam fideicommiſſariis univerſalibus, familiæ erciſcundæ actionem dari, probatur per *l.* 24. *C. f. h. t.* vid. Textor. 1. *diſputat.* 29. Etſi aliter dictam l. 24. explicent Vinn. 2. *quæſt.* 22. Huſman. *paradox.* 20. Pac. 6. *enantioph.* 51. Rebhahn. 5. *paralip.* 9.

TIT. III.

Communi dividundo.

§. 123 *Tertia* actio mixta eſt Communi dividundo quæ datur ei qui rem ſingularem ex quacunque juſta cauſa cum alio communem habet adverſus ſocium ſive eum cum quo ei res communis eſt, de eadem re dividenda & de præſtationibus perſonalibus.

§. 124. Inter alia quæritur (1.) an præſcriptio obſtet, quominus rem communem poſſiden-

dentes ſi eam ita ultra triginta annos poſſederint, actione communi dividundo agere poſſint? Neg. quia defuit animus ſibi acquirendi. Poſſeſſa enim eſt res ut *communis*. Quod ſi ergo unus eam poſſederit ut ſuam, 30. annorum præſcriptio obtinebit *l.* 11. §. 1. *C. de ann. exc.* vid. 4. *aph.* 81. Struv. *ff. d. t. th.* 22. Diſſ. Vultej. 1. *conſil.* 22. *num.* 28. (2.) An negotium diviſionis ſit tranſactionis ſpecies? Neg. quia deeſt res incerta. vid. *Part.* 1. §. 158. Diſſ. Pruckm. *vol* 1. *conſil.* 6. & *conſil.* 50. Sed eſt permutatio vel emtio. *l.* 1. *C. comm. utr. judic l.* 20. §. 3. *f. fam. erc.* Lauterb. *diſputat. de condominio theſ.* 50. Sichard, & Brunneman. *ad l.* 1. *C. commun. utriusq. jud.* Unde ſequitur, obtinere hic remedium *Legis* 2. *C. de reſcind. vend.* cum & hæc & illa ſit bonæ fidei *vid. l.* 2. *junct. l.* 5. *C. d. reſc. vend. Admon. part.* 3. §. 105. Sed & (4.) remedium ex *l.* 3. *C. comm. utr. jud.* de quo §. 122. *n.* 5. huc pertinet. Nunc utrobique teneſis admonitorium Berberini 2. *viator. jur.* 10. *n.* 18. in electione ejus, contra quem intentatur remedium rediviſionis, eſſe, ſupplere in pecunia pretium deceptionis ſive læſionis: habet enim diviſio vim emtionis *l.* 1. *C. commun. utr. judic.* (4.) An actio communi dividundo (idem eſt quoad actionem familiæ erciſcundæ) cum negotiorum geſtorum actione ex eadem cauſa concurrat? Diſt. inter negotium dividuum & indi-

viduum. Ut quoad iſtud, detur actio negotiorum geſtorum: quoad hoc autem, communi dividundo, aut familiæ erciſcundæ. Uſus diſputationis eſt in præſtatione culpæ. Illic, leviſſimæ: Hic, levis. *v. l. 6. §.* 2. *h. l.* 18. §. *f. ff. l.* 18. §. 1. *C. famil. erc. l.* 3. *C. neg. geſt.* Bronchorſt. 2. *aſſert.* 13. Vinn. 1. *quæſt.* 37. (5.) An recte inter actionem pro ſocio & communi dividundo ea ſtatuatur differentia, quod illa mere perſonalis ſit, hæc mixta? Affirm. §. 20. *I. de actionib.* Cum ergo ſit mixta, ſequitur, eſſe pro parte perſonalem *l.* 1. §. 1. *C. ann. exc.* adeoque actioni quæ pure in rem eſt, recte opponi *l.* 3. *C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp præſcr.* Eckold *ff. comm. div.* §. 3. Diſſ. Schwend. *ibid. in not.* Aſt contra (6.) illam differentiam quod actio comm. div. ſola ad diviſionem rei communis detur: pro ſocio autem, non: repudiamus. *l.* 1. *l.* 38. §. 1. *h.* nam & adjudicationem actio pro ſocio habet, ſi ea ante communi dividundo actionem agatur *l.* 43. *pro ſoc.* Schwenden. *d. loc.* Riemer 11. *qq. illuſtr.* 5. Diſſ. Vinn. 1. *quæſt. ſel.* 36. (7.) Communibus utriusque judicii & famil. erc. & commun. div. quorum nonnulla jam vidimus, connumerandum eſt, quod in re communi potior ſit conditio prohibentis. *l. Sabinus.* 28. *ff. comm. div. l. Quidam Hiberus.* 13. *ff. de S. P. U.* quod limitandum, niſi alter urgeat uſum ad quem res illa communis deſtinata eſt *l.* 12. *h. t.* §. 9. *I. de R.*

D.

D. d l. 13. §. 1. Gothofred. *ad d. l.* 12. Thomaſ. *ad Huber. ff. h. t.*

TIT. IV.

Ad exhibendum.

§. 125. **Q***uarto:* Actio ad exhibendum eſt actio ex quaſi contractu perſonalis qua is cujus peculiariter intereſt, agit contra detentorem ut res exhibeatur id eſt rei actori in publico poteſtas fiat ad hoc ut principali actione experiundi ſit copia. vid. ad *l.* 4. *aph.* 61. Addantur tamen & hæc.

§. 126. (1.) Hæc actio eſt mixta *arg. l.* 3. §. 3. *junct.* §. *f. & l.* 4. *h. t. junct. pr. I. de obl. q. q. ex cont. naſc.* Adeoque Nativa, non Dativa, Vid. *de Jure Virginum* §. 33. & *Admonitor. infra. part.* 6. §. 188. (2.) Actio hæc non datur cuilibet, ſed ei ſoli cujus intereſt: de quo judex cognoſcit ſummatim. Et quidem ut interſit *peculiariter*: quod hoc loco explicari debet, reſpectu *patrimonii*, nam & hoc aliquando *peculii* voce venit *l.* 16. *pr. ad Trebell. conf. l.* 79. §. 1. *de legat.* 3. Nunc vide ſis *l.* 3. §. 9. *&* 10. *l.* 13. *l.* 19. *h. t.* (3.) Dicto aphoriſm. 61. ubi de *Actione Ad exhibendum* loquor, ſcripſi ſequentia: *In hac actione actor omnia noſſe debet & dicere argumenta ſive ſigna rei de qua agitur. l.* 3. *pr. ad exhibend. Vid Johaan*

hann. Pauli narrat. pag. 65. *ſeq. & El. Reuſner flor. polit. hiſtoric.p. m.* 382. Per laudationem Pauli & Reuſneri, indicare volui, actorem, ſi argumenta rei exhibendæ dicat, debere cautum eſſe, ne alioquin cauſa cadat, qualia exempla memorati Auctores narrant. Cum autem hi aut parum noti aut in paucorum manibus ſint, hiſtoriam unam verbis Reusneri (narratio Pauli eſt Germanicis verbis propoſita) hic exhibeo; Non multum diſſimilem (*inquit*) hiſtoriam recenſet Johannes Paulus, de mercatore Germano, circa annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum ſextum, ad mercatum Francofurtenſem profecto; qui vino madidus, hippoperam, octingentis aureis onuſtam, in itinere amiſerat; hic die feſto pro concione jacturam iſtam proclamari fecit, & indici centum aureos ſe daturum promiſit. Tum faber lignarius, pauper quidem, ſed integræ vitæ, mercatorem adiit, & a ſe repertam hippoperam affirmavit: Lætus mercator certis indiciis ſuam illam eſſe oſtendit. Cumque ea coram teſtibus in medium prolata eſſet, mercator aſtu fabrum circumvenire ſtudens, octingentis aureis numeratis, quinque honorarii cauſa ei obtulit; centum clam ab illo ſuppreſſos dictitans, cum nongenti in hippopera incluſi fuiſſent. Re ad judices delata, cum mercatoris verſutiam perſpicerent, jurejurando utrique delato, cum alter octingentos

tos tantum ſe reperiſſe, alter nongentos ſe amiſiſſe, Deo teſte advocato, profiteretur; decrevere, ut faber octingentos illos ſervaret, quoad is, qui eos amiſiſſet, repeteret; nongentos vero mercator ab eo peteret, qui ſe nongentos reperiſſe aliquando faſſurus eſſet. Et merito. *Jus enim exigit, ſagittas fraudis redire in doloſum verticem ſagittantis*, inquit Caſſiodorus libr. 5. epiſt. & Siracides in Eccleſ. c. 27. *Qui lapidem in ſublime ejaculatur, capiti ſuo periculum accerſit: & qui foveam alteri fodit, in eam ipſe incidet.* Hæc ille. (4.) Præterea ad d. l. 3. pr. teneſis notam Gothofredi (ad verba: *dicere argumenta*) hanc: *ſi ea non ignorat.* §. 7. *d. l.* 3. Si enim ea ignoret, ex cauſa tamen exhibitio debet fieri. *d. l.* 3. §. 7. ut tum actor argumenta diſcat. Forte & id innuit Gloſſator qui in editione Corporis Juris Gloſſati editi Pariſiis 1548. ad marginem d. l. 3. ad vocem *dicere*, adſcripſit, *diſcere. v. l.* 3. § 9. *ſeq. l. p. h.* (5.) Actionis ad exhibendum objectum etiam exhibent res immobiles *l.* 8. *h.* niſi ipſæ per ſe ſatis pateant *l.* 1. *de act. emt.* (6.) Exhibitio debet fieri ſumtibus Actoris. *arg. l.* 61. §. 5. *de furt.* Laur. *comp. pag.* 154. ubi addit: *vid. omnino. l.* 11. §. 1. *h.* ut innuat, aliquando exhibitionem fieri ſumtibus Rei 1. ſi callide in locum abſtruſiorem Reus eam condiderit. 2. quod ad cabaria ſolita.

LIBER UNDECIMUS.

TIT. I.

De interrogationibus in jure faciendis & de interrogatiriis actionibus.

§. 127. Sequuntur appendices illæ de quibus §. 47. ſupra monui. Quinque earum hic habes ad ordinem materiarum præmiſſarum: ita ut ad caput de Judiciis pertineat (1.) Actio interrogatoria cum interrogationibus.

§. 128. Actio interrogatoria eſt actio ex quaſi contractu perſonalis quæ dabatur actori interroganti in jure adverſus reum reſpondentem ad præſtandum id ad quod confitens ſua reſponſione ſeſe adſtrinxit *l.* 4. *pr. l.* 11. §. 1. *h.* Sed hæc jure poſteriore ceſſant, quo nemo (*vid. tamen* §. 39. *Verſ. Unde*) ante judicium de jure ſuo aliquid cogitur reſpondere actori: etſi bene judici, ſed huic non quæritur inde actio *l.* 1 §. 1. *l.* 9. §. 1. *l.* 21. *h.* In criminalibus ſola confeſſio condemnationi locum non facit *l.* 1. §. 17. *de quæſtionib.*

TIT.

TIT. II.

De quibus rebus ad eundem Judicem eatur.

§. 129. Secunda ejusdem capitis de Judiciis notabilis appendix eſt, eſſe res de quibus ad eundem judicem eundum eſt, propter earum videlicet continentiam & connexam indolem. *vid. Part.* 2. §. 16. *&* 22. quæ oritur vel 1. ex generalitate actionis, vel 2. ex ſingulari cognatione juris & facti, vel 3. ex reſpectu præjudicii intervenientis. *v. l. p. & f. ff. nox. act. l.* 10. *C. jud.* Dixi *Man.* 4. *p.* 100. *Add. Adm. VI.* §. 219. *n.* 7.

§. 130. Quæritur (1.) An cauſas connexas malitioſe dividens cauſam amittat & obligatio extinguatur ipſo jure? quod Neg. quia pœnæ arbitrariæ locus eſt. *v. l.* 10. *C. de judic.* vid. 3. *Aphor.* 156. (2.) An forum continentiæ cauſarum etiam locum habeat in criminalibus? Aff. Brunneman. *ad. l.* 10. *C. de judic.* Diſſent. Groenewegen *ad d. tit. ff. h. t. num.* 3. Certe locum habet, quando reus abſolutus eſt & accuſatorem reconvenire vult ſuper expenſis &c. vid. Manz. *ad Conſtit. crim. art.* 12. *n.* 14. *ſeqq.*

TIT. III.

De ſervo corrupto.

§. 131. Tertio: ad caput de Damno ſpectat judicium de Servo corrupto, cum ſcilicet animus moresque ſervi per alterius doloſam perſuaſionem corrupti ſunt. *vid.* 4. *Aphoriſm.* 59. ubi & monui, hanc actionem *utilem* eſſe ex. gr. ratione famulorum, ſi hi vinum convivio deſtinatum epotaverint: quod in nuptiis in Cana Galileæ eos feciſſe, & ob id vinum tam cito defeciſſe, cenſet Concionator Viennenſis P. Abraham. a S. Clara *tract. Reimb. dich. pag.* 21.

TIT. IV.

De Fugitivis.

§. 132. Servi corrupti duas hoc loco nota ſpecies. Primo, cum perſuaſionibus alicujus fugitivus evadit *v. l.* 1. §. 5. *h. t. l.* 225. *V. S.*

TIT. V.

De Aleatoribus.

§. 133. Secundo: cum aleator. Etſi enim alea naturaliter turpis non ſit, *arg.* §. 1. *I. de j. perſon. l.* 21. *C. mand.* §. 40. *I. de rer. div.*

div. eſt tamen Jure Civili. Maxime in ſervis. Aliis gentibus uſitatam eſſe, docet *l. f. C. h.* De priſcis Germanis vide ſis Tacitum *de mor. Germ. c.* 24. De hodiernis Sinenſibus vid. A. Bogaert. *hiſtor. reiſ.* 1. *c.* 13. *pag.* 16. vid. *Manip.* 4. *ad. pag.* 159. *&* 4. *Aphoriſm.* 59. *& Adm. part.* 7. §. 72 *n.* 1.

§. 234. Heic etiam de Sponſionibus tractari ſolet, & quæri an eæ (ſuper rebus honeſtis. *l.* 17. §. *f. V. l.* 26. *V. O.* §. 24. *I. inut. ſtip.*) licitæ ſint? Aff. *arg. l.* 21. *C. mand. l.* 17. §. *f. P. V.* etſi ſint captioſæ (ex. gr. cuculum poſt S. Johannis non clamare aut clamaſſe: tuque intelligas, illum non clamare hæc verba: *poſt S. Johannis*) quas conrra proferentem interpretamur *l* 39. *pact. l.* 7. §. 2. *ſup. legat. l.* 36. *V. O. l.* 5. *C. inut. ſtip.* Huc pertinet & famoſa lex 5. *ff. de nautic. fænor.* de qua vide ſis *Virgin. Florentin. c.* 2. §. 1. *&* 2. *& Adm. part.* 4. §. 66.

TIT. VI.

Si menſor falſum modum dixerit.

§. 135. Quarto (*v.* §. 127. *ſupra*) ad idem caput de Damnis, ſimul tamen & ad finium regundorum, ſpectat factum agrimenſoris falſum modum dicentis. Ubi tum Prætor dat actionem in factum ei cujus interfuit

TIT. III.

De ſervo corrupto.

§. 131. Tertio: ad caput de Damno ſpectat judicium de Servo corrupto, cum ſcilicet animus moresque ſervi per alterius doloſam perſuaſionem corrupti ſunt. *vid.* 4. *Aphoriſm.* 59. ubi & monui, hanc actionem *utilem* eſſe ex. gr. ratione famulorum, ſi hi vinum convivio deſtinatum epotaverint: quod in nuptiis in Cana Galileæ eos feciſſe, & ob id vinum tam cito defeciſſe, cenſet Concionator Viennenſis P. Abraham. a S. Clara *tract. Reimb. dich. pag.* 21.

TIT. IV.

De Fugitivis.

§. 132. Servi corrupti duas hoc loco nota ſpecies. Primo, cum perſuaſionibus alicujus fugitivus evadit *v. l.* 1. §. 5. *h. t. l.* 225. *V. S.*

TIT. V.

De Aleatoribus.

§. 133. Secundo: cum aleator. Etſi enim alea naturaliter turpis non ſit, *arg.* §. 1. *I. de j. perſon. l.* 21. *C. mand.* §. 40. *I. de rer. div.*

div. eſt tamen Jure Civili. Maxime in ſervis. Aliis gentibus uſitatam eſſe, docet *l. f. C. h.* De priſcis Germanis vide ſis Tacitum *de mor. Germ. c.* 24. De hodiernis Sinenſibus vid. A. Bogaert. *hiſtor. reiſ.* 1. *c.* 13. *pag.* 16. vid. *Manip.* 4. *ad. pag.* 159. & 4. *Aphoriſm.* 59. & *Adm. part.* 7. §. 72 *n.* 1.

§. 234. Heic etiam de Sponſionibus tractari ſolet, & quæri an eæ (ſuper rebus honeſtis. *l.* 17. §. *f. V. l.* 26. *V. O.* §. 24. *I. inut. ſtip.*) licitæ ſint? Aff. *arg. l.* 21. *C. mand. l.* 17. §. *f. P. V.* etſi ſint captioſæ (ex. gr. cuculum poſt S. Johannis non clamare aut clamaſſe: tuque intelligas, illum non clamare hæc verba: *poſt S. Johannis*) quas conrra proferentem interpretamur *l* 39. *pact. l.* 7. §. 2. *ſup. legat. l.* 36. *V. O. l.* 5. *C. inut. ſtip.* Huc pertinet & famoſa lex 5. *ff. de nautic. fœnor.* de qua vide ſis *Virgin. Florentin. c.* 2. §. 1. & 2. & *Adm. part.* 4. §. 66.

TIT. VI.

Si menſor falſum modum dixerit.

§. 135. Quarto (*v.* §. 127. *ſupra*) ad idem caput de Damnis, ſimul tamen & ad finium regundorum, ſpectat factum agrimenſoris falſum modum dicentis. Ubi tum Prætor dat actionem in factum ei cujus interfuit

fuit falſum modum renuntiatum non eſſe adverſus menſorem qui dolo malo falſum modum renuntiavit ad præſtandum id quod intereſt. Quod Prætor porrexit ad omnium rerum menſurationes *l. 5. §. f. 6. l. 7. h.*

§. 136. Actionem *ſi menſor falſum modum dixerit*, ex Quaſi contractu deſcendere, ſtatuimus *arg. l. 1. §. 13. inf. depoſ. junct. pr. de obl. q. q. ex c. naſc.* etſi heres menſoris hic non teneatur *l. 3. §. 5. h. t.* quod hic irregulare eſt *l. 49. de O. & A.* vid. §. 1. *verſic. Aliquando tamen. I. de perpet. & temp. act.* Eſt & alterum ſingulare, quod ſcilicet, etſi alias ubi utriuſque contrahentium vertitur utilitas, culpa levis præſtetur, *l. 5. §. 2. commod.* attamen Menſorem non præſtare culpam levem, etſi merces intervenerit, *l. 1. §. 1. h. t.* Celebris etiam hic eſt criſis *ad l. 5. pr. ff. h. t.* Sed quam exploſi *Virgin. Florentin. c. 3. §. 8.*

TIT. VII.

De religioſis & ſumtibus funerum & ut funus ducere liceat.

§. 137. Quinto: ad dictum caput de damnis ſpeciatim tractari meretur de damnis circa res religioſas exortis. Ubi notanda ſequentia remedia quinque. Sextum videbimus *Part. 7. §. 57.*

57. *Primum:* Actio Funeraria: quæ eſt actio ex quaſi contractu utpote cum defuncto *l.* 1. *h.* perſonalis quæ datur ei qui funeris cauſa ſumtus fecit contra eum ad quem ea res pertinet (vid. Mencke *diſp.* 5. *c.* 1. *th.* 11.) ad eos reſtituendos *l.* 2. §. 2. *l.* 14. §. 13. *h.* Quæ actio oritur ex Quaſi Contractu quem funerans cum ipſo defuncto iniit. *l.* 1. *de religios.* Non quod conſenſus in defuncto præſumatur, *arg. l.* 137. §. 2. *de V. O.* ſed fingatur, qualis fictus & alibi in Quaſi Contractibus occurrit, veluti in Tutela infantis pupæ: & manifeſte in Sequeſtro neceſſario. Ex dicto fundamento quaſi contractus cum defuncto, eſt, debere quemlibet funerari de ſuo, ex. gr. uxorem. *v. l.* 13. *C. de Neg. Geſt.* Etiam hoc inde ſequitur, non eſſe funerariam, ipſam negotiorum geſtorum actionem aut ejus ſpeciem: nec enim defuncti negotium eſt ut ipſe ſe ante mortem ſepeliat. Imitatur tamen funeraria actionem Negotiorum geſtorum *l.* 14 §. 9. 11. 13. *h. t.* Non tamen per omnia. Enimvero Funeraria, omni alii credito præponitur. vid. *infra Admon. part.* 6 §. 193. *n.* 1. etſi diſſentiat Irnerius *gloſſ. ad l. pen. ff. h. t.*

§. 138. *Secundum:* Actio in factum, quæ datur domino loci adverſus eum qui in locum purum ſive non religioſum actoris, ſive in eum in quem ei invito actore jus non fuit, hominem mortuũ intulit ad hoc ut tollat quod intulit

lit ad hoc ut tollat quod intulit aut loci pretium præſtet. *l. 2. §. 1. 3. l. 7. h.*

139. *Tertium:* Actio in factum quæ datur ei qui prohibitus eſt mortuum inferre quo ei jus inferendi eſt ad id quanti intereſt prohibitum non eſſe. *l. 8. §. f. l. 9. h.* niſi malit agere remedio tituli ſequentis, de quo *§. ſeq.*

TIT. VIII.

De mortuo inferendo & ſepulchro ædificando.

§. 140. Quartum remedium eſt interdictum Prohibitorium *De mortuo inferendo:* competens illi qui prohibetur mortuum inferre, eum in locum ubi inferendi jus habet, ne hic circa hoc impediatur *l. 1. pr. h.* Intellige, niſi malit prohibitioni obtemperare, & remedio illo Tertio, de quo §. 139. *ſupra*, experiri *l. 8. §. fin. religioſ.*

§. 141. *Quintum* eſt interdictum *De ſepulchro ædificando:* quod adverſus eum qui in loco ubi alter jus ſepeliendi adeoque ſepulcri ædificationem habet, agitur, ut ſepulcrum quiete exſtruatur exorneturve *l. 1. §. 5. 6. h.* Huc pertinent jugiter ardentes lucernæ ſepulchretis olim immiſſæ: quas ad immortalis animæ ſymbola refert Schweling. *men. immortal.* §. 186, Conf. Hoyer. *de jur ſepultur. aph. 6. in fin.* & Zeiler 2. *epi-*

epiſtol. 91. Præterea fiebat illa ſepulcrorum ædificatio & exornatio apud Romanos ea etiam amplitudine & magnificentia, ut & vivi in iis ceu ædificiis ſubterraneis poſſent habitare. *l.* 3. *ſep. viol. l.* 71. §. 2. *de cond. & dem. l.* 44. *man. teſtam.*

§. 142. *A*d Contraria horum quinque plerorumque inter alia pertinet 1. famoſa illa lex Regia de qua *l.* 2. *h. t.* & dixi *de* 7. *Ventris xj.* 3. Pertinent huc 2. delicta ob quæ quis ſepultura aut omni aut honeſta privatur. *v.* 7. *Filior. m.* 7. & *Man.* 4. *ad p.* 163. *Admon.* 7. §. 130. & 133. Pertinet huc 3. præſcriptio *l.* 6. *C. relig. j. l.* 35. *R.* 7. Non autem 4. non uſus: eo quod rariſſime ſepulchro uti contingat *v. l.* 4. *quemad. ſerv. am.* Hoyer. *d. tr. aph.* 7. Pertinet autem huc 5. detentio cadaveris: ſed prohibita *l. f. C. de ſep. violat. Novell.* 60. *c.* 1. vid. Brunneman. *ad d. l. f.* Richter. *ad auth. item qui domum. C. d. t.* ubi admoneo, actionem injuriarum ex tali detentione enatam, dari in duplum *d. auth. d. Nov.* 60. veluti & alterum ſingulare ibidem occurrit, injuriarum actionem ex injuria moribundo debitori eundem moleſtando illata competentem, etiam ad heredes tranſmitti: quod nota ſis *ad* §. 1. *I. de perpet. & temp.*

§. 143. Circa tertium illud quod §. 139. memoravi, quæro, an ad ejus Contraria etiam re-

referri debeat *Mors*? Sume: Titius mortuum ſuum inferre vult in ſuum locum in quem inferendi jus habet: Sed repellitur a Mævio, adeo ut aliud ſepulchrum aureis decem emere neceſſe habuerit. Quæritur: an mortuo Titio, hos decem petere poſſit Titii heres? item, an defuncto Mævio, hi decem peti poſſint a Mevii heredibus? Utrumque negat Lauterbach. *comp. ff. pag.* 164. per *l.* 9. *de religios.* exiſtimans hic exemplum eſſe *legis* 20. *ff. de LL.* utriusque ſcilicet deciſionis rationem dari non poſſe. Verum, ſi maxime concedatur, utramque negativam convenire cum ſenſu JCti *in d. l.* 9. facile tamen fuerit, rationem utrique aſſignare, ſi ſupponas, hoc caſu Mævium Titio re ſua uſuro, injuriam intuliſſe: *l.* 13. §. *ult. de iniur.* aſt injuriarum actio aut ſi qua huic eſt ſimilis, non datur heredi nec contra heredem. §. 1. *I. de perpet. & temp.* Sed quid ſi neutra negaviva menti JC. in *d. l.* 9. conveniat? Quid enim? Subjecta dictæ legi 9. iu fine gemina ratio (ibi: *nam ut apparet, pecuniæ quantitatis ratio in eam deducitur. Certe perpetuo ea inter eos competit*) videtur depoſtulare, JCtum aliorum negantium ſententiam *mirari* reprobando, cum 1. hic non injuriam ſed pecuniariam quantitatem perſequamur, quod inde firmatur 2. quod hæc actio ſit perpetua. *Conf. l.* 13. *pr. de in di. addict.*

A D-

ADMONITORIA
AD
PANDECTARUM
PARTEM TERTIAM.
LIBER XII.
TIT. I.
De Rebus Creditis, ſi certum petatur, & de Condictione.

§. 1.

PArs Pandectarum Tertia agit de *Rebus. l.* 2. §. 4. *C. de V.* 7. *E.* ſubintellige *Creditis. rubr. ff. h. t.* puta, ex *Contractibus l.* 1. *h. t.* Alibi autem ſumitur hæc vox & (1.) latius ut & debitum ex delicto comprehendat *l.* 12. *de V. S.* & (2.) ſtrictius pro debito ex mutuo. *vid.* §. 3. *h.* Ceterum in Parte Tertia ff. rerum creditarum ex contractibus tractatio, tribus principaliter membris conſtat, quorum primum agit de Contractibus qui re ineuntur ſive Realibus, ſecun-

cundum de Contractibus Conſenſualibus, tertium de Contractibus Innominatis. *ut loqui amant.*

§. 2. Contractus Reales appellant illos qui præter conſenſum non tantum rem (quod & in Conſenſualibus Contractibus locum invenit) ſed etiam rei traditionem requirunt. Tales, inter veros & nominatos contractus, ſunt quatuor: 1. Mutuum. 2. Commodatum. 3. Depoſitum. 4. Pignus. Dixi: *inter veros*: Nam ex Quaſi Contractibus hac ratione huc a Juſtiniano refertur & Indebitum §. 1. *I. de oblig. quæ re cont.* Dixi *inter nominatos*: quoniam innominati omnes reales ſunt, utpote qui contractus fieri non poſſunt niſi per rem: dationem inquam vel factum 3, *Aphoriſm.* 71. Add. *infr.* §. 125. Ut inepte Vinnius 2. *partit. jur.* 23. *part.* 3. nominatis Dotem & Donationem propter nuptias connumeret.

§. 3. Mutuum (quod alias etiam *Rerum Creditarum* voce in ſpecie ſumta venit *l.* 2. §. 1. *h.*) eſt contractus quo res pondere, numero, menſurave conſtans ea lege alteri datur ut alia ejusdem naturæ & qualitatis reſtituatur 3. *Aphoriſmo* . 71. *ſeqq.*

§. 4. Cum Mutuum Contractus nominatus ſit, ſequitur, nomini conformem actionem ex eodem competere, quæ eſt Actio Mutui. *l.* 5. *C. quib. non obj. long. temp. præſc.* Verum uti

uti generalis ad omnes obligationes alias pertinens Rerum Creditarum appellatio *l.* 1. *l.* 2. §. 3. *h. l.* 12. *V. S.* ad Mutuum in ſpecie etiam refertur: ita Actio Mutui nonnunquam Actio *Si certum petatur*, *rubr. ff. h. t.* & crebrius *Condictio certi pr. I. quibus modis re contr. oblig.* cognominatur. Ubi ſciendum, *Condictionem* nihil aliud eſſe quam Actionem *perſonalem l.* 25. *de O. & A.* §. 15. *I. de act.* qua ſi *certum* (id eſt, ubi apparet, quid, quale, quantum ſit illud quod petitur *l.* 74. *& ſeqq. V. O.*) petatur, vocatur eadem *Condictio certi.* In ſpecie autem & ſingulariter hæc Actionem *mutui* denotat: generali autem acceptione aliis omnibus in perſonam actionibus certum perſequentibus communis eſt. Heic porro ſuſtinemus (1.) *corporum* mutuo datorum dominium in accipientem tranſire, adeoque *in mutuo* eſſe veram alienationem. *l.* 2. §. 2. *h.* §. 2. *I. quib. alien. lic. pr. I. quibus mod. re contr. oblig. junct. l.* 1. *C. fund. dot.* Ne obſtant *l.* 55. *ſolut. l.* 213. §. 1. *V. S.* illa enim loquitur de nummis qui recipiuntur *iisdem*: at in mutuo *alii* reſtituuntur. Hæc autem non agit de *dominio*, ſed de ære noſtro, id eſt, obligatione. add. 3. *Aphoriſm.* 75. (2.) Mutuum non eſſe ſi quis ab initio contrahat ut eadem ſpecies quam debitor accepit, ab eodem reddatur *l.* 55. *ſolut. l.* 1. *C. fund. dot. l.* 2. *pr. h. arg. l.* 1. §.

13. *f. depoſ.* vid. Moller. 3. *ſemeſtr.* 1. (3.) Manere tamen mutuum ſi debitor eosdem nummos quos accepit, forte iisdem non indigens, creditori poſtea reddat *l.* 2. §. 1. *h. arg. d. l.* 1. §. 13. Moller *d. loc.* Treutl. 1. *ff. diſput.* 20. *theſ.* 1. *lit. g.* Arum. 12. *ad Inſt.* 6. (4) Reddi poſſe mutuum in alia materia, modo reddatur quantitas ejusdem bonitatis & qualitatis *pr. I. h. l.* 94. §. 1. *l.* 99 *de ſolution. l.* 2. § 1. *l.* 3. *h. l.* 1. *ff. de contr. emt.* Vid. Struv. *ff. exercit.* 16. *theſ.* 27. Fachin. 2. *controverſ.* 50. Carpzov. 2. *conſtit.* 29 *defin.* 2. Berlich. 2. *concluſ.* 36. (5.) Valore pecuniæ creditæ mutato, contractus tempus attendi debere ſive mutatio in extrinſeca ſive in intrinſeca bonitate contigerit. *l.* 3. *h. pr. I. h. l.* 96. *contr. emt.* vid. Aleman. *palaſtr. conſult.* 8. Zanger. *de except. n.* 3. *c.* 1. *num.* 78. Carpzov. 2. *conſtitut.* 28. *defin.* 4. & 5. Bockelm. *ff. h. t.* §. 12. *in fin.* A. Matthæ. *diſput. extr.* 5. *th.* 8. *ſeq.* Covarruv. *pract. quaeſt. tr. veter. numiſm. c.* 7. Diſſent Fachin. 2. *controverſ.* 9. & 11. *controv.* 62. Vinnius & hic (alibi idem apparet. *v. notata de Jure Virgin.* §. 65.) inconſtans eſt. Vid. Ejusdem *Partit. libr.* 2. *c.* 23. *in fin. & ad pr. I. quib. mod. re contr. obl. n.* 12. qui ſimul & calculum non recte ponit in exemplo centum aureorum quorum ſinguli tempore contractus valebant aſſes quinquaginta, aſt tempore ſolutionis, quinque & quinquaginta: exiſtimans tum aureos

ſufficere reddi nonaginta, cum addere debuiſſet quinquaginta aſſes. Aliud exemplum habes apud Beyer, *Volckm. emend. part.* 1. *c.* 33. Loſe *diſp. inaug. c.* 5. (6.) Gregem non conſtituere objectum mutui ſive ut gregem ſive ut ſingula corpora conſideres: quia non eſt par bonitas aut quantitas *l.* 2. §. 1. *h*, *l.* 68. §. *f. l.* 69. *uſufr.* Grex numero non *conſtat.*: etſi numerum *habeat. l.* 35. §. 5. 6. *contrah. emt.* Struv. & Muller. *ff. de reb. credit. thes.* 14. (7.) Si quis decem det ut recipiat undecim, non naſci ultra decem obligationem, & nummum excedentem nec tanquam donatum, nec ut uſuram peti poſſe. quia talis non fuit contrahentium intentio *vid. l.* 11. §. *h. l.* 17. *pact. l.* 19. *pr. h.* Treutl. 1. *diſputat.* 20. *th.* 2. *lit. a.* & 2. *diſput.* 3. *lit. b* (8.) Mutuum fieri, ſi convenerit ut pecunia numerata quam mihi ex alia cauſa debes, mutui nunc nomine retineas. *l.* 15. *h.* ſecus eſt quoad alias quantitates *l.* 34. *mand.* Vid. Sicilim. noſtr. *Manip.* 1. *num.* 28. niſi malis d. l. 15. accipere de præſentibus: cum *d. l* 34. agat de epiſtola. vid. Bronch. 2 *aſſert.* 15. Vinn. 1. *qq. ſelectar.* 40. Pac. 3. *enatiophan.* 66. Admoneo tamen ex Frantzkio 2. *reſolut.* 10. *n.* 67. *ſeqq.* limitanda hæc eſſe quoad debita uſuraria in ſortem non vertenda fœnebrem. *l.* 28. *C. uſur.* (9.) Ad id ut civitas ex mutuo ab adminiſtratore civitatis nomine accepto obligetur, requiri, ut creditor probet pe-

cuniam in civitatis utilitatem verſam fuiſſe §. 5. *I. quod cum eo. l.* 7. *C. eod. l.* 10. *C. de N. N. P.* at hoc non probari eo quod civitas eo tempore pecunia indiguerit *l.* 27. *h.* quod ſecus in privato navi præpoſito. *l. f. exerc. act.* Piſtor. 1. *quæſt.* 27. Fachin. 2. *controverſ.* 76. (10.) Ipſum adminiſtratorem, ſi probatum non fuerit pecuniam in rem civitatis verſam eſſe, teneri condictione ſine cauſa, ex quaſi contractu *l.* 27. *h. junct. l.* 1. §. 13. *depoſ. l.* 4. *cond. ſine cauſ.* Siciliment. *Manip.* 2. *num.* 50. Nec obſtat *l.* 13. *C. ſi cert. pet.* nam ibi adminiſtrator *proprio* nomine mutuum accepit. Conf. Lauterb. *diſputat ad L.* 27. *ff. ae reb. cred. cap.* 5. § 12. *quam vides tomo* 2. *diſput.* 13. Harprecht. *ad pr. I de obl. q. re contr. num.* 49. Quorum *ille* alternative dat etiam Condictionem cauſa data: *hic*, hanc ſolam. Sed repugnat contrahentium intentio. (11.) Diſpoſitionem legis 27. ff. de reb. credit. (cujus hæc ſunt verba: *Civitas mutui datione obligari poteſt, ſi ad utilitatem ejus pecuniæ verſæ ſunt: alioquin ipſi ſoli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur.*) etiam in aliis contractibus locum habere *l.* 32. *L. Aquil.* vid. Alexander 3. *conſil* 4 *num.* 3. & 8. Accurſius *ad leg.* 1. *C. de vend. reb. civ.* Diff. H. Piſtor. 1. *quæſt.* 37. *num.* 51. Heig. 1. *quæſt* 34. *num.* 8. Alii diſtinguunt inter contractus qui principaliter creditoris, & qui utriuſque concernunt utilitatem.

In

In prioribus ex. gr. depoſito, fidejuſſione: affirmant. Quod ad poſteriores ex. gr. venditionem, locationem: negant. v. Lauterbach. *d. diſput. c. 3. §. 14.* (12.) Condictionem certi ex mutuo non eſſe magis talem re ipſa quam Condictionem certi ex. gr. ex ſtipulatu, aut ex legato, aut ex cauſa furtiva *l. 9. pr. §. 1. §. 3. h.* Nec obſtat *pr. I quib. mod. re contr. obl. in fin.* cum debeat intelligi de Condictione Generali, *§. 1. l. d. t. l. 5. §. 3. de O. & A.*

§. 5. Ceterum ſunt Doctores, qui & *Promutuum* aliquod ſtatuunt. Audiamus Treutlerum *vol. 1. diſp. 22. th. 1. & ſeqq.* *Condictio* (inquit) *indebiti ex Promutuo ad imitationem condictionis ex mutuo introducta, aliquot ſub ſe ſpeciales condictiones continet, quarum prima, Condictio ob cauſam dati: Sequitur Condictio indebiti in ſpecie ita dicta &c.* Sed cum & ſpecies & corpora his Condictionibus petamus, quomodo hic *mutuo* locus eſſe poteſt? Præterea alii Doctores Mutuum dividunt in Verum & Præſumtum. Et huic tum locum faciunt in Litterarum obligatione ſive contractu chirographario. Verum Contractus chirographarius ſive (ſi mavis) Litterarius, ſpecialis contractus eſt & a ceteris ſeparatim conſiſtens, neque magis præſumtum mutuum eſt quam ex. gr: emtio præſumta §. *f. I. de obl. l. 14. C. de N. N. P.* Nec ex eodem Actio *mutui* aut condi-

ctio certi ex mutuo locum habet, ſed Condictio ex litteris §. *un. I. litt. obl.* Dixi 3. *Aphor.* 106. Sed an poſt biennium opponi poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ, ſi debitor onus probandi, pecuniam numeratam non eſſe, in ſe velit ſuſcipere; Neg. *arg. l.* 8. *& l.* 14. *pr. C. de non num. pec.* Vinn. 1. *ſelect. qq.* 14. Bockelm. *ff. reb. cred.* §. 14. Fachin. 2. *controverſ.* 81. Diſſ. Struv. *ff. exerc.* 16. *theſ.* 50. Bachov. *ad Inſt. tit. de liter. oblig. num.* 3. Carpzov. 1. *conſtit* 32. *definition.* 66. Rebban. 8. *paralipom.* 3. Nec obſtant *l.* 5. §. *f. dol. exc. l.* 10. *C. de N. N. P.* Prior enim textus mire noſtram ſententiam confirmat: tantum abeſt ut recte ei opponatur. Vult enim, exceptiones tales quæ per modum actionis proponi poſſunt, tempore excludi poſſe & debere. Atqui Exceptio non numeratæ pecuniæ per modum actionis proponi poteſt *v.* §. 21. *infra*. Ratio quæ in *d. l.* 5. §. *ult.* vult, exceptiones regulariter debere eſſe perpetuas, eadem in exceptione pecuniæ non numeratæ vult debere eandem eſſe temporalem. Poſterior autem, dicta inquam *l.* 10. *C. de N. N. P.* agit de debitore, ſolutionem a ſe factam allegante. Ergo occurrit inibi exceptio pecuniæ *ſolutæ*: non autem, *non numeratæ*. Quemadmodum nec creditorem juvari poſt triginta dies (: antea juvari poterat Condictione ſine cauſa:) contra apochã ſuam ſibi ſuccurri deſiderantem, etſi probare ve-

velit nihil aut minus ſibi ſolutum eſſe, cenſemus *d. l.* 14. *§.* 2. *junct. d. l.* 14. *pr. C. de non nu. pec. & l.* 47. *ff. de O. & A.* Lauterb. *compend. ff. p.* 171. Diſſ. Faber. *C. lib.* 4. *tit.* 22. *definit.* 7. Sed an inter mercatores quoque obtinebit querela non numeratæ pecuniæ? Aff. *arg. l.* 8. *ff. de Publician.* Nec horum ſemper clauſum poſſidet arca Jovem. Lauterb. & Stryck. *compend. ff. p.* 170. Fachin. 2. *contr.* 86. Scotan. *ad. ff. diſp.* 29. *th.* 22. Sed de Moribus, exceptio non numeratæ pecuniæ non eundem effectum habet, quem Jure Civili. vide ſis Leeuwen. 4. *cenſ. for.* 18. *n.* 1. Beyer. *Volck. emend.* 1. *c.* 35. *n.* 18. *& ſeqq.*

TIT. II.

De jurejurando ſive voluntario ſivo neceſſario ſive judiciali.

§. 6. Diſtinguendæ igitur bene ſunt a ſe invicem Condictiones. Non tantum duæ illæ ex Mutuo & Litteris, inquam, quas jam vidimus, ſed & ceteræ. Enimvero ſequuntur adhuc undecim aliæ. Ita ab utraque porro differt (*Primo*) Condictio ex jurejurando litis deciſorio quod quis poſtulante adverſario præſtitit. *v. l.* 11. §. 1. *l.* 29. *h.* §. 11. *I. de act. l.* 8. *C. h.* Dixi *præſtitit.* Intellige, ſaltem ficte. Enimvero habetur pro præſtito, ſi adverſarius adver-

verſario jurare parato, jusjurandum remiſerit *l. 5. f. l. 9. §. 1. h. t. l. 1. l. 8. C, de reb. cred.* Eſt autem in genere Jusjurandum ſive Juramentum, (alias & Sacramentum. *Auth. Sacramenta puberum. C. Si adv. vend.*) religioſa rei alicujus aſſeveratio in cujus majorem fidem Deus ipſe ut perfidiæ ultor invocatur: *l. 5. f. l. 33. l. 26. h. l. 11. l. f. C. h.* Dixi: *ut perfidiæ ultor.* Huc pertinet quod Romani olim *Jovem lapidem* jurabant, de quo A. Gell. 1. *noct. Attic.* 21. Idem tamen eſt ſi Deus ut *teſtis* invocetur *l. 3. §. f. l. 33. h. t.* Sed nec neceſſaria ſemper eſt *expreſſa* invocatio: poteſt & *facto* fieri. v. Pichard. *ad §. 11. I. de act. n. 23. ſeqq.* add. Pagan. Gaudent. 1. *de Juſtin. ſec. morib. 6.* Vultej. *diſcept. ſchol.* 7. Dividitur Jusjurandum in *Promiſſorium*, ex quo nulla regulariter obligatio naſcitur *vid. l. 3. h. & l. 7. oper. libert.* & *Aſſertorium* cujus principalis ſpecies eſt ita in ſpecie dictum *Litis deciſorium.* Dividitur hoc iterum in *Voluntarium* & *Judiciale ſive Neceſſarium. rubr. ff. h.* Voluntarium eſt quo ex pactione ipſorum litigantium: Neceſſarium ſive Judiciale, quo ex auctoritate Judicis deciduntur controverſiæ *l. 1. ff. de jurejur.* Ut hæc Subdiviſio *ſecundum d. l. 1.* non tres ſpecies habeat, ſed duas: Voluntarium & Neceſſarium: Ita ut Neceſſarium idem ſit cum Judiciali. *Conf. l. 12. §. 1. C. de reb. cedit. junct. d. l. 1. ff. h. t.* Aliter alii.

vid.

vid. Pichard. *ad* §. 11. *n.* 47. *ſeq.* Aſt Doctores vulgo, quos in ſequentibus ſequemur, *Judiciale* vocant, quod pars parti in judicio defert: *Neceſſarium*, quod a judice defertur. Eſtque hoc Neceſſarium iterum vel *Suppletorium* vel *Purgatorium*. Illi locus eſt, cum ſemiplena adeſt probatio: Huic, cum minor. v. Dn. Thyll. *ad Gail.* 1. *obſ.* 108. *&* 2. *obſ.* 94. *Voluntarium* accipiunt vulgo, ut & nos id accepimus ſupra. Dixi ibi: *ex pactione*. Ea tranſactionis in jurejurando a parte parti delato vicem obtinet. *l.* 2. *h. t.* cum jurans præſtet ſimul faciatque aliquid, dum jurat: ut non ſubſit *nudum* pactum. Unde & judicatæ rei vires acquiret *l.* 20. *C. de trans.* Unde nec appellatur. Dixi latius 4. *Aph.* 54. Præterea quærunt Doctores inter alia (1.) An Reus recuſare poſſit jusjuranduu Judiciale delatum ab Actore nihil probante? Reſpond. Manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſt, nolle nec jurare nec jusjurandum referre. *l* 38. *h. t.* Recuſare ergo nequit, ſi non vult referre. add. *l.* 25. *pr. ff. de jurejur. l.* 25. §. *pen. ff. de prob. l. pen. pr. C. de reb. cred. l. ult.* §. 10. *C de jur. del. l.* 34. §. 6. *ff. de jurej. l.* 9. *C. de reb. cred.* Immo eſt caſus quo nequidem referri poteſt, *§. ult. I. de fid. hered. junct. l. ſ. C. de fideicom.* Nec obſtant *l.* 12. §. 2. *C. reb. cr. l.* 4. *C. edend.* Reſp. enim ad *d. l.* 12. §. 2. eam debere intelligi de caſibus exceptis ex. gr. ſi deferatur ſuper facto alterius *l.* 11. §. 2. *rer. amot. l.* 34. §. 3. *jurej.*

Ad *d. l.* 4. dic, actorem aliquid probare juramentum deferendo. *l.* 30. *l.* 34. *§.* 3. *l.*38. *de jurejur. l.* 25. §. 3. *de probat. l. f. C. de fideicomm.* Bronchorſt. *enantiophan.* 2. *aſſ.* 24. Hilliger. *ad Donell.* 24. *comment.* 20. *lit. d.* Sed & (2) idem juris eſt, ſi actor conatus fuerit probare. Excipe: Niſi quis juramentum detulerit, eoque deſerto ad alias probationes confugerit, tum his iterum derelictis, ad juramenti delationem revertatur. Quæ variatio legiſlatori diſplicet, ne quis ſcil. cum jurejurando, ipſoque judicio, quaſi ludat. *l.* 11. *C. reb. cred.* Fachin 1. *contr.* 20. Quær. (3.) An juramentum purgationis deferatur ſtuprum confeſſo ratione promiſſi matrimonii ſi aliæ conjecturæ deſint? Militant pro actore & pro reo graves præſumtiones: ſume, eſſe æquales. Ergo pro Reo reſpondendum eſt Negative *l.* 47. *de O. & A. l.* 125. *de R. J.* Dixi *Sicilim. ad Laut. h. t. & de Jure Virginum* §. 65. (4.) An juramento præſtito actio vetus perimatur? Neg. Actio enim Prætoria hoc caſu ad priorem accedit: Ita tamen ut & ſola per ſe inſtitui poſſit. §. 11. *I. de action. l.* 13. §. 3. *ſeq. l.* 30. *pr. ff. dejurej.* §. 3. *ſeq. I. de except.* Dixi 4. *Aphoriſm.* 54. Diſſ. Donell. *de jurej. cap.* 8. *n.* 14. Treutl. *d. diſput. th.* 8. *lit. d.* (5.) An cauſa jurejurando a parte parti delato (nam ſi a judice, ceſſat ratio transactionis) deciſa, perjurii prætextu retractetur? Neg. *arg. l.* 2. *h. j.*

l. 20.

l. 20. *C. d. trans.* §. 11. *l. de act. l.* 28. *in f. ff. eod. l.* 1. *pr. ff. quar. rer. act. non det. l.* 21. *ff. de dol. mal.* Niſi quod ſingulare jus depoſcat ultimarum voluntatum favor in *l. f. C. de reb. cred.* Nec regulæ obſtant *l.* 31. *h. l.* 28. § *fin. h.* Nam d. l. 31. agit de jurejurando a judice delato. Aſt d. l. 28. §. f. de jure jurando poſteriore. Tranſactiones poſteriores ſunt potiores. Harpprecht. *ad d.* §. 11. Bronch. 2. *aſſert.* 26. Hillig. *ad Don.* 24. *comm.* 17. *lit. a.* (6) Parentes de calumnia ut jurent, liberi petere nequeunt *l.* 8. §. 5. *qui ſatisd. l.* 7. §. 3. *l.* 9. *obſeq. l.* 13. §. 14. *damn. inf.* idque vult etiam *l.* 34. §. 4. *ff. de jurejur.* quoniam *remittere* ibi idem eſt quod *referre*, & quaſi *contra mittere.* Dixi *ad L. Vinum.* §. 12. *& de ?. Filior. m.* 7. §. 5. Similem vocis amphibologiam habes apud Jacobum Bonjour *ad l. in ambigua. ff. de legib.* (7.) An liberis juramentum calumniæ remittatur? Neg. *arg. l.* 2. *l.* 7. §. 4. *ff. obſeq. l.* 68. *R. ?.* Non obſtant *l. f. C. de fruct. & lit. exp.* 2. *Feud.* 33. §. 1. Dictæ enim legis *ult.* regula, quod quis debeat pati adverſarium ſuum uti illis privilegiis quibus ipſe in judicio utitur: fallit, cum privilegium ad *perſonam* reſtringitur. *l.* 68. *de R. ?.* Textus autem allegatus Feudalis, non agit de liberis, ſed de vaſallis, quorum diverſa eſt ratio: unde nec a dicta regula ſunt excepti. Donell. & Hillig. 24. *comm.* 21. *lit. g.* Treutler. *d. loc. lit.*

lit. c. (8) An juramentum calumniæ (de quo *vid.* 4. *aphor* 114.) etiam in criminali cauſa præſtari debeat? Affirm. *arg. l.* 1. *l.* 2. *C. de jur. propt. cal. junct. l.* 8. *Publician.* Nec enim ob juramentum calumniæ delatum, ſemper ſequitur condemnatio: poteſt & abſolutio ſequi. Unde non obſtat *arg. l. f. C. probat.* Umm. *proc. xj. n.* 47. Clarus 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 18. *n.* 3. Treutl. *d. diſp. theſ.* 4 *lit. a.* (9). An ei qui ſemiplene probavit, jusjurandum ſuppletorium deferre judex ex officio teneatur ut alias appelletur? Aff. *l.* 3. *C. de reb. cred. arg. l.* 74. *ff. de re jud.* Ut & hic locum habeat *l.* 3. *h. t.: Maximum remedium expediendarum litium in uſum venit jurisjurandi religio.* Nec diverſum eſt in *l.* 31. *h. t. ibi: ſolent ſæpe judic.* Id enim intelligendum, quod ſoleant *neceſſario. d. l.* 3. *ibi: oportet.* Et quod habes in *l.* 4. *C. de edend.* actore non probante, reum abſolvi: id de deficiente omni probatione verum eſt. Aſt qui ſemiplene probavit, jam ſane aliquid, immo multum, probavit. Vinn. 1. *qq. ſel.* 43. (10.) An juramentum neceſſarium a judice delatum, in adverſarium rejici poſſit? Neg. *c. f. x. de jurej. Opp. l. l.* 12. §. 1. *C. reb. cr.* Reſp. Quoad *relationem* non pertinet ad juramentum a judice delatum. Cum enim id ab adverſario non deferatur, non poteſt ei referri. Borcholt. 7. *de jurej.* 9. Vinn. *d. quæſt.* 43. (11.) An deferat judex juramentum Suppletorium ſi factæ pro ba-

bationes per contrarias alterius probationes eliſæ & utrimque æquales ſint? Neg. tum enim reus abſolvi debet *l.* 38. *ff. de rejud. l.* 47. *ff. de O. & A. l.* 188. *d. R. ſ. c. ex literis.* §. *ult. x. de prob. c.* 6. *x. de fid. inſtrum.* Opp. *l.* 31. *h.* Reſp. *Dubiæ* cauſæ ibi non ſunt, cum *nihil* probatum (ut hoc caſu, nam tum eſt *certa* cauſa ad abſolutionem) ſed cum *aliquid.* Opp. *l.* 3. *C. h.* Reſp. Inopia probationum, eſt *probationum.* Ergo ubi probatum eſt *aliquid.* Noſtro caſu probatum eſt *nihil.* Vinn. 1. *ſel. quæſt.* 44. Frantzk. *ff. h. t. n.* 133. Hillig. 24 *comm.* 19. *lit. q.* (12.) An quemadmodum, cauſa jurejurando neceſſario a judice injuncto deciſa, permittitur cauſam ex integro agere ob inſtrumenta noviter reperta quibus ſolis ſe nunc uti velle quis dicat: an ita, inquam, id itidem obtineat, ſi quis teſtes novos repererit? Neg. *arg. l.* 31. *ibi: ſolis ff. de jurejur. junct. l.* 14. *de LL.* Opp. *l.* 1. *ff. l.* 15. *C. de fid. inſtr.* Reſp. Inſtrumenta & teſtes pari paſſu ambulant, quoad *effectum probandi:* non quoad *modum inſtruendi.* Muller. *ad Struv. ff. de jurejur. th.* 52. Denique (13.) in probanda conſuetudine non eſt locus juramento ſuppletorio, quia ea *pluribus* nota eſſe debet: ut is qui non niſi *unum* teſtem producere valet, ejusdem fidei eo ipſo detrahat. Alexander 6. *conſil.* 173. *c.* 10. Lammers *de jur. optandi part.* 4. *erotem.* 3. Alia huc pertinentia vide ſis *ſupra*

Part.

bus etiam Juramentum *Neceſſitatis* appellatur, & *Extraordinarium* : quemadmodum prius illud *Affectionis*, etiam *Ordinarium* vocare amant, quia ſcilicet etiam extra caſum neceſſitatis ordinario locum habet. Ceterum (1.) memorata Jurisjurandi in litem ex ipſa re in duas dictas ſpecies, Affectionis inquam & Veritatis, diviſio, probatur *d: l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *pr.* §. *f. l.* 6. *l.* 8. *l.* 10. *de in lit. jur.* eamque amplectuntur DD. comm. Add. Vinn. 1. *ſelect. qq.* 45. Bockelm. *ff. h. t.* §. 2. Diſſ. Wiſſenb. *ff. h. n.* 44. Aliter adhuc Coraſ. 6. *miſcell.* 1. Hilliger. *ad Don.* 26. *comm.* 10. *lit. b. & 26. comm.* 6. *lit. d* Porro noris (2.) Affectionis juramento etſi in infinitum id eſt in indefinitum fiat, judicem tamen certam taxationem ab initio adjicere poſſe *l.* 4. § 2. *l.* 5. §. 1. *ff. de in lit. jurand. l.* 3. §. 2. *ad exh. l.* 18. *pr. de dol mal* Vinn. *d. quæſt.* 45. Donell. & Hillig. 26. *comm.* 11 *lit. d. &c* (3.) Ita ut duplum veræ æſtimationis poſſit excedi. *l.* 4 §. 2. *de in lit. jur. l.* 68. *de R. V.* Non obſtante *l. un. C. de ſent. quæ pro eo. q. int.* agit enim de eo quod intereſt. at nos hic de pœna. Coraſ. *ad d. l n.* 20. Don. & Hill. *d. c.* 11. *lit. c* (4.) Aliquando tamen ex magna cauſa & poſtea repertis probationibus (regulariter enim ſecus eſt *l* 68. *de R. V*) judex juramentum præſtitum non ſequetur *l* 4 §. 3. *ff de in lit. jur. arg. l.* 31. *ff. jurej.* Vinn. *d. loc.* ſed (5.) poteſt illud etiam non deferre *arg. d. l.*

4 § 2. *l.* 5. §. 1. *de lit. jur.* Nec impedit illud: *oportet*, in *d. l.* 4. §. 1. id enim excludit tantum partem adverſam, indicatque, adverſarium hoc jusjurandum deferre non poſſe, ſed debere id a judice deferri. Vinn. *d. loc.* (6.) Jurijurando huic in litem Affectionis etiam in actione Emti locus eſt: quoniam in omnibus actionibus bonæ fidei juratur in litem *l.* 5. *pr. ff. de in lit. jur.* at ad has ſpectat actio emti, §. 28. *I. de act.* Nec moratur, juramentum affectionis requirere *reſtitutionem l.* 1. *l.* 2. *h.* nam *reſtitui* & id dicitur quod quis antea nunquam habuit, ſed nunc primiter habiturus eſt *l.* 8. *l.* 12. *l.* 16. *C. de act. emt.* §. 1. *I. de interd.* Opp. *l.* 9. *rer. amot.* Respondi *Virg. Florent. c.* 3. § 9. Plura habes *Manip.* 3. *ad Laut pag.* 192. Diſſ. Ummius 20. *proceſſ.* 17. Dicto affectionis jurejurando etiam ob latam culpam litem æſtimari, cum hæc quoad effectus dolo æquiparetur *l.* 226. *ff. de V. S.* nec in hoc articulo ab hac regula exceptio probetur, contendimus. add. *l.* 2. *C. h.* Putat tamen Montanus *de tutel. c.* 32. *reg.* 6. *n.* 17. apparente tutoris ſimplicitate & ruſticitate, in litem non jurari. Certe id (8.) non fit ob culpam levem. Opp. *l. p. C. h.* Reſpondent 1. aliqui, exceptionem eſſe in tutore inventarium aliaque inſtrumenta non proferente. Tu dic 2. debere eam intelligi de culpa lata. per *d. l.* 2. *junct. l.* 26. *l.* 28. *de legib.* Opp. *l.* 2. §. 1. *h.* Reſp. culpa levis ibi pertinet ad juramentum veritatis.

(9.) Ceſſat hoc jusjurandum regulariter in judiciis ſtricti juris. *l. 5. pr.* § *f. l. 5. h.* Dixi *Virg. Floren. cap. 3. §. 9 & Diſputat. ad L. Vinum. th. 15.*

T I T. IV.

De Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta

§. 9. Differt *Secundo (conf. § 6. ſupr.) Condictio cauſa data cauſa non ſecuta:* quæ eſt actio perſonalis qua quis id quod ob cauſam futuram honeſtam alteri dedit, cauſa ea ab altero non præſtita, repetit. Per *cauſam* autem etſi alibi intelligatur datio vel factum: in hac tamen condictione quantum ad cauſam datam, intelligitur ſola datio *arg. l. 31. de R. J.* quæ & ſola exprimitur *rubr. ff. h. t. ibi: data.* Ut in Codice: *ob cauſam datorum. 3. aph. 71.* Ex vero contractu, innominato, hanc actionem naſci, credimus, quia requiſita adſunt eſſentialia: 1. conſenſus. 2. cauſa. *vid. l. 7. §. 2. de pact.* Nec obſtat, deeſſe tamen nomen: hoc enim ad ſolos pertinet contractus *nominatos.* Nec obſtat porro *l. 13. §. ult. ff. commod.* ibi: *plerumque enim id accidit ut extra id quod ageretur, tacita obligatio naſcatur.* Nam etiam *tacitus* contractus eſt *verus, l. 13. § ult. locat. cond.* Immo & in ipſa *d. l. 13. §. ult. commod.* tacitum commodatum eſt *verus* contractus. Iterum *tacitus* etiam de Quaſi-Contractu dici poteſt. *d. l. 13. §. ult. in fin. Commod. Vid. 1. Sicliment. 29. & 3. aphor. 71.* Diſſ. Vinn. 1. *quæſt. ſelect.*

46. Poteſtatem autèm pœnitendi, uti heredi dantis concedimus, *arg.* §. 1. *I. de perp' & temp. act. verſic. ſed heredibus: l.* 177. *de R. J.* Vid. *Sicilim: manip.* 3. *ad paginam* 196. *&* 197. ita ei qui accepit, eandem denegamus, cum ab hujus parte ſubſit cauſa, adeoque ſtabilis obligatio *l.* 5. *C. de O. & Act.* Nec obſtant *l.* 1. *ſ. l.* 4. *ſ. l.* 5.. *C rer. perm.* loquuntur enim de dante: reſpectu cujus non ſubeſt *cauſa.* Acris etiam controverſia eſt, an, ſi caſus fortuitus impediat, quominus cauſa a parte accipientis poſſit ſequi, is qui dedit, pœnitere & cauſam a ſe datam poſſit repetere? Nos negamus tum per textum *l. p. C. de cond. ob cauſ. dat.* tum per rationem legalem, quod debitor ſpeciei, hujus interitu liberetur *l.* 23. *ff. de V. O. vid. Siciliment. manipulo* 3. *ad pag.* 196. *&* 197. Legem ult. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. (quæ ceu theſi ſuperiori immane quantum obſtans allegari ſolet) accipio de caſu quo cauſa ſecutura ob impoſſibilitatem præcedentem ſequi non poteſt. ex. gr. ſi dem tibi bovem ut des mihi equum quem ignorabamus mortuum eſſe. Alii aliter. vid. Lauterb. Huber. & DD. comm. *h. t.* & Vincent. Cabot. 2. *variar. diſputat.* 29. Ceterum præter d. l. ult. theſi noſtræ adhuc opponitur: rem ſuo domino perire *l.* 9. *C. de pignor. act.* Sed reſpondeo, eam regulam officium ſuum perdere, ſi dominus ſimul ejus ſit debitor. *d. l.* 23. Inſtas: at-

atqui dans poteſt pœnitere, ut jam vidimus: ergo & rem a ſe datam repetere. Regero, eam regulam hoc caſu ceſſare *d. l. p. C. h. t. junct. arg. l.* 38. *pr. d. ſolut. & d. l.* 23. *de V. O.* Plane theſis ſupra propoſita exceptionem admittit notabilem, niſi res ſcil. danda, *culpa* domini ſui perierit. *d. l. p.* cujus ratio eſt *l.* 5. §. 4. *&* 7. *commod. l.* 155. *pr. de R. J. l.* 15. §. 6. *locat. l.* 8. *C. h. t.*

TIT. V.

De Condictione ob turpem, vel injuſtam cauſam.

§. 9. Differt (*Tertio*) *Condictio ob turpem cauſam*, quæ eſt actio ex quaſi delicto perſonalis qua id quod ob factum ſecuturum reſpectu ſolius accipientis turpe datum promiſſumve eſt, repetitur. Hanc ex Quaſi delicto naſci, inde patet; quod concurrere hic ſemper debet factum *honeſtum*: a parte ſcil. dantis, ut huic actio dari poſſit. Huberus *h. t.* actionem hanc putat eſſe *dativam*. 1. quia eſt rei perſecutoria & 2. quia datur contra heredes. ratio prior hic eſt inepta: poſterior, falſa. Add. 4. *Aphoriſm.* 33. Si quis judici dederit, ut in bona cauſa ſecundum ſe judicet, repetere nequit *l.* 2. §. 1. *h. l.* 1. & *auth. ſeq. C. de pœn. jud.* dans enim turpiter egit, judicem corumpendo. *Admon. part.* 7. §. 114. Zoeſ. *ff. de cond. ob turp. cauſ.*

cauſ. num. 3. Datum meretrici repeti nequit, ob rationem olim juſtam *in l.* 4. §. 3. ibi: *Illam enim turpiter facere, quod ſit meretrix, non turpiter accipere cum ſit meretrix ff. de cond. ob. turp. cauſ.* de qua vid. Tacit. 2. *Annal.* 58. Thom. Aquin. 4. *de regim. princ.* 14. Wachman. *de amore th.* 22. *lit. c.* hodie autem ob rationem in *l.* 128 *de R. J.* Ex turpi cauſa promiſſum, ipſo jure nullum eſſe cenſemus, modo de eo conſtet. *l.* 8. *h. t. l.* 26. *V.* Opp. *l.* 8. *h.* quæ Exceptioni doli vel in factum locum facit. Reſp. 1. ſi de turpi cauſa non conſtat. 2. eſt illa exceptio facti. 4. *aphor.* 98. Unde & meretrici promiſſum, ab hac exigi hodie non poſſe, ſentimus. *arg.* §. 23. *l. de inutil. ſtip.* Aſt datum, ſi illa promiſſis ſtare nolit, repeti non poſſe, ſequitur, de Jure Romano ex *arg. d. l.* 4 §. 3. de Hodierno autem *arg. d. l.* 128. Contra heredes hanc actionem non dari, ſequitur ex *arg. l.* 5. *de calumn. l. f. ad l. Jul. maj.* Heredes tamen turpiter dantis repetere poſſunt *l.* 6. *h. arg. l.* 26. *pœn. junct. d. l.* 5. *d. l. f.*

§. 10. Differt (*Quarto*) *Condictio ob injuſtam cauſam*, ſive, ut rubrica Codicis habet, *ex injuſta cauſa*, quæ eſt actio ex quaſi delicto qua id quod penes alium ex præſente vel præterita injuſta cauſa, ceu ex perceptionis *principio* (in præcedente §. 9. habet ſe ut *finis*) reliquum eſt, repetitur. *v. l.* 6. *h.* Huc pertinet exemplum re-

repetendorum fructuum, a malæ fidei poſſeſſore conſumtorum. *l pen C. de cond. ex leg.* Item a bonæ fidei poſſeſſore, poſtquam dominus verus ſupervenerit. *l.* 48. *pr. de A. R. D.* §. 35. *I. de R. D.*

TIT. VI.

De Condictione indebiti.

§. 11. Quinto, Condictio indebiti: de qua dixi 3. *Aphor.* 150. Ubi præcipue nobilis quæſtio eſt, an Condictionem indebiti impediat error juris? Quod neg. Quoniam *hæc condictio ex bono & æquo introducta, quod alterius apud alterum ſine cauſa deprehenditur, revocare conſuevit. l.* 66. *h. t.* Add. *l.* 47. *h.* ibi: *quoniam indebitam Jure Gentium pecuniam ſolvit.* Adde ſis regulam Juris in *l.* 53. *de R. J.* Vinn. 1. *quæſt.* 47. Bockelmann. *ff. de condict. indebit.* 5. 5. Diſſent. Struv. *ff.* 18. *th.* 40. Harpprecht. *ad* §. 1. *I. quib. mod. re contr obl. n.* 54. *ſeqq.* Bronchorſt. 2. *enantiophan.* 36. Fachin. 8. *controverſ.* 106. & 10. *controverſ.* 11. Interim tamen propoſitam modo theſin negativam, limitandam cenſeo quoad feminas errore juris ſolventes, ut hæ ſcilicet repetere indebitum ſolutum nequeant, *per. l. ult. C. de jur. & fact. ignor. l.* 11.

C. eod, l. 9. pr. ff. eod. In cujus Legis nonæ principio verſiculus: *& ideo:* ad minores reſpicit, verſiculo [*Quod &*] parentheſi includendo. Et ad hanc limitationem, ut ſcil. feminis error juris noceat, ſi indebitum ſolutum repetere velint, refero vexatiſſimam *l.* 10. *C. de juris & facti ignor.* argumento *d, l. ult. d. l.* 11. *d. l.* 9. accedente argumento inſcriptionis *d. l.* 10. ubi apparet nomen *Araphiæ*, quod maſculi nomen eſſe probari nequit, feminæ autem eſſe tum ex collatione dictorum textuum, tum inde colligitur quod alii, Anthonio Contio teſte, ibidem *Amphiæ*, alii *Philippæ*, alii *Amaſiæ*, legant, quæ omnia feminas loquuntur. Cui accedit, Araphiam inſulam apud Parthenium in Iphiclo generis feminini eſſe: quemadmodum & Arabia Aſiæ regio, item, Juſtini Secundi Imperatoris filia, de qua ſupra Part. 1. §. 20, ejusdem generis ſunt. Sunt fateor, & maſculorum nomina exeuntia in *a:* Sed quæ in *phia* terminentur, nulla, At, talia feminarum ſunt varia. veluti apud Apoſt. Paul. *epiſt. ad Philem.* occurrit Apphia. In *l.* 2 *C. ad Macedon.* præſto eſt Sophia. Et quis noſtrum ignorat Sophiam in cujus honorem Juſtinianus noſter ingens illud templum Conſtantinopoli extruxit, de quo Franciſcus Guinetus *in Juſtiniano Magno cap.* 16, §. 3. Eſt hæc eadem Sophia quam exhibet Martyrologium ſive Viola Sanctorum a. d. xv.

Kal.

Kal. Jul. temporibus Hadriani Imperatoris Romani Martyrio coronatam. Nec obſtat, quod *d. l. l.* 10. incipiat per verba: *Si quis.* Hæc enim verba femellas & maſculos ex æquo notant *l.* 1. *ff. de V. S. add. Donat. ad Ter. Eunuch.* 2. 3. 12. *Taubman. ad Plaut. Aulular.* 2. *ſc.* 41. *& ad Perſ.* 3. 3. 76. *Schrevel. ad Ter. Eunuch.* 4. 4. 11. Interim limitatio noſtra, feminas ſcilicet errore juris ſolventes indebitum, ſolutum non repetere: ſublimitanda eſt quoad feminas pro aliis intercedentes, & cum interceſſiſſent, errore Juris SCti Vellejani ſolventes *l.* 9. *C. ad SC. Vellej.* Etſi ergo error juris in damnis non noceat, id tamen ceſſat quoad feminas, extra interceſſiones *l.* 16. *ad SC. Vellej.* indebitum ſolventes. Cujus exceptionis ratio exſtat in *d. l. ult. ne paſſim liceat mulieribus, omnes contractus ſuos retractare.* rationis autem ratio gemina poteſt peti ex *l.* 1. §. 5. *ff. depoſitul. junct. l.* 33. §. 1. *ff. de don. int. vir. & ux.* mulierum ſcilicet quarumdam impudentia & plerarumque avaritia. Nunc adhuc moneo: in *d. l.* 10. poſt vocem *tibi*, ponendum eſſe *comma*, aut ſaltem tamen *comma* delendum eſſe ante dictam vocem *tibi.* Etiam illud ex dictis ſequitur, leges quæ feminis ignorantiam juris prodeſſe aſſerunt, ex gr. *l.* 8. *ff. de juris & facti ignor.* capiendas eſſe cum gloſſa legali: *in quibusdam cauſis: ex d. l.* 9 *pr. ff. eod. l. ult. C. eod l.* 9. *ff.*

R 5 *de*

de ſtat. homin. ibi: *In multis juris noſtri articulis deterior eſt conditio feminarum, quam maſculorum.* Add. *ſupr. Part.* 1. §. 50. Plura vide ſis in Vindiciis noſtris *ad L. Cum Societas. 69. ff. pro ſoc.* §. 12. Princeps ergo argumentum pro ſententia mea de feminis hoc caſu paradoxa, depromo ex *d. l. ult. C. de jur. & fact. ignor.* quæ eſt hæc: *Ne paſſim liceat mulieribus contractus ſuos retractare in his quæ prætermiſerint vel ignoraverint, ſtatuimus, ſi per ignorantiam Juris damnum aliquod circa jus vel ſubſtantiam ſuam patiantur, in his tantum caſibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis ſuffragatur, ſubveniri.* En regulam *verſ: ſtatuimus.* En exceptionem: *in his tantum caſibus.* In his autem caſibus nullibi invenitur *ſolutio indebiti* extra Vellejanum. Nunc & alteram exceptionem a regula, condictionem indebiti etiam per errorem juris ſolventi competere, indico infra *Part. 6.* §. 177. ſi ſcil. errans errorem juris, in Jure ſit confeſſus. Si quis dictam regulam nobiſcum quidem amplecti, aſt explicationem tamen d. l. 10. noſtram ſequi nolit, is aliam videre poteſt apud Bockelmann. & Vinnium *dd. locis.* Opponitur etiam ſententiæ noſtræ, errorem juris acquirere volentibus nocere! *Part. 6.* §. 77. *infra.* Reſpondeo: 1. Indebiti condictione agentem, nihil velle acquirere, cum dominium rei quam petit, retinuerit. *vid.* §. 16. *infra.*

infra. Vel 2. non perpendendum eſſe tempus *repetitionis*, ſed *ſolutionis*: quia tùm damnum ſentit ſolvens: quæ ratio etiam quoad res quæ non amplius exſtant, operatur. *vid. l. 8. ibi: damnis amittendæ. ff. de J. & F. ign.*

§. 12. Porro quæritur, An uti facti error indebitum repetituro prodeſt, an idem de errore facti proprii, etſi non alibi *v. Part. 4.* §. 78. quoad indebitum tamen ſolutum repetendum, procedat? Affirm. *l. 22. pr. l. 32. §. 1. ff. de cond. indeb. arg. l. 66. ff. eod.* Opp. *l. 7. CS. Vellej.* Reſp. 1. non agit de indebito. 2. facti ignorantia ibi prætendi non poterat: dum quis ipſe cum femina contraxit. *Pac. 4. cent. 2.*

§. 13. Si quid in diem vel conditionem certam debetur, ſi ante diem vel conditionem hanc exiſtentem ſolvatur, non repetitur tanquam indebitum: neque medii temporis interuſurium inde petitur *arg. l. 1. C. h. l. 26. pr. C. de uſur. l. 49. §. 1. act. emt.* Hanedoes. 17. *quæſt.* 11. Donell. 14. *comment.* 18. *in fin.* Lauterb. *comp. pag.* 221. Opp. *l.* 14. *ff. h. t.* Reſp. Negatur, ex uſuris non perceptis quem factum eſſe locupletiorem. Secus ergo erit quoad fructus perceptos.

§. 14. Non recte nonnulli quoad condictionem indebiti inter conditionem & diem incertum diſtinguunt *l. 16. h. t. l. 7. pr. comp. l. 75. cond. & dem.* Treutler. *ff. h. t. th. 5. lit. g.* In

d. l

d. l. 16. accipe ſis illud: *autem.* pro, *item.* Sæpe enim in Jure disjunctiva pro conjunctis ponuntur *l.* 53. *de V. S.* Ita non eges ridicula intruſione particulæ: *non:* de qua Gothofr. *not. ad d. l.* 16. §. 1.

§. 15. Si alius quam verus debitor debitum ſuo nomine ſolverit, condictionem indebiti habet. *l.* 19. §. 1. *h.* Nec obſtat *l.* 44. *h. t.* cum non agat de debito, nempe generis. Sed de *ſuo*, cujus quis eſt dominus, quam *ſpeciem* vi juris ſui in re recte retinet. Bockelm. *h.* §. 7. Aliter Bronch. 2. *aſſert.* 37. & Laut. *comp. p.* 202. v. Nic. de Paſſerib. *concil. h. t. p. m.* 215.

§. 16. Indebiti ſolutione dominium rei ſolutæ non amitti, patet *arg. l.* 35 *A. R. D. junct. l.* 15. *de juriſd. l.* 29. *h. junct. l.* 25. *de. O & A. l.* 1. *junct. l.* 18. *cond. furt. l.* 66. *ibi: alterius. h. t. l.* 46. *l.* 53. *h. ibi: vindicari.* Fruſtra ut nonnulli contra ſentiant per *l. ult. uſusfr. quem. cav.* quoniam hic textus explicatur ab Imperatore in §. 14. *I. de act.* ſcilicet, quod nemo poſſit rem ſuam ita condicere ut contendat eam ſibi *dari*: cum ita condicens, in pœnam plus petentium incidat §. 33. *I. de act.* at pœnam hanc ceſſare in condictione furtiva. *d.* §. 14.

§. 17. Quoad probationem ſive ſolutionis factæ ſive indebiti ſive erroris, regula agnoſcenda eſt, actori incumbere onus probandi *l.* 4. *C. edend. l.* 25. *ff. l.* 23. *C. de probat.* §. 4. *f. I.*

le-

legat. Sed quæ fallit [1.] ſi reus ſe ab initio accepiſſe negaverit, actor vero id poſtea probaverit, ut tum actor indebiti cauſam allegans audiri non debeat *d. l* 25. *pr. prob. arg. l.* 38. *de R. V.* [2] ut indebitum præſumatur, ſi is qui ſolvit fuit minus diligens aut minus idoneus. *d. l.* 25. §. 1. *arg. l.* 22. *de probation. l.* 9. *pr. de lib. & poſt. vid. d. l.* 25. §. 1. & *Adm. Part.* 7. §. 149. [3.] Quoad cautionem *indiſcrete* expoſitam *d. l.* 25. §. *ult. arg. l.* 39. *de pact.*

§. 18. De lege 38. *ff. h. t.* quæ eſt Lex illa famoſa: *Frater a fratre:* dixi plenius *dſputat. ſpeciali ad d. l.* conf. Vindic noſtr. *ad L. Cum Societas.* 69. *ff. pro ſoc.* §. 10.

TIT. VII.

De Condictione ſine cauſa.

§. 19. Sexto: *Condictio ſine cauſa* quæ eſt actio ex quaſi-contractu perſonalis qua quis id quod ſine cauſa apud alium exiſtit, repetit. Dixi: *quod ſine cauſa exiſtit.* Scilicet, *obiectum* hujus actionis eſt apud alterum ſine cauſa: aſt actor non agit ſine cauſa, ſed ex juſta cauſa. Nam quod ad *cauſam efficientem*, non eſt hæc actio ſine cauſa, cum *remotiores* cauſæ ſint lex & æquitas, *propinqua* autem quaſi contractus. *arg. l. f. h. junct. pr. I. de obl. quæ*

quaſ

quaſ. contr. naſc. Ut inepte hic ergo labores invenire actionem *Dativam. vid. infra part. 7. §. 288.*

§. 20. Eſt hæc condictio duplex: una cum aliis concurrens, altera ſola competens. Illa concurrit ex. gr. cum condictione indebiti, condictione ob cauſam datorum *Admon. part. 5. §. 164. in fin.* ob turpem injuſtamve cauſam. *l. 1. l. 4 h. t.* In effectu quippe cum res ex his cauſis repetitur, cauſa non ſubfuiſſe videtur.

§. 21. Specialis, habet ſæpiſſime locum. Veluti ad repetendum chirographum, ſoluto debito, aut pecunia, ob quam chirographum datum erat, non numerata *l. 2. l. f. C. de cond. ex leg.* quo caſu hæc actio erit biennalis *d. l. f. d. l. 3.* Item: ſi ſartor amiſſis veſtimentis, domino, locati conventus, pretium illorum ſolverit, & dominus veſtimenta recuperaverit, ad condicendum pretium. *l. 2. ff. h.* Item: ſi quis errans nuptias prohibitas initurus dotem dederit *l. f. h.* quam de errantibus loqui, volunt verba legis: *non enim ſtupri, ſed matrimonii gratia datam eſſe.* Si non erraverint, condictio & hæc & ob turpem cauſam ceſſabit *d. l. f. pr.* Exiſtimat D Beier. *h. t.* inter has duas parum intereſſe. Immo intereſt multum. *l. 49. O. & A. l. un. C. ex del. def. §. fin. I. de pœn. tem. lit.* Add. *ſupra §. 4. n. 10.* & Grot. *2. bell. & pac.* 10. §. 2.

L I-

LIBER XIII.

TIT. I.

De Condictione Furtiva.

§. 22. Septimo: *Condictio Furtiva:* quæ eſt actio perſonalis qua dominus rem furto ſibi ablatam a fure ejusve herede dari ſibi intendit. Condictio furtiva *dativa* eſt Lauterbachio *compend ff. p.* 296. Inepte! vid. *Admonitor. ff. part* 6. §. 288. *infra.* Tu teneſis, eam ex delicto vero, ex ipſo ſcilicet furto, naſci. *l.* 2. 3. 5. *ff. de cond. furtiv. arg.* § 14. *I. de act. iunct. l.* 23. *ff. de furt. l.* 10. §. 2. *ff. de compenſ. l.* 21. §. 5. *l.* 22. *ff. rer. amot. l.* 13. §. 2. *ff. de iurej.* Qua ſtante ſententia, neceſſario conſequitur, Condictionem furtivam mortuo fure adverſus ejusdem heredes non dari in ſolidum ſi ſolidum ex re furtiva ad heredem non pervenit, ſed ad id duntaxat quod ex ea ad heredem pervenit. Eſt quippe juris abſolutiſſimi regula, ex delictis defunctorum heredes non obligari niſi quatenus ad eosdem pervenit. *l. un. C. Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur.* Add. *l.* 5. *pr. verſ. Nam eſt conſtitut. ff. de calumniat. l.* 26. *ff. de pœn. l.*

22. *C. eod. l.* 38 *l.* 44 *ff. de R. J.* Add. *l.* 2. §. *f. ff. vi bonor. raptor. junct. pr. I. eod. l. ult. C rer. amotar. iunct. l.* 6. §. 4. *ff. eod. l.* 3. §. 12. *ff. de pecul.* Quæ regula duas exceptiones habet (1.) ſi lis ſit cum defuncto fure, ante ſcilicet ejus mortem, conteſtata *d. l. un. C. Ex delict. def. junct. l.* 3. §. 11. *ff. de pecul. & l.* 49 *de O. & A.* de quo caſu loquitur *l.* 9. *ibi, in conditione furtiva ff. de cond. furtiv. junct. l.* 2. *in f. ff. de Prætor. ſtip. l.* 7. §. 1. *ff. depoſ.* (2.) Si heres ipſe rem furtivam contrectaverit: de quo (niſi noſtram explicationem præfers, quam vide ſis *Siciliment. Manip.* 1. *n.* 30) cape *l.* 7. §. *f. ff. de cond. furt.* Cujac. 7. *obſerv.* 37. & 13. *obſervat.* 39. Vultej. *ad* §. 14 *I. de action. num.* 10. *ſeqq.* Riemer. 14. *quæſt. ill.* 1. Lyclama 1. *Membranar. Eclog.* 18. Feltman. 4. *Inſtit. jur. noviſſ. tit.* 12. §. 1. *num.* 8. Dixi fuſius ad Inſt. 4. *Aphoriſm.* 10. & Sicilim. *Manip.* 1. §. 30.

§. 23. Ceterum (1.) adverſus tertium rei furtivæ poſſeſſorem hanc actionem non competere, ex eodem principio, quod ex delicto oriatur, conſequitur. §. 1 *I. de action. add. l.* 5. *ff. de cond furt. l. ult ff. uſufr. quemadm. cav.* §. *ult. I. de oblig. ex. delict.* §. 14. *I. de act. iunct. l.* 14. *de LL. l.* 141. *ff de R. J.* Nec obloquitur Cæſar §. 26. *in fin. I. de R. D.* cum ibidem in fine non de *furtivis* rebus ſed de *extinctis* loquatur, easque a poſſeſſoribus priſtinis vel fictis (verum e-

nim

nim poſſeſſorem, res exſtinctæ reſpuunt. *arg. pr. in. fin. I. de uſufr. l. 76. de ſolut.* Add. *Part. 2. §. 39. in fin.*) condici poſſe aſſerat, non equidem abſciſſe Condictione ſine cauſa, ut male Vinnius *ad d. §. 26.* (cur enim non & ex cauſa poſſidere poſſint? finge, fructus bona fide conſumtos, indeque lucrum reliquum eſſe) ſed Condictione quacunque alia id eſt Actione Perſonali §. 15. *I. de action.* ex. gr. actione in factum. Præterea (2.) de re etiam minima hanc actionem competere, jubent *l.* 8. § 1. *fam. erc. l. 5. §. 6. de A. R. D. l. 1. §. 10 de conjun. cum emanc. lib. §. 16. I. de R. D.* Dixi *de Cornib. & Cornut. diſſ.* 1. §. 20. Non obſtantibus *l. 4. de in int. reſt. l. 9. l. 10. dol. mal.* cum loquantur de remediis extraordinariis iiſdemque reſciſſoriis, quorum diſpar quæ aliorum ratio eſt *arg. l. 35. ff. de O. & A.* at Condictio furtiva nec eſt reſcindens nec extraordinaria, par ratio eſt Actionis Furti pœnalis. Memorabile exemplum gallinæ furto ſubductæ, ex Abrahamo a S. Clara Concionatore Cæſareo Aulico Viennenſ. adduxi *de Jure Virginum, §. 14. editionis Bremenſis.* Addo (3.) irrationabilem (hæc enim antequam a Majeſtate abrogetur, obſervari debet a judice. *arg. §. 9. I. de J. N. G. C.* Dixi *de Jur. Ventr. part. 6. §. 11.*) eſſe quorundam locorum conſuetudinem quæ rem furtivam magiſtratui addicit: cum id quod noſtrum eſt, ſine facto

S no-

noſtro nobis adimi nequeat. *l.* 11. *de R. J. add. l.* 155. *eod. l.* 22. *C. de. pœn.* Non obſtante *l.* 9. *de jur. fiſc.* nec ratione addita *in Collegio Juris Argentoratenſ. ff. h. t. in fin.* domini ſcil. negligentiam plectendam eſſe. Enimvero ad d. l. 9. reſpondetur, eam dicere, ſcelere quæſita vindicari fiſco poſſe. Poſſe: certo ſcil. caſu: cum dominus deeſt. *arg. d. l.* 155. *d. l.* 22. veluti τὸ *poſſe*, ſingularis caſus index eſſe ſolet. *vid. de Jure Ventris part.* 9. *ſect.* 4. Sed nec dicta ratio ſtringit, cum & furtum abſque omni domini culpa peragi poſſit *l.* 14. §. 6. *de furt.* & ſi negligentiæ quid concurrat, ea non *continuo* rei amiſſione punienda veniat. *arg. l.* 25. §. 11. *her. pet. l.* 21. *C. mand.*

TIT. II.

De Condictione ex Lege.

§. 24. Octavo: *Condictio ex Lege*, quæ eſt actio ex delicto vel contractu lege nova inducto perſonalis qua ex lege illa nova *Civili* (nam ſi Prætor novam actionem innominatam inducat, hæc *in factum* audit. *l.* 11. *P. V.*) nomen actionis non exprimente, ad aliquid præſtandum experimur. *l. un. ff. h. t.* Ubi hæc habet Paulus: *Si obligatio lege nova introducta ſit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis ex* ve-

periamur: ex lege agendum eſt. Dicit Paulus: *obligatio introducta.* Ergo condictioni ex Lege locus dari non poteſt, ubi nulla ſubeſt obligatio. Conſequenter, quando res ab emtore retrahitur jure protimeſeos, non dabitur retrahenti Condictio ex lege: nulla enim inter retrahentem & emtorem vertitur obligatio: utpote nullo inter hos delicti aut contractus, veri vel quaſi, exiſtente fundamento: ut retrahens magis actione in rem, ex jure in re innominato, rem vindicet. *vid. Frider. I.* §. 16. & *Admon. part.* 2. §. 111. Quæ obſervatio & in eo uſum habet, quod onera emtionibus alias annexa, hic non niſi ſemel præſtentur: cum non niſi una contrahatur emtio. Suppeditemus ergo alia Condictionis ex Lege exempla. Tale unum ex *l. ult.* §. 1. *C. de hered. petit.* exhibui *ſupra part.* 2. §. 43. Aliud eſt in *l.* 1. *de L. Rhod. de jact.* ubi præfatus Paulus inquit: *Lege Rhodia cavetur, ut ſi levandæ navis gratia, jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt.* Vis aliud exemplum? En! Legitimæ Portionis ſupplementum petitur Condictione ex Lege. At ex qua Lege? Ex *l.* 30. *C. de inoffic. teſt.* Aliud. Donatum nudo pacto donatarius petit *Condictione ex l.* 35. *C. de donat.* Aliud. Si poſterioribus creditoribus heres inventario confecto ſolverit, prioribus contra illos datur Condictio ex *l. f.*

§.6 *C. de j. deliber.* Aliud *Adm. Part.* 2. §. 10. & 4 *aph.* 23. Aliud monſtro in *l.* 32. *ff. de reb. cred.* de qua conf. ſis Lauterbach. 2. *diſput. Tubingenſ.* 17. vid. 2. *aph.* 125. *n.* 2 Add. *Adm. part* 6. §. 225. *fin.* Adhuc ex viſis Pauli verbis: *obligat. induct.* ſequitur, Condictionem ex lege, naſci ex obligatione: ergo, hac mediante, dari a lege. Cumque obligatio requirat contractum delictumve, verum vel quaſi: ſequitur, condictionem hanc requirere factum hominis obligatorium prævium, quale ex. gr. eſt diffamatio in *l. diffamari. C. de ing. man.* Ex quo iterum fluit, Condictionem ex lege eſſe ſimul Nativam, non tantum Dativam: veluti omnem hanc Actionum in Nativas & Dativas diſtinctionem repudiavi *infra part.* 6. §. 288. nullo modo eam fulcientibus actionibus in rem ſcriptis, utpote quæ quatenus in rem ſunt, ex dicto jure in re innominato veniunt; de quo vide ſis ſupra *parte* 2. §. 111. *in fin.*

TIT. III.

De Condictione Triticiaria.

§. 25. Nono: *Condictio Triticiaria*: qua quis rem quamvis, præter pecuniam numeratam *l.* 1. *h. arg. l.* 42. *fidej.* petit ita ut Judici poteſtas ſit Reum in æſtimationem, ſi res ipſa præſtari nequeat, pro ratione lo-

loci vel temporis condemnare. Hic quærunt, unde nomen hujus actionis promanaverit? Probabile videtur a primo Edicti Prætorii vocabulo: *Triticum:* deſcendere. Ut in titulo ff. *de tritico, vino, oleo legato.* Tritici vocabulo omne frumentum notante. *Plaut.* 2. *mil. glor.* 3. Dixi *Diſputat. ad L. Vinum.* § 22. Alii hanc actionem a *trito* id eſt *detrito* dictam autumant. Bartolus putabat eam cognominari a Triticio uno monacho Franciſcano qui nullam pecuniam volebat portare in ſua cappa: veluti conſtat, Franciſcanos olim dictos fuiſſe Pauperes Minores, & hanc alicubi actionem Franciſcanorum, propterea quod actione hac Triticiaria omnia æſtimentur præter pecuniam, at Franciſcani ſolam pecuniam reſpuunt, ſecus ac Jeſuitæ, quibus & pecunia & ceteræ res arrident, ſimiles actioni *Si certum petatur*, quæ ob id & actio *Jeſuitarum* audit. Ceterum cum Franciſcanorum ordo ſeculo primum 13. ſub Innocentio III. emerſerit, patet, Bartoli viſam viſionem inaniis repletam eſſe.

§ 26. Utilior quæſtio eſt; Quod tempus in facienda per judicem æſtimatione attendi debeat? Reſp. Regulariter, Contractus *l.* 22. *de reb. cred. pr. I. qu. mod. re contr. oblig. l.* 99. *ff. de ſolution. l.* 4. *ff. de reb. credit. l.* 7. *ff. de aur. & arg. leg. l.* 69. *ff. de V. O. l.* 60 *eod. l.* 8. *pr. ff. mand. l.* 1. *ff. O. I.* Quod limit. 1. niſi dies cer-

tus ſolutioni fuerit præfixus *l.* 22. *ff. de R. C.* §. 2. *I. de V. O. l.* 213. *ff. de V. S. l.* 11. *ff. de re judic. l.* 12. §. 1. *ſi quis cautio. l.* 5. *ff. de condict. triticiar.* Limit. 2. niſi mora commiſſa fuerit *l.* 173. §. 2. *ff. de R. J. l.* 37. *ff. mandat. cap.* 25. *de R. J. in* 6. ita tamen ut terminus ille moræ a quo, late accipiatur uſque ad tempus ſententiæ ceu terminum ad quem; ut omne interim emergens damnum, ſit ejus qui moras nectit. *l.* 3. *ff. de condict. tritic. l.* 3. §. 3. *l.* 21. §. 3. *ff. de act. emt. l.* 8. §. 1. *ff. de cond. furt. l.* 12. §. 1. *ff. ſi quis caut.* Notandum tamen eſt, hoc tempus ſententiæ ſive hunc terminum ad quem, ceſſare ſi æſtimatio mediante jurejurando in litem affectionis peragatur adeoque veram æſtimationem, communem ſcilicet, excedere poſſit, ubi tum in ſtricti juris judiciis terminus ad quem, eſt litis conteſtatio: at in bonæ fidei judiciis, tempus manet ſententiæ *l.* 3. §. 2. *ff. commod.* Dixi plene Diſputatione ſpeciali *ad L. Vinum* 22. *ff. de reb. cred.* De aliis æſtimationibus, vid. §. 7. *ſupr.* & §. 123. 128. 129. & 131. *infr.* & latius Haberkorn. *concurſ. credit. c.* 1. *n.* 100. *ſeqq.*

TIT.

TIT. IV.

De eo quod certo loco dari oportet.

§. 27. Decimo: *Actio de eo quod certo loco dari oportet:* quæ eſt condictio qua actione arbitraria id quod ex cauſa ſtricti juris certo in loco præſtandum erat, facta commemoratione illius loci, quo dari debuit, alio loco petitur & judici æſtimandum committitur quanti interſit quod res deſtinato loco non præſtetur. In Codice libr. 3. tit. 18. eſt: *Ubi conveniatur qui certo loco dare promiſit.* Dicitur *promiſit.* Unde ſequitur, eſſe hanc actionem perſonalem *l.* 25. *de O. ff.* Dixi: *arbitraria. vid.* §. 1. *de act.* Intellige tum 1. ad mentem *d.* §. 31. tum 2. ad ſenſum §. 33. *I. de act.*

§. 28. Hic tenemus, actorem actionem *De eo q. cert. loc.* duntaxat inſtituere poſſe in loco domicilii: alias enim plus tribueretur illi qui uno ſaltem loco ſibi dari pactus eſt quam illi qui nullo adjecto loco ac proinde omnibus in locis ſibi dari quodam modo ſtipulatus eſt; at hic non niſi in loco domicilii vel contractus, non indifferenter quocunque loco, experiri poteſt *l.* 18. §. 1. *& ſ. ff. de judic. l.* 23. *de reb. auct. jud. poſſ.* Zoeſ. *ff. de eo quod cert. loc.* Azo *ſumm. C.*

eod. num. 1. Diſſ. Vultej. *ad l. un. C. h. t.* Alios vid. apud conſentientem Lauterbachium *compend. ff. pagin.* 216.

§. 29. Occurrit heic famoſiſſima *L. Centum Capuæ.* 8. *ff. De eo quod cert. loc.* de qua dixi *Manip.* 3. *num.* 41. *& Bene Dictorum Collat.* 5 §. 8. *& Pericul. Academic. libr.* 2. *c.* 7.

TIT. V.

De pecunia conſtituta.

§. 30. Denique Undecimo: *Actio de conſtituta pecunia:* qua convenitur qui rem quam ante alius vel etiam ipſe debuit, ſe ſoluturum pacto nudo iterato promiſit, ut debito tempore non præſtans, condemnetur promiſſum præſtare. Dixi 4. *aphor.* 53. Dixi *debuit.* Ergo in indebito, huic contractui locus non eſt *l. f. h. t.* Si quis id tamen ſciens conſtituerit, erit locus donationi *arg. l.* 53. *de R. J. l. C. de cond. ind. l.* 35. § *f. C. de don.* Beſold. *delibat. h. n.* 4.

§. 31. Heic tenemus, conſtitutæ pecuniæ reum, beneficio ordinis gaudere: quoniam *Novell.* 4. *cap.* 1. dictum beneficium omnibus interceſſoribus conceditur. Gail. 2. *obſ.* 28. Coler. *proceſſ. executiv. p.* 1. *c.* 10. *n.* 354. *& ſeq.* Diſſ. Cujac. *ad dict. Novell.* debitorque prin-

ci-

cipalis manet obligatus *l.* 28 *h.* Unde ſi conſtitutum per expromiſſionem fiat, beneficium ordinis ceſſat. Beſold. *h. n.* 5.

§. 32. Sed, an ſi duo in ſolidum obligati, proprium illud ſuum debitum conſtituerint, ab uno eorum ſolidum peti, hic autem diviſionis beneficio ſe tueri poſſit? videamus. Sane de Jure ff. huic beneficio locum heic non eſſe video *l.* 16. *pr. ff. de conſt. pecun. l.* 2. *ff. de duob. reis*, neque per *L. ult. C. de conſt. pec.* utpote quæ de iis qui pro *alio* conſtituunt loquitur, id correctum eſſe, ſentio: ſtatuo tamen, ſecundum Novellam 99. utpote quæ omnibus correis beneficium diviſionis indulget, (non ſolis, ut alii putant, confidejuſſoribus ſtricte ita dictis, qui per *ſtipulationem* ſcil. adſumti ſunt: in latiori enim ſignificatione etiam abſque ſtipulatione fidejuſſio peragitur *l.* 4. §. *ult. de fidejuſ. tut. l.* 2. *pr. ad munic. l.* 57. *de don. int. vir. & ux.* Add. 3. *aphor.* 90.) id immutatum eſſe. Dixi Diſput. *de duob. reis cap.* 2. Diſſent. Lauterbach. *comp. ff. pag.* 218. ubi tamen fatetur ſententiam noſtram eſſe communem & praxi receptam.

TIT: VI.

Commodati vel contra.

§. 33. Sequitur Secundus contractuum Nominatorum qui re ineuntur, Com-

modatum *(jung.* §. 2. *ſupra)* quod eſt contractus quo res gratis ad certum uſum alteri conceditur ea lege ut uſu iſto finito eadem res in ſpecie reſtituatur. Simile ei eſt Precarium *l.* 1. §. *f. de Precar.* Differunt tamen *vid. l.* 17. §. 3. *h. junct. l.* 12. *prec.* vid. *Admonit. part.* 6. §. 253.

§. 34. Ad hunc titulum ſolet & de præſtatione doli, culpæ, caſusque tractari. Ubi multum altercantur: an caſum recipiens, etiam teneatur de inſolito? Neg. quoniam pacta obligant ex placito *l.* 1. §. 2. *ff. de pact.* & non debent operari ultra intentionem *l.* 19. *reb. cred.* Add. *l.* 10. §. 1. *de ann. leg. l.* 78. §. *f. de contr. emt. l.* 15. §. 2. *loc. cond.* Alii tamen dict. l. 78. §. f. nobis obſtare ajunt. Quare nota, agi ibi de nivis damno: hoc etſi ſolitum, non præſtatur ex natura contractus *arg. l.* 9. §. 1. *verſ. quia hoc. ff. loc. cond.* Ut ergo inſolitum præſtetur, opus eſt pacto ſpeciali. Opp. etiam. *l.* 9. §. 2. *loc. cond.* Reſp. Si & de inſolito caſu pactum adjectum ſit, & hoc ſervabitur. *l.* 23. *de R. J.* Inſt. *arg. l.* 98. *leg.* 3. Reſp. *arg. l.* 1. §. 2. *& 3. de pact. vid.* Alexander *conſil.* 28. *num.* 19. *vol.* 1. *& conſil.* 108. *n.* 16. *vol.* 3. Gail. 2. *obſ.* 23. *num.* 18. Menoch. 1. *arb. quæſt.* 80. Rauchbar. 2. *quæſt.* 29. *num.* 29. Gothofred. *ad l.* 78 §. *f. de contr. emt. vend.* Sonnemann. *leg. notab. lit F. num.* 2. Hopp. *ad* §. 3. *I. de emt. vend.* Diſſent. Harpprecht. & alleg. *ad.* §. 2. *I. quib. mod. re contrah.*

obl. n. 34. & *latius ad.* §. 5. *I. de loc. cond. n.* 15. *ſeqq.* Quid Cravetta? Hunc pro negante adducit Mencken. *gymnaſ. jur. polem. diſp.* 11. *th.* 15. pro affirmante Wachman. *Juſtin. Controv. diſput.* 23. *theſ.* 9. Sed Cravetta nil decidit, ait enim *conſil.* 294. *num.* 8. §. *infertur ex præmiſſis*: ibi: *Ex quibus vides in hac materia quanta inconſtantia laboraverint Doctores antiqui & moderni inſtar arundinis vento pecuniæ agitatæ. Mutant enim Doctores opinionem conſulendo aviditate æris quandoque potius quam rationum efficacia adducti. Sed non diſputando pro nunc de veritate iſtius dicti &c.* Conf. Marſman. *miliolog. c.* 7. *part.* 2. §. 44.

§. 35. Nec minus elegans diſceptatio eſt, ſi commodans rem commodatam deterioratam ſimpliciter non contradicendo aut proteſtando receperit, an poſſit adhuc actione commodati ad id quod intereſt agere? Aff. *arg. l.* 8. §. 15. *ff. quibus mod. pign. ſolv. l.* 25. *pr. ff. de probat. junct. l.* 7. *ff. de donat. l.* 22. *ff. eod. l* 49. *de ſolut. l.* 44. §. 1. *ff. de O. & A.* Accedit, partis ſolutionem non extinguere integrum debitum. §. 1. *I. quib. mod. toll. oblig.* Item: aliud pro alio ſolvi non poſſe invito. *l.* 2. §. 1. *de reb. cred.* Quod poſterius vult, dominum non poſſe ad rem commodatam deterioratam acceptandam, invitum compelli. Coll. Jur. Argentor. *h. t. th.* 13.

TIT.

TIT. VII.

De Pignoratitia actione vel contra.

§. 36. Tertius inter Contractus qui re contrahuntur (*jung.* §. 2. *ſupra.*) locus aſſignatur Pignori, quod eſt contractus quo res a debitore obligatur & traditur creditori in ſecuritatem crediti eo perſoluto in ſpecie reſtituenda. Ex hoc Contractu oritur Actio Pignoratitia Directa & Contraria. *Rubric. ff. h. t. vid.* 3. *aphor.* 59. A quibus bene diſtinguenda eſt Actio Serviana tum propria tum quaſi ſive hypothecaria: *vid.* §. 7. *I. de act.* & 4. *apbor.* 52. quamvis & hæc interdum *Pignoratitia* vocabulo latius accepto veniat. Vinn. *ad* §. *ult. I. quib. mod. re contrab. obl.* & *latius* 2. *quæſtion.* 6. Adde ſis quæ dixi *Jul. Paul.* §. 12. & *ad Inſtit.* 3. *aph.* 82 *ſeqq.*

§. 37. Quær. An debitor poſt triginta annos actionem Pignoratitiam directam cum effectu recuperandi pignoris, inſtituere poſſit? Affirm. quoniam præſcriptio contra actiones non incipit currere niſi ex tempore illo quo actiones cum effectu coeperunt competere *l.* 1. *in fin. C. de annal. except. l* 7. §. 4. *C. de praſcript.* 30. *annor.* at Actio Pignoratitia cum effectu debitori non naſcitur niſi ſoluto debito. *l.* 9. §. 3.

ff.

ff. de pignor. act. Conf. l. 13 §. 8. *de act. emt.* Et cum jus offerendi debitum hoc caſu conditio ſit *l.* 13. §. 4. *ff. de pignor. & hypothec.* ſequitur, jus offerendi heic non præſcribi *d. l.* 7. §. 4. ratio, quia ut conditio acceſſorium eſt: quod naturam principalis actionis pignoratitiæ ſequi debet. Alii utuntur ea ratione, quod jus offerendi ſit res meræ facultatis, quales res præſcriptionem neſciunt *l.* 2. *ff. de via publ.* Sed non poteſt res meræ facultatis eſſe quæ ex contractu dependet, ut recte Vinnius 2. *ſel. qq.* 6. In theſi nobiſcum ſentiunt Borcholten. & allegg. *de uſur. cap.* 6. *n.* 10 *ſeqq.* Berlich. & allegg. 2. *concluſ.* 3. Pollmann. & allegg. *ad l.* 174. *ff. de R. J.* Pfreundt. & allegg. 1. *diſputat. Baſil.* 3. *theſ.* 6. Diſſent. Vinn. *d.* 2. *ſelect. qq.* 6. Bachov: 5. *de pignor. act* §. 13. *& tr. de actionib. cap.* 3. *part.* 15. §. 1. Goehauſ. 3. *pericul.* 17.

§. 38. Ceterum, pignus eſſe Contractum Realem, communis eſt ſententia, etiam mea: ſcil. poſtquam res tradita eſt. Credo tamen, antequam res tradatur, eſſe contractum eundem conſenſualem, ſive conſenſu ſolo perfici, idque de Jure Prætorio: *per l.* 1. *pr* §. 1. §. 2. *ff. de pignor. action. l.* 17. §. 2. *de pact.* §. 7. *I. de act.* Poſtquam res tradita eſt, contractus adeſt *Civilis.* Vis uſum rei? Do tibi mutuos aureos centum: promittis in genere te velle diſpicere de pignore determinando & mihi po-

ſtea

ſtea pignori tradendo: tu ceſſas tradere: at ego Actione Pignoratitia ad id te compello. Hæc tum eſt ex Contractu Conſenſuali Pignoratitio Prætorio. Plura dixi *Acceſſion. Irner. 2. cap. 1.* Conf. Schrag. *ff. de pignor. act.* §. 3. & quæ dixi §. 126. *infr.* Dixi: *in genere determinando.* Nam ſi in ſpecie pignus ſive hypotheca pacto conſtituta ſit, non egeo hac *perſonali*: cum habeam Servianam vel quaſi, *in rem. d.* §. 7. *I. de actionib.*

§. 39. Lauterbach *h. t.* tractat etiam de Pactis Antichreſeos & Commiſſorio. Sed commodior his ſedes aſſignatur *ad tit.* 1. *libr.* 20. ut vides ex dicti tituli rubrica. Igitur dixi *infra Part.* 4. §. 10. De Antichreſi alii & in capite de Uſuris loquuntur quod earum vices Antichreſis ſubeat. Borcholt. *de uſur. c.* 6. Tu, ad ff. ordinem de Pignoratitia actione præterea nota adhuc duo: (1.) Eam dari ex Pignoris contractu etiam pro alterius debitis inito, ut adeo alter pro alterius debito hoc caſu (regulariter ſecus eſt *l.* 3. *C. ne ux. pro marit. arg. l.* 1. §. 2. *de pact. l.* 11. *de O. & A.*) conveniatur. Quod ipſum & aliis contractibus commune eſt, dum vel negotiationi certæ aliquem præponimus vel ex geſtis ſervorum atque filiorum noſtrorum tenemur. Quæ omnia eo commodius materiæ Pignoratitiæ ſubjiciuntur, quoniam certum eſt, contractus inibi occurrere Prætorios,

etiam conſenſuales, qualis contractus inquam conſenſualis Prætorius ante quam res creditori tradita ſit, ipſum etiam (ut jam § præced. repræſentavi) Pignus eſt. Ceterùm certa illa quam dixi negotiatio vel Maritima eſt vel Terreſtris. Negotiationi maritimæ ſi quem præfecerimus, datur contra nos Actio Exercitoria: a qua, etſi ob negotiationem maritimam maxime affinis, differt tamen adeoque bene diſtinguenda eſt, Condictio ex Lege Rhodia de Jactu. Si autem quem præpoſuerimus negotiationi terreſtri: locus eſſe poteſt Actioni Inſtitoriæ. Sunt autem dictæ Actiones Exercitoria & Inſtitoria, aliarum actionum principalium adjectiones *l. 19. in fin. de in rem verſ.* aut actiones acceſſoriæ, vid. Peck & Vinn. *exerc. act. rubr. lit. b. & ad l. 4. §. 1. lit. b. c.* Plane ſecundum Jus recentius, carere licet iſtis adjectionibus, ex quo placuit, ipſas actiones principales, quibus iſtæ acceſſerunt, directo inſtitui poſſe. *§. ult. I. Quod cum eo q. in al. pot.* Par ratio eſt, quatuor actionum reliquarum, de quibus hoc libro 14. & ſequente 15. agitur: intelligo Tributoriam, De peculio, De in rem verſo, & Quod juſſu. Ex quibus, ſex notabis exceptiones prætorias regulæ quæ vult, alterum ex alterius contractu non obligari. *l. 3. C. ne uxor pro marit.* Jung. *§. 47. infr.*

LIB-

LIBER XIV.

TIT. I.

De Exercitoria actione.

§. 40. Exercitoria (quam §. præcedente memoravi) actio datur iis qui cum magiſtro vel ſubmagiſtro navis, de rebus ad magiſterium ejus pertinentibus contraxerunt, adverſus exercitorem, ad id præſtandum quod vi conventionis illius actoribus debetur. Dixi: *cum magiſtro vel ſubmagiſtro.* Secus enim eſt, ſi cum nautis. *v. l.* 1. §. 2. *h. t. junct. l.* 1. §. 2. *naut. caup. ſtab. & l.* 1. §. 2. *de pact.* Opp. *l. ult. naut. caup. ſtab.* Reſp. *l.* 1. §. 2 *h. junct.* §. 2. *in fin. l. de pœn. tem. lit.* Peck. & Vinn. *ad l.* 1. §. *magiſtrum navis. ff. h. t. lit. b.* Dixi: *ad magiſt. ei. pertinentib.* Ergo, ſecundum præpoſitionis legem. Alias enim præponens non obligatur. *l.* 1. §. 7. *&* 12. *h. t. arg. l.* 19. *de R. J. l.* 1. §. 2. *d. pact.* Ita tamen, ut neceſſario connexa, ſimul cenſeantur mandata: ut ſi armanda ſit navis aut reficienda. *v. l.* 1. §. 7. *l.* 2. *h. t. arg. l.* 2 *de juriſd.* & tranſiri poſſit forma præpoſitionis captioſa. Vinn. *ad Peck. ad l.* 1. §. *magiſtrum autem. h. t. lit. f.*

§. 41.

§. 41. Adde ſis: plures exercitores (eadem ratio eſt tabernariorum v. l. 5. §. 7. inſt. act.) in ſolidum equidem teneri, ſed gaudere beneficio diviſionis ex Nov. 99. Vid. Irner. c. 7. & Acceſſ. Irner. 1. Quoad Mores, idem eſt. v. Grot. 2. jur bell. & pac. 11. §. 13. ubi ratio & ab æquitate, & ab utilitate; cum alias nemo vellet pericula ſubire.

TIT. II.

De Lege Rhodia de jactu.

§. 42. Lex Rhodia (inter alia) cavet, ut ſi levandæ navis gratia, tempeſtate in mari coorta, jactus mercium factus ſit, omnium contributione ſarciatur quod pro omnibus datum eſt l. 1. h. Dixi: omnium. d. l. 1. Ergo & ille tenebitur qui res ſuas navim quam minimum onerantes ſervavit ex. gr. gemmas. l. 2. §. 12. h. Ergo & ipſe navis dominus, ratione navis ſervatæ. v. Laurent. ad jus Rhod. l. 9. Ergo & aſſecurator navis. Ergo & bodemeriam iniens. Sed quod ad duos poſteriores, diſſentiunt mores. v. Wiſſenb. ff. h. th. 6.

§. 43. Dabitur ergo ei cujus merces jactæ, Condictio ex Lege Rhodia arg. d. l. 1. l. 2. §. 6. ff. eod. vid. §. 24. ſupr. Diſſent. alii, qui, ſi absque domini conſenſu jactus factus, actionem negotiorum geſtorum dari exiſtimant. Male. Dicta enim actio tum demum habet locum, quando negotia communia gerens, partem ſuam ſepa-

ratim gerere potuit. *l. 6.* §. 2. *comm. div. l.* 40. *neg. geſt.* atqui hoc caſu non potuit. Alii non niſi actionem locati (quam nec nos excludimus) contra magiſtrum navis concedunt, ut hic ceterorum vectorum merces retineat donec pro contributione ſatis fecerint *arg. l. 2. pr.* & §. 2. *h.* Dixi: *quam nec nos excludimus.* Verum ea non eſt ſemper utilis. Finge unum mercatorum qui navi vehebantur, cum gemmis evaſiſſe. Unde nec tutum eſt remedium ex *l.* 51. *ff. de pecul.* ut ſcil. magiſter actiones ſuas contra convectores cedat. Ceterum Contributio illa cujus *ex l.* 1. *h. t.* mentionem feci, vocatur hodie *Avaria* vel potius *Haveria*, eſt enim a *Haven* & *rei*, quorum prius *portum*, poſterius *ſeriem* notat. Poſterius Germanis etiam *rei* vel *reihe* audit, & occurrit in multis ſimili ſenſu aliis, ex. gr. in *Gaſterei* quod notat *convivarum ſeriem.* Ita & *Stuterei*, equarum ſeries. Ita & *Bodemerei* (de qua Wiſſenbach. *ff. h.* ... & Schottel. *de jur. Germ. ſing. c.* 22.) quaſi uſurarum ſeries in fundum carinæ. An & *Hahnrei* quaſi gallorum ſeries? (etſi aliter Rittershuſ. *de Oſculis ſect. x.*) Ita & contributio ſive *Have-rei* facienda eſt ad *ſeriem* mercium in *portum* delatarum. Eadem ratio erit, ſi cum Schottelio *d. tract. de ſingul. German. jur. cap.* 21. *n.* 2. dicas, illud *ei* crebrioris uſus indicem eſſe, ut in *Vogtei*, *Wuſtenei*, *Gauckelei*, &c. Fitque hæc Havaria pro rata, jux-

juxta canonem: *Quota pars omnium rerum jacta eſt, tantam partem quiſque dat de ſuis rebus.* Veluti ſi navis cum rebus perditis & ſervatis valeat 1000. & Titii merces 100. Hoc caſu contribuet Titius decem. Ergo ſi ipſius Titii merces ejectæ fuerint, recuperabit 90. Nam & ipſe de ſuis centum quæ recuperare, adeoque ſervare vult, conferet (ut alii) partem hoc caſu decimam. *arg. l.* 1. *l.* 2. *pr.* §. 4. *h.* Porro noris (1.) Legem Rhodiam ab inſula Rhodo ita appellari. vid. A. Gell. 7. *noct. Attic.* 3. *& c.* 8. *diſt.* 2. fuiſſeque leges Rhodias plures *d. c.* 8. A. Robert. 2. *rer. judic.* 5. *fin.* conf. *l.* 8. *l.* 9. *h.* Unde Legem Rhodiam *in rubrica h. t.* accipere licet ſenſu plurali, quo ſenſu *ſingulari* appellatione in uſu juris frequenter utimur. *l.* 158. *de V. S.* §. 5. *I. de leg. agn. ſucc.* Add. *Virgin. Flor. c.* 5. §. 1. Eſt autem Jus iſtud Rhodium Maritimum, non tantum a Juſtiniano confirmatum, ſed & jam olim ab aliis approbatum. *l.* ἀξίωσις 9. *h.* de qua adde ſis *Admon. part.* 5. §. 138. vid. Cruſius *ad d. l.* 9. *c.* 12. Poſtea juri Maritimo acceſſit & *Jus Wiſ-bycenſe.* vid. Ol. Magnus *libr.* 10. *c.* 17. Zeiller. *Suecia deſcript. pag.* 164. *ſeq.* ubi ſimul videbis, *Wiſ-bue* eſſe urbem inſulæ Gothlandiæ in mari Balthico. add. Schottel. *dict. tract. c.* 25. §. 5. *& d. c* 21. *in fin.* (2.) Jactu dominia rerum non amitti *l.* 2. §. *f. l.* 8. *h. t.* velut nec naufragio. v. Heemſkerck. *Bat. Arc.*

pag. 290. *ſeqq.* Vid. *auth. Navigia. C. de furt.* At *d. l.* 2. §. *ult.* & *l.* 8. *ff. h. t.* opponitur *l.* 43. §. *pen. de furt.* Sed tu conſidera, dictas l. 2. & l. 8. eſſe in Parte Tertia Pandectarum, conſequenter continere jus *obtinens. Conſtit. Omnem* §. 3. ut conſequenter textus ex Parte ſeptima Pandectarum dicta inquam *l* 43. §. *pen. de furt.* iſtis debeat cedere, & vel exceptionem continere velfabulam antiquam ſapere. (3.) Alias eſſe *Averias* Hiſpanicas de quibus Creſpi de Valdaura *obſervat.* 5. *n.* 269. cum ſint quinta pars condemnationis pecuniariæ ærario Regio debita. Tene magis (4.) cauſas nauticas levato velo tractari. *l.* 5. *C. navic.* Dixi *Adm.* 2: 3. *num.* 1.

TIT. III.

De inſtitoria actione.

§. 44. Actio Inſtitoria eſt Conditio Prætoria quæ datur iis qui cum inſtitore de rebus ad negotiationem terreſtrem cui a tabernario præfectus eſt pertinentibus, contraxerunt, adverſus præponentem ad præſtandum quod vi conventionis illius actoribus debetur. Dixi: *inſtitore.* Etiam, femina. Quin & puella *l.* 8. *h. t.* vid. *de jur. Virgin.* §. 50. Dixi: *negotiationem.* Utilis tamen inſtitoria datur ex procuratoris contractu. *l.* 7. §. 1. *C. quod cum eo. l.* 5. 8. *l.* 19. *h. t.* Nec obſtat *d. l.* 5. §. 10. agit enim de Directa. Dixi: *præfectus.* Intellige,

ſive

ſive mandato ſive per locationem. *l.* 1. *h. t. l.* 1. §. 18. *de exercit. act.* Ergo & tacitæ præpoſitioni hic locus erit. *l.* 18. *mand. l.* 13 §. *ult. loc. cond.* Cum autem præpoſitio ſit facti, ſequitur, quod debeat probari *l.* 10. *C. de non num. pec.* Nec obſtat, dari actionem negotiorum geſtorum *l.* 1. *h. t.* id enim non reſpectu inſtitutionis, ſed negotiorum geſtionis, verum eſt. Dixi: *contraxerunt.* In delictis enim id ſecus eſt. §. 7. *l. mand. l.* 15. *de cond. inſt.* Nec obſtat *l.* 5. §. 8. *h. t.* cum ibi favor religionis ſepulturæ jus ſpeciale inducat, cui libitinarius pollinctorem fidelem debuerat præpoſuiſſe *v. l.* 43. *de relig.*

§. 45. Quær. An inſtitor poſſit ſubſtituere alium? Nego, ſi præponens id prohibuerit: Affirmo, ſi non prohibuerit. *arg. l.* 1. §. 5. *exerc. act. l.* 17. §. 2. *ff. de inſtit. act. l.* 5. §. 17. *eod. l.* 8. §. 3. *mandat. l.* 51. *verſ. multa autem ff. ad L. Aquil.* Nec obſt. *l.* 1. §. 5. § 20. *exercit. act.* Notetur enim, hic quæri de *inſtitore*. Enimvero *magiſter navis* ſubſtituere poteſt etiam invito exercitore. *d. l.* 1. §. 5. quod ſingulari jure ob varios in mari emergentes caſus admiſſum eſt: *contra l. ult. C. de neg. geſt.* v. Kuricke *illuſtr. quaſt. maritim.* 25.

§. 46. Inſtitoriæ Actioni, ſi quis poſt mortem præponentis quam ſcivit, cum inſtitore contraxerit, quamvis defuncto pupillus, furioſus, ſimiliſve, heres extiterit, locum eſſe,

tenemus. *l.* 17. §. 2. *ſeq. ff. de inſt. act. arg. l.* 49. *ff. de O. & A. junct. Nov.* 48. *præf.* Opp. *l. p. de reb. cr.* Reſp. Non agit de inſtitore, cujus, mercaturæ favore, ex Jure Prætorio pinguior natura eſt. *l.* 17. §. 2. *h.* Opp. Mandatum morte extinguitur §. 10. *I. de mand.* Reſp Hoc caſu eſt exceptio Prætoria ob rationem quam dixi. Confer §. 48. *verſ. non heredes. ſupra.* Goth. *ad l.* 17. §. 2. *h. t.*

TIT. IV.

De Tributoria Actione.

§. 47. Ex geſtis filiorum famil. & ſervorum (*vid.* §. 39.) obligamur non equidem indiſtincte §. 10. *I. de act.* ſed tum tantum quando patris dominive voluntas aut expreſſa aut tacita præſumtave concurrit: quod præter præpoſitionem navis & tabernæ, de quibus vidimus tit. 1. & 3. adhuc quatuor modis fit. Puta 1. ſi permiſerimus ipſis in merce peculiari negotiari: tum enim datur contra nos Actio Tributoria. Quod tamen (eadem eſt ratio actionum ſequentium, ut & Exercitoriæ & Inſtitoriæ) notabiliter intelliges, ut non tantum pater ex contractu filiifamil. ſed & ipſe filiusfamilias obligetur. *l.* 39. *O. & A.* ſed ſub limitatione, de qua mox, duplici. 2. Si filiofamilias peculium conceſſimus. Unde tum contra nos datur actio De peculio. 3. Si filius acceptum in rem no-

noſtram verterit: ubi tum contra nos datur actio De in rem verſo. 4. Si juſſerimus ut filius contraheret: Tunc tenemur Actione Quod juſſu.

§. 48. Actio Tributoria eſt Condictio Prætoria quæ datur iis qui cum filiof. vel ſervo contraxerunt adverſus patrem vel dominum (non heredes, niſi quatenus pervenit *l.* 9. §. 2. *h. vid.* §. 1. *verſ. aliquando. l. de perpet.* Conf, VI. §. 253. *n.* 2.) qui ſciverunt filium ſervumve in merce peculiari negotiari, ad mercem illam pro rata inter patrem dominumve, ſi quid eis debeatur, ceterosque creditores, diſtribuendam, aliquando ad doloſe factam diſtributionem corrigendam. Ergo duplex eſt Tributoria. Quod quidem Bergerus *h. t.* negat, ſed refutatur per *l.* 1. *pr. junct. l. f. h. t.* Opp. *l.* 7. §. 2. *l. ult. h.* Reſpond. Agunt de Tributoria poſteriore. Prior petit diviſionem: Poſterior diviſionis factæ, ſed male factæ correctionem. Utraque tamen eſt ex contractu *l.* 1. §. 3. *h. junct. l.* 1. 13. *in fin. depoſ.* Add. *infr. VI.* §. 208. *n.* 1.

§. 49. Duplex illa limitatio de qua ſupra §. 47. admonitum eſt, continetur duobus titulis ff. ſequentibus. Uno: *Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.* Altero: *De Senatusconſulto Macedoniano.*

TIT. V.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicetur.

§. 50. Prior hic titulus & in Codice & in Inſtitutionibus *libr.* 4. *tit.* 7. occurrit, ſed longe alio ſenſu quam hic in Pandectis. Heic enim agitur de favore debitoris filiifamilias qui poſt emancipationem aliamve patriæ poteſtatis ſublationem, vel exheredatus, aut ſi abſtinuerit ſe hereditate patris, non tenetur ex contractu ante geſto, niſi in id quod facere poteſt *l.* 2. *pr. h.* quod Doctores (*vid.* 4. *Aphoriſm.* 64.) vocant *beneficium competentiæ*. Cujus in hac ſpecie ratio claret; ne ſcilicet obærati novelli patresf. nimio onere graventur, itaque reip. oneribus impares fiant. Conf. *Deuteronom.* 24. *verſ.* 5. & Reincking. 3. *bibl. Polic.* 24.

TIT. IV.

De Senatusconſulto Macedoniano.

§. 51. Poſterior autem hic, ſingularem omnino caſum memorat quo filiusfam. omnino non obligatur, puta ſi pecuniam mutuam acceperit, tum enim ei qui mutuam pecuniam dedit, quia hoc contra prohibitionem SC-

SCti Macedoniani fecit, nulla datur actio, & ſi de facto actionem moverit, repellitur exceptione SCti Macedoniani. Dixi: *pecuniam.* Intellige numeratam ſive nummariam. *l.* 3. §. 3. *h.* In aliis enim rebus SCti hujus prohibitio ceſſat, niſi per earum dationem, SCto fraus fiat. *l.* 7. § 3. *h. t.* Add. Or. noſtr. de *Quart. monarch.* ubi de Academia Groningana dixi, Studioſos ultra tres aureos debiti cereviſiarii, & ſex aureos debiti vinarii, unius trimeſtris, non teneri. vid. tamen *Protocoll. Academ. de anno* 1616. 27. *Jun.*

§. 52. Plura dixi 4. *aph.* 68. Heic Quæro: An filius a patria poteſtate per dignitatem liberatus mutuam pecuniam accipiens, deſtitutus ſit exceptione SC. Macedoniani? Aff. quia hoc de ſolis filiisfam. loquitur *l.* 1. *ff. ad Maced.* Adde, quod ii qui in dignitate tali ſunt poſiti, ſibi ipſis acquirere poſſint, ut neceſſe non habeant ad ſolutionem parandam, vitæ parentum inſidiari: ergo ceſſat hic ratio SC. Macedoniani quam vide & tene ſis ex §. *penult. in fin. I. quod cum eo qui in alien poteſt.* Unde & ceſſare arbitramur SC. Macedonianum in filiofamilias qui peculium adventitium irregulare habet. *arg. Novell.* 117. *cap.* 1. de quo dixi 1. *Sicilimentor.* 36. Diſſent. Lauterbach. *compend. pag.* 250.

§. 53. Quær. an filiusfamilias per Macedonianum in conſcientia tutus eſſe queat, maxime ſi

cuniam adhuc habeat ſalvam? Aff. quia uterque & creditor & filius peccavit. *l.* 1. *pr. h. l.* 9. §. 4. *h.* hinc hæc quoad creditorem, ſceleris eſt pœna *d. l.* 9. §. 4. Oldendorp. *de jur. ſingular. c.* 5. apud Gothofred. *prax. Civil. libr.* 1. *pag.* 45. aſt in pœnam delinquendo creditor conſenſit *l.* 1. *de legib. l.* 34. *de jur. fiſc. l.* 52. *de re jud.* at volenti non fit injuria *l.* 1. §. 5. *de injur. l.* 8. §. 1. *de aq. & aq. pluv.* Dixi 1. *Sicil.* 39. Diſſ. Groeneweg. *ad rubr. C. SC. Macedon. n.* 6. Brunnem. *ad. l.* 9. §. 2. *ff. h. t.*

§. 54. An filius a patria poteſtate liberatus, debiti partem ſolvens cenſeatur eo ipſo totum debitum agnoviſſe? Affirm. *l.* 7. §. *pen. &* §. *ult. ff. h. l.* 4. *C. de N. N. P.* Diverſa ratio eſt pignoris dati: hoc enim non habet reſpectum *totius*, ut *pars* habet: cum ſit tantum *acceſſio l.* 43. *ſolut.*

§. 55. Filiusfamilias exceptioni SCti Macedoniani renuntiare non poteſt, cum quilibet renuntiare debeat juri ſuo non alieno *l.* 51. *C. de Epiſc. junct. l.* 11. *ff. de R. J.* at exceptio Macedoniani inducta eſt in favorem patris, non filii §. *penult. in f. I. quod cum eo qui in al. poteſt.* Gothofred. *Prax. Civil. libr.* 2. *pag.* 2038. dixi 4. *Aphor* 68. & 1. *Sicilimentor.* 35. add. Harpprecht. *ad d.* §. *pen. num.* 16. Quæ eadem ratio idem jus jubet eſſe, etſi jurato filiusfamilias renuntiaverit: etiam de Jure Canonico. *c.* 58. *de R. J. in* 6. *c.* 28. *x. de jurejur.* Zoeſ. *ff. ad SC. Macedon. n.* 28.

L I.

LIBER XV.

TIT. I.

De Peculio.

§. 56. **A**ctio de Peculio eſt Condictio Prætoria quæ datur creditori ex contractu cum filiofam. vel ſervo inito, adverſus patrem vel dominum ad ſolvendum debitum hoc, peculio tenus, deducto eo quod patri dominove debetur. §. 4. & 6. *l. quod cum eo qui in alien. pot.*

§. 57. Peculium varie accipitur *vid. l. 5. h. l.* 37. §. 1. *A. R. D. l.* 16. *Treb. l.* 79. §. 1. *leg.* 3. *l.* 9. §. 3. *jur. dot. l.* 31. §. 1. *de donationib. Petron. c.* 8. *edit. Burmann. Menag. amoenit. c.* 3. Aſt hoc loco eſt univerſitas bonorum quam filiusfam. vel ſervus patris vel domini voluntate a ratione eorum ſeperatam habet. *l.* 5. *pecul. l.* 37. §. 1. *A R. D.*

§. 58. Dividitur ratione filiifamilias in tres ſpecies: Profectitium, Adventitium, Caſtrenſe. Profectitium quia antiquitus ſolum notum erat, *peculium* in ſpecie audit *l.* 13. *C. fam. erc.* Hujus adminiſtrationem quando pater filiof. concedit, de eodem, peculio tenus tenetur. Id-

Idque vult hic titulus. Porro Adventitium iterum in Verum vel Quaſi dividi ſolet. Admoneo tamen: Profectitii, Adventitii, Regularis & Irregularis, vocabula in legibus, de Peculio non prædicari. Occurrere potius Peculii in duas ſpecies diviſionem: Paganum, & Caſtrenſe. Et hujus ſubdiviſionem in Verum & QuaſiCaſtrenſe. *l. ult. C. de inoffic. teſtam.* Ubi tum de *Caſtrenſi* tenenda eſt Regula ex *l. 2. ff. ad Macedon.* De *Pagano* autem diſtinctio ex §. 1. *I per quas perſon. cuiq. acq.* nec una limitatio, de qua 2. *Aphoriſm.* 85. *ſeq.* Superioris admonitorii mei uſum videbis vel circa intellectum *legis ult.* § .5. *C. de bon. quæ liber.* Dic, peculium Paganum ibi opponi Caſtrenſi: non autem Adventitium Regulare Irregulari, cum hæc legibus ſint incognita.

§. 59. Quær. An Peculium irregulare adventitium (uti appellatur) ita poſſit conſtitui, ut pater etiam ratione legitimæ portionis uſumfructum non conſequatur? Neg. *per Novell.* 117. *cap.* 1. *vid. Novell.* 22. *c.* 33. *l.* 67. §. 1. *leg.* 2. Dixi *Irner. injur. vapul. coit.* 10.

§. 60. An filiusfamilias de Peculio adventitio irregulari teſtamentum condere valet? Neg. quoniam ipſi deeſt caput familiæ *pr. I. quib. non eſt permiſſ. N. O. Novell.* 22. *c.* 26. *Novell.* 11. *cap.* 1. Dixi 2. *Aphor.* 98.

§. 61. An filio per dignitatem a poteſtate patria liberato, uſusfructus Peculii adventitii re-

regularis patri pereat? *Quid dicendum ſit: profecto hæreo*: inquit Riemer. 8. *quæſt*. 2. Nos tamen hic non hærebimus, ſed reſpondemus affirmative *per l.* 6. *pr. C. de bon. quæ liber. Novell.* 81. *cap.* 2. Nec obſtat, patri uſum fructum per omnem vitam competere *l. f. C. ad Tertull. L. f. C. Commun. de ſucceſſ.* id enim intelligendum eſt, durante ſimul patria poteſtate *l.* 6. *pr. C. de bon. quæ lib. arg. l.* 10. *de opt. legat.* Conf. §. *ſeq.* 62.

TIT. II.

Quando de Peculio actio annalis eſt.

§: 62. Dic an hanc rubricam reſpondendo: Soluta patria poteſtate *l.* 1. *pr. h.* Quod hic ex benignitate Prætoria receptum eſt: cum Jure Civili actio hæc acceſſoria eſſet exſtincta *l.* 2. *de pecul. leg.* Unde tantum annalis eſt, quia contra Jus Civile datur *l.* 35. *de O. & A.* Quin & peculio exſtincto, dabitur tamen hæc actio de acceſſoriis *l. f. h.* Ergo non ſemper acceſſiones exſtinguuntur exſtincto principali. *Conf. Nov.* 115. *c.* 3. *in fin.* Adeo omnis definitio in Jure Civili periculoſa eſt: parum eſt enim ut non ſubverti poſſet *l.* 202. *de R. J.* de quo Paurmeiſter. *de Juriſdict.* 1. *cap.* 2. *n.* 2. & 3.

TIT.

TIT. III.

De in rem verſo.

§. 63. Sequuntur (*jung.* §. 47. *ſupra*) actiones De in rem verſo: &, Quod Juſſu. De illa *vid.* 4. *Aphoriſm.* 68.

TIT IV.

Quod juſſu.

§. 64. Et de hac dixi *dict. aph.* 68. Nota, etiam ratihabitionem eſſe juſſum *l.* 1. §. 6. *h.* etiam Chirographi ſubſcriptionem *l.* 1. §. 4. *h.* ſecus ac fidejuſſio. *d. l.* 1. §. 5. aut ſigillum *l.* 2. *C. de reb. alien.* v. Beſold. *theſaur pract. lit. B. n.* 7.

LIBR XVI.

TIT. I.

Ad SC. Vellejanum.

§. 65. Deinde (*iung.* §. 39) nota (2.) Actionem Pignoratitiam aliquando ceſſare, ut *Primo* contra feminas, quæ pro aliis res ſuas pignori ſuppoſuerunt, quemadmodum & reliquæ ipſarum interceſſiones invalidæ ſunt ex SCto Vellejano. *Secundo* quando principalis obligatio *Compenſatione* ſublata eſt: quæ cum circa omnes contractus vim ſuam exerceat, aſt in Depoſiti contractu ſolo locum non habeat, §. 30. *I. de act.* de ea ante Depoſitum agitur.

§. 66.

§. 66. Senatus Conſultum Vellejanum eſt jus a Senatu Romano, Conſulibus ſuffectis M. Silano & Vellejo Tutore, auctoritate Imperatoris conſtitutum, quo feminis pro aliis intercedentibus auxilium præſtatur ne exinde obligentur. Etſi autem Juſtinianus Jus hoc quoad feminas maritatas confirmaverit & adauxerit: *vid. Auth. Si qua mulier. C. h. t.* Indulſit tamen alia lege quæ eſt *l.* 23. *C. h. t.* feminis in genere, ut in publico inſtrumento & coram tribus teſtibus intercedere poſſint: Neglecta autem hac forma, ut interceſſiones factæ pro non factis habeantur: ea autem adhibita, feminæ obligentur, ſalva exceptione SC. Vellejani.

§. 67. Ceſſat autem Senatus conſultum hoc Vellejanum multis caſibus, quorum aliquos Gloſſa *ad l.* 1. *pr. ff. h. t.* carmine qualiquali incluſit, quod deinde Nicolaus de Materellis apud Sichardum *C. h. t.* ſupplevit. Hoc ego nonnullis in locis mutavi & acceſſionibus auxi, ut prodierit Carmen Legale ſequens:

Si qua interceſſit mulier, quandoque tenetur.
Pro libertate, & pro dote, renuntiet, aut ſi
Decipiat, capiatve aliquid, caveatve ſecundum,
Debenti ſi ſuccedit, ſi debita cepit,
Si jurat pubes, ſi propria commoda geſſit.
Si credens minor eſt aut colluſi inſcius ante.

§. 68.

§. 68. Nunc cape ſis nonnulla ad præmiſſum carmen admonitoria. I. *Si qua mulier.* Hæc verba in uſus meos tranſtuli ex *Auth. Si qua mulier. C. ad SC. Vell.* Etſi autem vox: *mulier:* in hac authentica accipiatur pro maritata, quemadmodum & alibi *mulier* nuptam feminam denotat §. 1. *l. de patr. poteſt.* §. 2. *in fin. l. de uſ. & habit. l.* 11. *de contrah. emt. l.* 11. §. 5. *de act. emt vend. Cicer. Verrin.* 3. Hoc tamen loco in Carmine Legali accepi eandem vocem *mulier*, in ſignificatione laxa & generali, ut præter nuptam, non tantum viduam, ſed & virginem comprehendat. *l.* 195. §. *f. de VS.* Novum quippe non eſt, vocem unam mox generalius, mox ſpecialius accipi. *l.* 55. *de leg.* 3. Interim quo ad nuptas tenenda eſt limitatio ex *d. Auth. Si qua mulier. C. h. t.* de qua vid. 3. *aphor.* 103. add. Berger. *diſputat.* 14. *th* 11. Sequitur in carmine noſtro legali, II. *Interceſſit.* Intercedunt mulieres, quando alienam obligationem in ſe ſuſcipiunt ſive pro aliis reæ fiunt *l.* 2. §. 1. *ad SC. Vellej.* Idque duobus modis: 1. dum *bona* ſua pro alterius debito, pignoridant *l.* 8. *pr. ff. l.* 5. *C. d. t.* 2. dum *perſonam* ſuam pro aliis obligant, ſive *veterem* alterius obligationem, ſive *novam* in ſe ſuſcipiant: Veterem iterum ſuſcipiunt in ſe aut *cumulative*, aut *privative*: ut loquitur Lauterb. *comp. ff. pag.* 266. Cumulative, cum accedunt alterius obligationi,

ex. gr. fidejubendo *d. l.* 2. §. 1. Privative, cum alienam obligationem totam in ſe transferunt ex. gr. expromittendo *l.* 8. §. 8. *d. t.* aut ſi mulier defenſor alicujus in judicio exiſtat *d. l.* 2. §. *ult.* etſi tum prior debitor non niſi exceptionis ope liberetur, cum ſententia non ſit modus obligationem ipſo jure extinguendi. Novam obligationem intercedens mulier in ſe ſuſcipit, ex. gr. cum pecuniam mutuam accipit, alii eandem datura *l.* 8. §. 14. *ff. l.* 4. *C. d. t.* Hæ omnes interceſſiones feminarum, SCto Vellejano in totum reprobantur. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 16. *in fin. ff. d. t.* ut ipſo jure plane invalidæ ſint *l.* 1. *pr. & §.* 1. *ibi: ipſo jure non valent. l.* 2. *pr. d. t. ibi: interdictum junct. l.* 5. *C. de LL. l.* 16. *pr. ibi: contra SCtum, & §.* 1. *ibi: totam oblig. SC. improb. ff. l.* 22. *ibi: nihil præjudic. l.* 23. *C. d. t.* Idque ampliſſimo Ordini ita viſum eſt, propter imbecillitatem fragilitatemque judicii atque conſilii, quæ feminis ſolet adeſſe, eaſdemque contra propria ſæpe commoda laborare facit *d. l.* 2. §. *& ſeq. ff. l.* 22. *C. d. t. l.* 4. *C. de ſponſalib.* Ut prudentiſſime Senatus feminas arcuerit a miſerabili ſponſionum interceſſionumque periculo, ut ex Quintiliano loquitur Grotius 3. *de j. bell. & pac.* 13. §. 4. *n.* 1. Alii doctores rationem vetitarum feminis interceſſionum exinde petunt, quod intercedere ſit munus virile, civile, publicum: a qualibus feminæ per jus Civile re-

 mo-

motæ ſunt. Sed hæc penitius inſpecta, inaniis oppleta apparebunt. Et cogita, qua ratione interceſſio virile eſt officium? Immo videtur magis femineum eſſe: ut feminæ, imbelles (ut ita loquar) damæ, quæ alio modo proximis adjutorium præbere per tuitionem nequeunt, id intercedendo ſaltem peragere poſſint. Quid? annon interceſſionis eadem ante SC. Vellejanum Auguſtique & Claudii tempora (*v. l.* 2 *pr. &* §, 1. *h. t.*) indoles internaque natura fuit? & tum tamen interceſſio ipſis permiſſa fuit, virilibus publicisque quantumvis ipſis ademtis officiis. Quid? ſi interceſſio erat virile publicumque proprie officium, quid opus erat SC. Vellejano, cum jam alia ratione feminæ ab interceſſionibus arcebantur, ut a civilibus virilibusque inquam officiis? Quid? annon ſecundum *l.* 23. *C. d. t.* virile hoc officium ſuſcipere poſſunt, exceptione ſi ipſis lubeat ſalva? Quid? Si virile interceſſio officium eſt, cur virile hoc officium tot caſibus, quos carmen noſtrum exhibet & in ſequentibus probabimus, feminis per Jus Civile ipſum conceditur? vide etiam §. 66. *in fin. ſupra.* Sequitur in Carmine noſtro præmiſſo III. *Pro libertate.* Finge. Servum habeo medicum, cujus pretium eſt ſexaginta aureorum. *l.* 3. *C. commun. de legat. l.* 1. §. 5. *C. de commun. ſervo manum.* Libertatem ipſi impertior, ſi ſexaginta aure-

aureos ſolverit. Fidejubet Titia. Tenetur. *l. pen. C. SC. Vellej.* Libertatis favore multa contra communes Juris regulas antiquos legumlatores ſtatuiſſe, manifeſtum eſt: teſte Juſtiniano. *§. ult. in fin. I. de donat.* Sciant, commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam: inquit idem Juſtinianus *§. 1: in fin. I. de eo cui libert. cauſ.* IV. *Pro dote.* Modo intercedens viginti quinque annis major ſit *l. f. C. ad Vell.* Ratio eſt ſita in dotis favore *d. l. ult.* Conf. *l.* 70. *ff. de j. dot. l.* 85. *de R. J.* Adeo ut & in dubio cauſa dotis cauſis piis adnumeretur *l.* 32. *§.* 2. *de cond. indeb.* Alexand. *ad l.* 23. *§. eo autem ff. ſolut. matr. n.* 10. Ratio, cur dotis cauſa tam favorabilis ſit, colligi poteſt ex *l.* 2. *ff. de j. dot. junct. l.* 7. *§* 3. *de bon. damn. & l.* 1. *§.* 20. *ff. de quaſt.* Sequitur. V. *Renuntiet.* Enimvero ut ſupra vidimus Vellejanum introductum eſt propter feminei ſexus fragilitatem, adeoque in feminarum favorem *l.* 40. *ff. de cond. indeb.* cur ergo favori pro ſe inducto renuntiare non poſſint? ſecundum generalem inquam regulam, quam proponit Imperator *l.* 51. *C. de Epiſc. & Cler.* Conf. *l.* 7. *§.* 14 *ff. l. p. C. d. pact. l.* 41. *de minorib.* Neque exceptio a dicta illa generali regula probari poteſt quod ad beneficia ob ſequioris ſexus fragilitatem inducta, quaſi his renuntiari nequeat, ex ratione, quod eadem imbecillitas & fragilitas adſit renuntiationi quæ inter-

ceſſioni. Vid. Mev. *ad Jus Lubecens. lib.* 1. *tit.* 10 *art.* 3. *n.* 6. Quippe cum hæc ratio per certiorationem (de qua mox) momento ſuo excidat, ut fragilitas illa ſexus non ſit juris naturalis præcipientis, ſed ut per remedia eidem ſuccurri poſſit. Ut tali feminæ de beneficio ſuo edoctæ & obligationem callide reſpuenti, objici poſſit reſcriptum Severi *in l.* 2. §. 3. *h.* quocum confer *l.* 100. §. *ult. de R. J. & l.* 2. *C. Si alien. res pign.* deceptis ſcilicet feminis jura ſuccurrere, non decipientibus: fragilitati feminarum, non calliditati. Malitiis enim hominum indulgendum non eſt. *l.* 38. *de R. V.* Plane, quemadmodum ut aliæ valeant renuntiationes, renuntiantes de beneficiis ſibi competentibus certiorari & edoceri debent. Gail. 2. *obſ.* 77. *n.* 3. ita & idem juris erit quod ad feminas SC. Vellejani quod habent beneficio renuntiaturas. Alias non valeret ſimplex renuntiatio: inquit Gailius *d. n.* 3. Dicit, *ſimplex.* Putat enim, ſi *jurata* fuerit renuntiatio, feminam efficaciter obligari, etiamſi certior de hoc beneficio ſuo facta non fuerit. *d. obſ.* 77. *n.* 10. Quod intellige, modo femina onus probandi, ſe certioratam non fuiſſe, in ſe ſuſcipere nolit. *arg. l.* 15. *de juriſd. l.* 2. *pr. de judic.* Præterea, mulierem SC. Vellejano renuntiare poſſe, manifeſtiſſimis ſpecialibus legibus expreſſum eſt *l. ult.* §. *pen. ff. ad SC. Vell. Nov.* 118. *c.* 5. Item, cum a voluntate mulie-

lieris pendeat an velit SC. Vellejano, poſtquam interceſſit, uti: *l.* 31. *ad Vell.* & ſolvendo voluntatem ſuam declarare poſſit, ne adjuvetur SCto *l.* 8. §. 10. *eod. tit.* cur non & expreſſe paciſcendo *arg. l.* 52. *de cond. & dem.* & in aliis quoque caſibus, quibus non judicium pro eo pro quo interceſſit ſuſcepit (quem caſum habes in *d. l. ult.* §. *pen.*) renuntiare queat, ratio nulla eſt. Adde *l.* 30. *ff. ad SC. Vellejan.* de qua *infra ad verba: ſi decipiat.* Conſentiunt Gail. 2. *obſ.* 77. Carpzov. 2. *conſt.* 16. *def.* 19. Marpurgenſes 1. *Conſil.* 24. Teſſaur. *deciſ.* 222. *num.* 3. Fachin. 2. *contr.* 60. Bronchorſt. 2. *enantioph.* 40. Beyer. *Volckman. emendat. part.* 1. *c.* 36. *n.* 2. & 3. aliique. Diſſentit inter alios Berlichius 2. *concluſ. practic.* 19. *n.* 16 *ſeqq.* ubi opponitur (1.) *l.* 22. *C. ad. SC. Vell.* Sed reſponde, nihil ibi de renuntiatione proponi, ſed de alio caſu, quo mulier intra biennium cautionem, pignus vel interceſſorem, priori ſuæ obligationi adjicit, quæ adjectio mulierem non obligat, cum adhuc retineat SC. Vellejani beneficium, utpote quod renuntiando non remiſit, nec adeo amiſit. (2.) Quod SCti Vellejani exceptio inducta ſit propter fragilitatem feminei ſexus: at talibus beneficiis renuntiari non poſſe. Verum, velut prius amplectimur, ita poſterius jam ſupra negavimus. (3.) *Arg. l.* 19. §. 1. *verſ. diverſum eſt. ff. de novation.* quod

 ſcil-

ſcilicet talis renuntiatio ſit ſimul interceſſio, ad quam eadem facilitate mulier induci poſſit, atque inducta fuit ad interponendam obligationem principem. Sed tu noli credere, ad renuntiationem faciendam feminas eadem facilitate induci poſſe, qua ad obligationem: cum renuntiationem certioratio præcedat, donatio concomitetur, ad quam feminæ propter naturalem avaritiam non adeo pronæ facilesque ſunt *l.* 33. §. 1. *de donat. int. vir. & ux. l* 16. *C. de don. ant. nupt.* Adeo, ut ſi vel maxime talis renuntiatio interceſſionis inſtar præbeat, Jus tamen tales interceſſiones admittat *arg. d. l.* 22. *verſ. ſibi imputet. C. l.* 2. §. 3 *ff. ad Vellej. l.* 110. §. *ult. de R. J. l.* 38. *de R. V.* Vel dic. Renuntiatio eſt interceſſio: ſed non lædens, non damnoſa. At SC. Vellejanum reprobat ſolas interceſſiones lædentes atque damnoſas: At femina renuntians de privilegio ſuo edocta, non eſt læſa; nec damnum ſentire creditur quod ſua culpa ſentit *l.* 203. *de R. J.* (4.) SC. Vellejanum bono publico eſſe inventum, interceſſionemque feminarum bono publico, prohibitam: Cui juri publico privatorum pactis derogari nequeat *l.* 7. §. 16. *l.* 48. *de pact. l.* 27. *R. J.* Reſp. In privatam feminarum utilitatem proxime & immediate id omne introductum eſſe, clare evincit *d. l.* 22. *ibi*: *inputet ſibi. C. ad Vell. l.* 2. §. 2. 3. *ff. d. t. l.* 40 *de cond. indeb.* Inſtas: Paulum tamen ſcribere *in l.* 2. *ff. de jur. dot. Reipu.*

blicæ intereſt, mulieres dotes ſalvas habere, propter quas nubere poſſint. Reſpond. 1. Reip. commodum, eſt ultimus finis, aut ſaltem mediatus: non proximus, non immediatus. 2. Paulus loquitur de ſola dote: at hæc ad feminas innuptas non pertinet. *l.* 3. *de I. dot.* Sed & nuptæ alia bona habent præter dotem, paraphernalia inquam & receptitia. Adhuc ab aliis opponitur (5.) filiumf. SC. Macedoniano renuntiare poſſe: Ergo & feminam SC. Vellejano. Sed negatur hæc conſequentia. *arg. l.* 40. *de cond. ind.* Bronchorſt. *d. aſſert.* 40. (6) Feminas non eſſe fidejuſſores idoneos: at neminem exceptioni ſuæ renuntiare poſſe, niſi ſit fidejuſſor idoneus. *v l.* 7. *pr. & l.* 8. §. 1. *qui ſatiſd. cog.* Verum, poſterius non eſt in allegatis legibus. Sed ibi deprehendo: fidejuſſorem idoneum non eſſe eum qui exceptione gaudeat creditori damnoſa cui nondum renuntiaverit. Certe, hæc propoſitio nihil aliud quod ad feminam concludit, quam eamdem fidejuſſorem idoneam non eſſe, niſi exceptioni ſuæ renuntiaverit, ut per talem renuntiationem idonea evadat. Quod ipſum pro noſtra ſententia mire facit: tantum abeſt ut eam vel in minimo ſubtertenuet. (7.) Femina, ajunt, comparatur minori *d. l.* 8. §. 1. Aſt minor, etſi beneficio ſuo renuntiaverit, contra hanc tamen renuntiationem reſtituitur. Verum non comparatur

tur femina minori per omnia (cum nec ſexui beneficium reſtitutionis concedatur, ceu ætati), ſed in uno tantum, quod uterque non ſit fidejuſſor idoneus. (8.) Intercedere, dicunt, eſt virile, civile, publicumque officium. Sed nos hoc jam ſupra negavimus. Pro illis tamen, dicis tu, facere videntur *l.* 1. §. 1. *l.* 2. §. 1. *ff. ad Vell. l.* 18. *C. de procurator. l.* 2, *de R. J.* Sed ad *d. l.* 1. §. 1. *d. l.* 2. §. 1, reſpondeo, interceſſiones ibidem expreſſe ab officiis virilibus diſtingui, eſſeque ibidem argumentum a minori ad majus tale: Si feminæ a virilibus officiis arcentur, quæ ſæpe ſine jactura ſubſtantiæ peragi poſſunt: multo magis interdicetur ipſis interceſſionis officio, quod jacturam talem & miſerabile (ut ſupra ex Quintiliano & Grotio monui) periculum ſecum trahere adſolet. Porro *l.* 18. *C. de procur.* non agit de interceſſionibus, ſed de matre filium in judicio defenſura. Neque interceſſio eſt defenſio ſemper, ſed aliquando mera adſiſtentia atque acceſſio. Denique quod Doctores vulgo, legem 2 *ff. de R. J.* de interceſſionibus explicant, id mihi nunquam perſuadere potui cum legis mente convenire. Video, dictam legem loqui de mulieribus quæ *pro alio interveniunt*: Sed nego, *intervenire* ibidem idem eſſe quod *intercedere*. Quid enim? Lex agit de officiis civilibus atque publicis: quid cum illis commune habet interceſſio?

Lex

Lex illud: *intervenire:* medium ponit inter *poſtulare* & *procuratorem exiſtere*: Quid rationi magis congruum, quam *intervenire* ibidem intelligere de interventione quæ fit *judicio*, agendo, defendendo, &c. Hoc ſenſu & alibi *intervenire* in legibus accipi, patet ex *l.* 10. §. *f. de in jus voc. l.* 11. §. 2. *de injur. l.* 40. §. 2. *procurator. l.* 3. §. 1. *l.* 5. §. 3. *judicat. ſolv. l.* 17. *damn. inf. l.* 2. *quod cuj. univ. nom.* Etſi non negem, aliquando & pro *intercedere* alibi id poſitum eſſe *l. ult. de minor.* Sed ita in *d. l.* 2. *de R. J.* non accipi, ex dictis conſtat. Et quid ſi largiamur denique, interceſſionem virile munus eſſe, civile item & publicum? Remotæ ſunt a talibus feminæ. Sed quo Jure? Civili. Idem ergo Jus Civile eaſdem iiſdem iterum admovere poterit. Certe in caſu *Novellæ* 118. *c.* 5. feminas & tutelæ & interceſſioni per Juſtinianum admotas eſſe, nemo negat. Si in reliquis undecim caſibus feminæ publici hujus virilisque interceſſionis officii capaces evaſerunt, quæſo quid obſtat ſi undecim caſibus addatur duodecimus, ſi feminæ inquam Vellejano renuntiaverint? Valebit ergo omnibus his caſibus quod eſt in *l.* 1. *de R. J.* regulas aliquando officium ſuum perdere. Ex his apparet, quo jure N. a Salis *ad. l. ult. ff. h. t.* ſententiam hanc ridiculam & ſtolidam vocitet. *Quod ſi quis*, addit, *ex hujus opinionis autoribus*, *clientes cubi-*

cu-

culi ſui aditu prohibiturus, jubeat patulum oſtium ejus occludi, ſed ita ut eiſdem clientibus reſerandi facultas non negetur: an non deſipere jure videbitur? Sed quid ſi unicuique ad reſerandum clavem dederit & quiſque hanc abjecerit ſciens prudenſque. VI *Si decipiat.* Heic quartus caſus eſt, quo SC. Vellejanum ceſſat. Quartus: quia ita Gloſſæ viſum eſt, eo loco eundem collocare. Forte an quod cum Tertio præcedente ſummam affinitatem habet: quippe cum femina renuntians, ſi edocta fuerit, nec ſolvere velit, deceptura intelligatur, aſtutam vapido ſervans ſub pectore vulpem: ut vel ob hanc cauſam, doli, inquam mali, mulier beneficio Vellejani renuntians, obligetur: ut jam monui. Sunt tamen & alia exempla mulieris decipientis. Veluti: Si mulier pro aliquo interceſſit, induens veſtes viriles, ut ſic creditorem deciperet. Quem caſum habet Gloſſa *ad l. Si decipiendi.* 30. *ff. ad SC. Vell. Si decipiendi animo* (inquit Paulus in *d. l.* 30.) *vel cum ſciret ſe non teneri, mulier pro aliquo interceſſerit: exceptio ei SCti non datur. Actionem enim quæ in dolum mulieris competit, ampliſſimus ordo non excludit.* Ecce: *cum ſciret, ſe non teneri.* Applica, ad feminam renuntiantem edoctam, de qua modo egimus. VII. *Capiat aliquid.* Hic Quintus eſt caſus. Gloſſa, habet; *pretium capiat*, &, ut hoc probet, textum adducit in *l. Antiqua.* 23. *C. ad SC. Vellej.* Sed *pretii* nulla in *d. l.* 23. *pr. &*

§. 1. fit mentio. Ut melius feciſſet Gloſſa, ſi ab eadem *pretii* voce abſtinuiſſet. Lex agit de caſu, quo mulier *aliquid, res vel pecunias*, pro interceſſione *accepit*. Unde verſiculum Gloſſæ, *Decipiat, pretium capiat:* mutavi, ut ſit, *Decipiat, capiatve aliquid*. Pretium proprie non niſi in pecunia numerata conſiſtit. §. 2. *I. de emt. vend. l. 9. C. de reſcind. vendit.* & eſt æſtimatio mercis. *l. 1. de contr. emt. l. 2. de rer. perm.* At dicta lex 23 contenta eſt, etſi mulier non pecuniam, ſed res alias acceperit. Præterea pretium ſubjacet reductioni *ex l. 2. C. de reſcind. vend.* Propter hæc, inquam, præſtat, pretii vocem hic non adhibere. Poteſt & retineri, ſi pretii vocabulum latius accipias: veluti pro præmio *l. 5. §. ult. ff. de injur.* Sed cur legem clariſſimis verbis loquentem, ambiguo alio obſcuramus? Quantitatem talis pretii lex 23. non exprimit. Determinabitur ergo prudentis judicis arbitrio *l. 1. §. ult. de jur. delib. l. 135. §. 2. de V. O.* diſpecturi, an diligens paterfamilias pro tali pretio in talem interceſſionem veniſſet. Sichard. *ad tit. C. ad SC. Vellej. n. 20.* IIX. *Caveat ſecundum.* Intellige, ſi poſt biennium, major, iterato ſe ſuave obligaverit *l. 22. C. ad Vell.* Niſi pro marito id fecerit. *auth. Si qua mulier, C. d. t.* Sichard *d. loc. n. 22.* Sequitur in Carmine: *Debenti ſi ſuccedit.* Heic ſeptimus eſt caſus, de quo *v. l. 8. §. 13. h.* Veluti de ſequente Octavo *l. 16. pr. eod.* D-

Nono vide ſis ſupra *Admon. Part.* 1. §. 215. *verſ. vides in verſiculis.* De Decimo *l.* 11. *ff junct. l.* 2. *C. h. t.* De undecimo *l.* 12. *de minorib.* Vides denique in carmine caſum duodecimum in verbis: *aut colluſi inſcius ante.* Audi Paulum *in l.* 11. *ff. ad Vell. Si mulier tanquam in uſus ſuos pecuniam acceperit, alii creditura, non eſt locus ſenatus conſulto: Alioquin nemo cum feminis contraheret, quia ignorari poteſt quid actura ſint.* Conf. Ulpian. *in l.* 4 *ff. d. t.* Amplia, etſi creditor antea ignorans poſtea reſciverit. *arg. l.* 1. §. 13. *in fin. depoſ. d. l.* 4 *ibi: ab initio. h. t.* de quali ſcientiæ ſuperventu, cape *l.* 13. *C. eod.* fruſtra ut nonnulli ex Hotomanno 6. *obſervat.* 2. in *d. l.* 13. pro *licet* legendum eſſe contendant *niſi.* Per ſupra viſum *colluſi*, intelligere potes *colluſum* vel *colluſium l.* 8. §. 1. *ff. mand.*

TIT. II.

De Compenſationibus.

§. 69. Compenſatio eſt debiti & crediti inter ſe contributio, ipſo jure, mutuum ex eadem cauſa debitum tollendi gratia facta. *l.* 1. *h. l.* 4. *l. f. C. h. t.* §. 30. *&* 39. *I. de act.* Dixi: *ipſo jure.* Nec obſtat, debere eam tamen *objici. l.* 13. *h.* nec enim opponitur ad debitum extinguendum: ſed ut judici indicetur, eſſe id

jam

jam exſtinctum. Dixi: *ex eadem cauſa*. Ita enim & Juſtinianus in *d.* §. 39. Intellige *eandem*, non ratione cauſæ debendi, nam & ex diverſis cauſis, excepta depoſiti cauſa, compenſationem admittendam eſſe, docet §. 30. *I. act.* Sed *eandem* reſpectu *utilitatis*, pro qua vox cauſæ etiam alibi accipitur §. 33. *I. de off. judic. junct. l. 9. §. ult. ad exhibend.* hujus igitur intuitu debet eſſe eadem id eſt una alteri eſſe æqualis: ita quantitas compenſatur cum quantitate, genus cum genere, ſpecies cum eadem ſpecie, paria delicta cum paribus, & ubique cum debitum a parte utraque *idem* eſt: non ergo ſpecies cum genere, aut quantitate, aut ſpecie diverſa. Unde patet, aliam eſſe Retentionem. Hæc enim nec 1. ipſo jure debitum exſtinguit: nec 2. eandem cauſam requirit. *vid. infra. part. 7 §. 17.*

§. 70. Quær. An & ille compenſare poſſit, qui ſe ſoluturum juravit? Aff. *arg. l. 4. C. h. l. 4. §. 7. ff. de re judic. l. 10. in f. pr. ff. de comp. l. 4. ff. qui pot. in pign.* etiam de jure Canonico *arg. c. 1. x. de nov. oper. nunc.* Niſi vel 1. tempore juramenti jam mutuum debitum adfuerit, vel 2. Juramentum de *reali* ſolutione conceptum fuerit aut de eadem ſaltim intelligi poſſit, ex. gr. ſi debitor pignus ferens fructus (ex quorum perceptione debitum mutuum enaſci poteſt) creditori tradat juretque ſe antequam pecuniam ſolvat, creditori ſuper pignore moleſtum eſſe nolle: *C. 7. x. jurej.* vid Mæſtert. *tr. de*

compenſat. quæſt. 12. Etſi autem poſterior exceptio etiam ex Jure Civili confirmari poſſit *arg. l.* 19. *pr. de cond. & dem. l.* 2. *pr. de pact.* Prior tamen, dicto Jure civili non obtinet *l.* 2. *l.* 3. *h. t. l.* 8. *de dol. mal. & met. exc. l.* 18. *pr. h. t.* Ant. Matthæ. *ff. diſp.* 20. *th.* 11. Fachin. 1. *contr.* 7.

§. 71. Procurator in rem ſuam ſive ceſſionarius compenſare poteſt ante litem conteſtatam: quoniam ante litem conteſtatam, utili actione jam ſuo nomine gaudet, *l.* 1. *C. de O. & A. l.* 55. *ff. de procur.* quæ revocari nequit *l.* 25. §. *f. proc. l.* 21. *C. mand.* Nec obſtat, quod litis conteſtatæ mentionem faciat JC. in *l.* 18. *pr. h.* Comprehendere enim voluit caſum magis dubium. *arg. l.* 3. §. 11. *pec.* Poterat enim dubitari annon per litis conteſtationem eſſet facta novatio. Sed ratio decidendi patet ex *l.* 86. *& ſeq. de R. J.* vid: ſupra *Part.* 2. §. 5. Sande *tr. de act. ceſſ. c.* 10. *n.* 12. *& ſeq.*

§. 72. Sed an ceſſionario objici poterit compenſatio debiti quod ante ceſſionem obſtabat cedenti? Affirm. plus enim juris in alium conferre non potuit quam ipſe habuit *arg. l.* 4. *C. de comp. l.* 76. *ff. de ſolut. l.* 54. *ff. de R. J.* ſive ſcilicet ceſſionarius agat utili ſive directa actione, item ſive ceſſio facta ſit ex cauſa lucrativa ſive onerosa: ſive neceſſario, ſive voluntarie. tum quia ubique ex æquo obtinet ratio quam dixi: tum & altera quod compenſatio ipſo jure

fiat

fiat. Nec obloquuntur *l.* 33. §. *f. l.* 34. *proc.* agunt enim de reconventione, cujus alia ratio eſt: cum debitum *ipſo jure* non extinguat. vid. *Admon. I.* 95. Conf. *l* 4. § 27. 29. 30. *de dol. mal. exc.* Sande *d. c.* 10. Mæſtert. *d. tr. q.* 7. Huberi Carpzoviique inconſtantiam vide ſis apud Bergerum *ad Laut. h t. add. poſt qu.* 1. Conf. de *Jur. Virgin.* §. 65.

§. 73. Et debitum naturale compenſationi locum facit: habet enim compenſatio ex æquitate originem, *l.* 18. *pr. h.* add. *l.* 6 *ff. de comp. arg. l.* 84 §. 1. *ff. de R J.* Intelligimus hic autem debitum naturale *efficax*, id eſt quod omnes obligationis Civilis effectus habet, excepta unica actione puta ad petendum. Datur enim ob idem actio ad repetendum: nempe Condictio indebiti. Eſt enim efficax, ut dixi. Unde non obſtat de obligatione inefficace loquens *l.* 2. *C. h.* Cumque actio hic non ſit, ſequitur nec eam exceptione perimi poſſe: conſequenter non obſtare legem 14. *ff. h. t.* Vid. Pichard. *ad* §. 30. *I. de act. n.* 11. *ſeqq.* Vinn. 1. *quæſtion.* 49.

§. 74. Etiam genus cum genere recte compenſatur *l.* 4. *C. h. arg. l.* 37. §. 1. *ff de leg.* 1. *l.* 35. §. 1. & 2. *C. de donat. l. ult.* §. 1. *C. comm. de legat. l.* 39. *f. ſolut. matr. l* 78. *pr. de her. inſt. & ibi* Gothofr. *not.* Etſi enim genus omnes ſpecies complectatur *l.* 66. §. 3. *de leg.* 2. eſt ea tamen complexio utrimque par. Sed ſpeciei cum ſpe-

cie

cie vel quantitate, compenſationem nullam eſſe, vult ſpecierum nimia inter ſe diſparitas. *l.* 4. *&* 12. *C. de compenſ. l.* 5. *ff. de imp. in r. dot fact. l.* 18. *ff. de pign. act. Vid.* §. 69. *ſupra.* tum &, ne invito creditori aliud pro alio ſolvatur *l.* 2. §. 1. *reb. cred.* Veluti paritas iterum præſto eſt: ſi locum ſpeciei debitæ æſtimatio ſubeat: quomodo cape ſis *l.* 1. §. *p. ſi pars her. l.* 22. *h.* §. 30. *I. act. l.* 18. §. 4. *commod. l. f. C. h. t. l.* 7. §. 5. *ſol. matr.* aut ex ſpecie vel corpore ex. gr. poſſeſſione id eſt fundo quem quis poſſidet, quis quid perceperit aut conſumſerit. *d. l. f.* §. *f. C. h.* vid. Bockelm. *ff. h. t. n.* 3. Pollman. & allegg. *ad* §. 30. *I. de act. n.* 23. *& ſeqq.*

§. 75. An reus compenſationem ex cauſa non liquida per modum exceptionis initio litis opponens, audiendus eſt? Neg. quoniam in illiquidis nec ante D. Marcum nec poſt eum exceptio compenſationis locum habuit: & Juſtiniani mutatio, ſublata hic differentia actionum bonæ fidei & ſtricti juris, non niſi compenſationem *ſubſiſtentem* concernit: in debitis, inquam, liquidis *l. f. C. h.* §. 30. *I. de act. add. l.* 4. *C. h.* ut regulæ de exceptionibus loquentes, huc applicari nequeant: utpote cum exceptio in illiquidis ſit nulla, cum requirat compenſationem debitorum liquidorum, quæ hic deeſt. Unde evaneſcit argumentum ex. *l.* 9. *C. de exc.* exceptionem nempe initio conteſtatam intra

quod-

quodvis tempus probari poſſe. Etſi & præterea reſponſio parata eſt ex *l. 80. de R. J.* Certe Juſtinianus legem ſuam *l. f. C. h.* indiſtincte tulit, unde & ita capienda: & abſque ulla D. Marci mentione. Mæſtert. *de compenſat. quæſt.* 15. Diſſ. Vinn. 1. *q.* 50.

§. 76. In *commodato* Compenſationem locum habere, credo *arg.* §. 30. *ibi: ſola. l. de act.* puta, ſi quantitas a commodatario præſtanda veniat: finge ex. gr. rem commodatam culpa commodatarii periiſſe. Obſt. *l. ult. C. commod.* Reſp. 1. accipi poſſe de *Retentione* quam quis ex alia cauſa quam ob impenſas (aut has illiquidas, *ibi: prætextu. Vid. Admonitor. part.* 7. §. 17.) factas inſtituere male ſatagat, *per l.* 59. *ff. de furt. l.* 18. §. *ult. ff. commod.* Exemplum dat Bronchorſt. 2. *enantioph.* 42. Reſp. 2. ſi dictam l. ult. quis ſimul de *Compenſatione* intelligi debere contendit, capienda eadem erit de debito illiquido, loquitur enim de *prætextu* debiti. *Conf. d.* §. 30. *ibi: non jure aperto nituntur.* Aſt 3. correctio dictæ legis ultimæ, ut pro *Commodati* ibi legas *Commendati* (intelligendo *Depoſitum* v. §. 79. *infra*) nil eſt niſi corruptio, *arg. rubr. C. d. t.* Add. Pollman. *ad d.* §. 30. *n.* 30. & Bronchorſt *d. aſſ.* 42. qui etſi ibi in inſcriptione diſſentire videatur, inſpecto tamen ſubjecto contextu re vera nobiſcum ſentit. Sunt adhuc 4. qui *dictam l. ult.* de *ſpecie* commo-

data accipiant. Pichard. *ad d.* §. 30. *n.* 37. *ſeqq.*

§. 77. Compenſationem opponens, debitum ſuum cum effectu aliquo nocivo non cenſetur fateri: cum excipiens non habeat animum ſe obſtringendi, ſed liberandi: at ultra intentionem actus agentium operari non debent *l.* 19. *pr. ff. de reb. credit. l.* 19. *ff. de legat.* 1. *l.* 3. *ff. de teſtam mil. l.* 9. *ff. de except. c.* 63. *de R. J. in* 6. ut ob id fruſtra (cum hic debitum mutuum ſubeſſe negetur *d. l.* 9. *de exc.*) quis allegēt indolem compenſationis ex *l.* 1. *h.* Diſſ. Lauterbach. *compend. p.* 276. *&* *ibi* Berger. *in reſol. leg.*

TIT. III.

Depoſiti vel contra.

§. 78. Reſtat (*vid.* §. 2. *ſupra.*) Quartus Contractus eorum qui Re contrahuntur, Depoſitum: de quo *vid.* 3. *Aph.* 79. *ſeqq.* ubi & diviſiones. Adde: Dividi etiam in Judiciale & Extrajudiciale. Illius ſpecies non tantum eſt aliquando ſequeſtrum, quo de ibi egi: Sed & Depoſitum Juris: de quo *l.* 9. *C. de ſolut. l.* 19. *C. de Uſur.*

§ 79. Deponere cum nihil aliud ſit quam commendare *l.* 24. *l.* 26. *ff. depoſ. l.* 6. *l.* 9. *C. eod.*

eod. l. 186. *ff. de V. S.* res autem immobiles ſane commendari aliis ſæpe debeant & poſſint, ſequitur, etiam rerum immobilium proprie eſſe depoſitum. Quemadmodum & res ſe moventes, etſi non *ponantur*, recte tamen *deponuntur.* vid. *l.* 1. §. *f. lib. exh.* Sed & res immobiles dicuntur *poſitæ. pr. I. quib alien. lic.* Dixi de *J. Virgin.* §. 48. & *ad Laut.* 2. *Sicilimentor.* 91. & 92. Add. Feltman. *reſponſ. milit.* 3. *n.* 23. *ſeqq.* Kreſſ. *ſpecim. juriſprud. civ. lib.* 3 *tit.* 11. §. 10. Bejer. *Volck. emendat. part.* 1. *c.* 38. *num.* 1. ubi tamen male negat in *l. f.* § 4. *de P. V.* (hanc enim diſſentientes nobis opponunt) agi de re *immobili.* Tu dic, dictum equidem textum de re quidem *immobili* loqui, ſed non de re immobili *cuſtodienda.* At cum de cuſtodia loquitur, agere tum de pecunia quam quis ſuo nomine exigi, primiter mandavit, deinde autem cuſtodiæ mandatarii commiſit. Eſt ergo ibi mandatum cum ſubſequente depoſito. Manebit id tamen in dubio Mandatum *arg. l.* 1. §. 13. *in f. depoſ. l.* 23. §. 8. *l. Aquil.* Uſus controverſiæ eſt circa præſtationem *culpæ*, quam in mandato Bejerus vult præſtari *levem*: Feltmannus & Kreſſius *leviſſimam*: cum in Depoſito præſtetur tantum *lata.* At nos hanc differentiam non agnoſcimus, cum eadem ratio in Depoſito Mandatoque ſolam regulariter culpam latam

præſtari debere depoſtulet. *vid.* §. 83. *n.* 3. *infr.* Ut controverſiam hanc otioſis liceat connumerare. Diſſ. D. Stryck. *intereſſ. controverſ. c.* 10. §. 26.

§. 80. Depoſitarium propter impenſas neceſſarias retinere depoſitum poſſe, negamus *per l. pen. C. depoſ.* Sriciliment. noſtr. *Manipul. num.* 99. Ad *arg. ex l.* 18. §. *fin. commod. junct. l.* 156 §. 1. *d. R. J.* Reſp. *arg. l.* 80. *d. t. conf.* §. 76. *ſupr. & infra Adm. part.* 7. §. 17. Eodem modo reſpond. (1.) ad *l.* 20. *inf. de acq. poſſ. l.* 15. §. 2. *l.* 59. *de furt.* (2.) ad *l.* 38. *her. pet. l.* 5. *de imp. in rem. dot.* Quarum illæ jus pignoris ob impenſas dant: hæ, impenſas partem rei conſtituere volunt. add. Hipp. a Collibus *ad d. l.* 156. §. 1. *fin. de R. J.* Diſſent. Vinn. 1. *q.* 51.

§. 81. Neceſſariam ſequeſtrationem uti regulariter (ſecus enim eſt, ſi metus dilapidationis, fugæ, raptus virginis, ſimilisve cauſa ſubſit. *vid. l.* 7. §. *f. qui ſatisd. l.* 22. §. 8. *ſol. matr. l.* 21. §. *f. appell. c.* 14. *x. de ſponſal.*) prohibitam eſſe, credimus *per l. un. C. de prohib. ſequeſtr.* ubi Imperatores rationem addunt: *Oportet enim debitorem primo convinci & ſic deinde ad ſolutionem pulſari.* add. *arg. l.* 58. *ff. de re judicat. l.* 9. *C. de O. & A.* Ita eam prohibitionem non ſolum de pecunia ſed & aliis rebus ſequeſtrandis intelligimus *arg. d. l. un. junct. l.* 5. *l.* 178. *l.* 222. *V. S.* Opp. Atqui in pecu-

nia

nia ratio ſpecialis eſt quod non pereat. Reſp. 1. hanc rationem Imperatores in *d. l. un.* non adhibent, ſed longe aliam, ut vidimus. 2. Eadem ratio eſſet in re qualibet fungibili. 3. Poteſt debitor deſinere ſolvendo eſſe adeoque creditori magis cavetur per ſequeſtrationem.

LIBER XVII.

TIT. I.

Mandati vel contra.

§. 82. Progredimur nunc (*jung.* §. 1. *ſupra*) ad contractus conſenſuales id eſt qui obligationem ex *ſolo* conſenſu producunt. Horum de Jure Civili, prout a Prætorio ceteriſque diſtinguitur, ſunt non niſi quatuor: 1. Mandatum. 2. Societas. 3. Emtio Venditio. 4. Locatio Conductio. Legiſlator Emphyteuſin heic ignorat. Doctores addunt. Male! *v. Admon. part.* 3. §. 38. *&* 3. *aph.* 106. 107. & 126.

83. Mandatum eſt Contractus de negotio alterius gratis expediendo. Dixi 3. *a.* 136. *ſeqq.* Eſſe mandatum contractum bonæ fidei, ex §. 28. *I. de act.* patet, Nec obſtat *l.* 5. *h. t.* reſpicit enim contrahentes inter ſe. §. 8. *I. h.* At *d.* §. 28. reſpicit judicem §. 30. *I. eod.* Man-

 datum

datum eſſe aliquod præſumtum, præſumtione inquam Juris (non ſimul de Jure: nam & cautione de rato confirmari debet) quoad Parentes & Liberos, Cognatos ſecundi gradus, & qui eadem neceſſitudine affines ſunt, item quoad maritum, libertos, & litis conſortes, conſtat, ex *l.* 35. *procurat. l.* 12. *l.* 21. *C. eod. l. f. C. de conſort. ejuſd. lit.* Lauterb. *ff proc.* §. 21. *ſeqq.* add. *Admon. part.* 1. §. 185. Dixi: *ſecundi gradus.* Ergo in Patruo aliiſque thiis ceſſat; niſi alia concurrant. vid. Feltman. 2. *deciſion* 5. *n.* 12. Dixi: *maritum.* Lauterbachius *d. l.* addit: *& uxorem.* Quod de Jure Civili falſum eſt. *d. l.* 21. Interim notandum ex eodem, mariti præſumtum mandatum, intelligi debere quod ad bona uxoris receptitia, nam in bonis dotalibus & paraphernalibus uxoris, habet maritus mandatum certum, ut nec dictam cautionem de rato præſtare teneatur *l. f. C. de pact. conv. l.* 24. *rer. amot. vid. d.* §. 185. *in fin.* Alii Doctores, veluti Lauterbach *d. loc.* circa res *dotales* utuntur ratione, quod maritus earum dominus ſit: eamque probare nituntur *d. l.* 24. *rer. amot.* Verum hæc lex eidem expreſſe obſtat, cum res *dotales* rebus *propriis* opponat. Præterea adhuc admoneo (1.) Mandatum morte mandantis quidem exſtingui. §. 10. *l. h. t. l.* 57. *ff. h. t.* ſed id ſecus eſſe ſi res amplius integra non ſit. *d.* §. 10. eoque pertinere *l.* 6. §. 6. *de*

his qui not. inf. Item in caſu *l.* 17. §. 2. *de inſtitor. act.* de quo *vid.* §. 46. *ſupr.* Item judicibus datis. *v. l.* 49. §. 1. *judic.* Nec non in *l.* 57. *h. t.* de qua extat Collatio, inter Dn. Zaunſchlifferum & me inſtituta in Operibus Juridicis præfati Cl. Zaunſchlifferi *part.* 1. *n.* 13. & Benedict. noſtr. *collat.* 2. de qua Dn. Thyllius *ad Gail.* 1. *obſerv.* 46. Alias exceptiones exhibui *libr.* 3. *aph.* 143. (2.) Plures mandatarios teneri in ſolidum, ſecundum *l.* 60. §. 2. *h.* hodie tamen eoſdem gaudere beneficio diviſionis ex Nov. 99. Circa quam Novellam equidem opinio mea diſplicuit Dn. Cornelio van Eck, ſed reſpondere Viro Cl. conatus fui *Irner. inj. vap. coit.* 7. & *Bened. coll.* 3. Sic ſoleo honeſtos. Quin & beneficio Ordinis mandatarios gaudere *arg. l. f. C. de div. tut.* cenſet Dn. Bockelman. *ff. h. n.* 14. (3.) In mandato culpam præſtari latam, vult *l.* 8. §. *ult. l.* 10. *pr. h.* immo & textus per quem communiter diſſentiunt in *l.* 21. *C. mand.* agit enim de culpa ex qua infamia poſſit ſequi quod in nullam culpam niſi latam cadere poteſt. Dixi 3. *aph.* 64. Alii mandatario levis, alii leviſſimæ culpæ præſtationem addicunt. vid. Du Bois *ad l.* 23. *de R. J. c.* 12. *ſeq.* & quæ dixi §. 79. *ſupra.*

§. 84. Etiam repetere lubet quæſtionem, an mandatum cum libera generale, in ſe & ea contineat quæ alias ſpeciale mandatum requirunt?

runt? Affirm. tum per ea quæ dixi *Adm. Part.* 1. §. 183. tum *arg.* §. 42. *I. de rer. div. l.* 16. *C. de procur. junct. l.* 58. *l.* 60. *l.* 63. *de procur. l.* 9. §. 4 *A. R. D. l.* 17. §. *f. l.* 34. §. 1. *de jurej.* Salvis tamen limitationibus, veluti, ut bona fide agatur, nec ea agantur quæ dominus veroſimiliter non eſſet ipſe acturus: veluti ut donatio fiat, aut indebitum acceptetur, ut in re non dubia non transigatur *l.* 7. §. 1. *donat. l.* 6. §. 1. *cond. jud. l.* 60. §. *f. proc.* aut maximi momenti res vertatur *arg. l.* 25. §. 5. *de A. vel O. her.* Vid. Struv. *ff. de procur. th.* 25. *& ibi evol.* Alexander 6. *conſil.* 133. *n.* 2. Harpprecht. *ad I. de mand. pr. n.* 27. *ſeqq.* Wurmſer. *nucl. jur. contr. tit. de mandat.* 1. *contr.* 1. aliique apud diſſentientem Mozzium *de diviſ. mandat. n.* 55.

TIT. II.

Pro ſocio.

§. 85. Societas eſt contractus de rebus quæſtus cauſa communicandis. Dixi: *rebus.* Unde Societas Conjugum huc non pertinet. Hæc enim non niſi *vita* eſt *l.* 1. *rer. amot. junct.* §. 1. *I. de patr. pot.* &, qui ad eam pertinet & coarctatur, *uſus*: hujus enim tantum eſt communicatio *l.* 1. *de rit. nupt.* non autem dominii communio. *l.* 30. *C de j. dot.* niſi & hæc ſpecialiter inducta ſit aut pacto convento *l.* 17. §. 1. *ſolut matrim.*

trim. l. 16. §. *f. alim. legat.* aut Jure Patrio. *vid.* 2. *aph.* 26. Dixi: *quæſtus.* intellige: *honeſti. l.* 57. *h. t. l.* 35. §. 2. *de contr. emt.* Opp. *l. ult. d. colleg. & corpor.* Reſpond. per *l.* 42. *de V. S. l.* 12. *de offic. præſid.* vid. Grot. *de jur. bell. & pac.* *II.* 15: 5. *& III.* 3: 2, Plura dixi 3. *aph.* 129. *ſeqq.* Add. *ſupra Part.* 2. §. 124. *n.* 6. *ſeq. & infra Part.* 6. §. 182. *in fin. & Part.* 7. §. 109. Heic adhuc collocamus ſequentia. Veluti: Socium ſocio præſtare culpam levem. *arg. l* 5. § 2. *commod.* v. Cornel. *ad Dyn. c.* 86. *R.* 7. *in* 6. Diſſ. Bronchorſt. 2. *aſſert.* 33. §. *Quartum argum.* Bachov. *ad* §. 1. *I. h. t.* Opp. *l.* 72. *h.* Reſp. Eſt pro nobis. ibi: *ſuis rebus.* 3. *aph.* 62.

§. 86. Si unus ex ſociis communi negotiationi omnium conſenſu præpoſitus, cum Extraneo ſive Non-ſocio contraxerit, ceteros ſocios ſuos obligat & quidem in ſolidum: eſt enim ille unus ceterorum quaſi inſtitor aut magiſter: at hi præponentes in ſolidum obligant *l.* 4. §. 1. *ff. exercit. act.* Nec obſtat. *l.* 24. *h. t.* quæ vult *periculum* hoc caſu debere eſſe *commune.* Reſp. enim, per regreſſum quem ſocius ſolidum ſolvens, contra ſocios habet, id fieri commune. Maranta *ſpec. part.* 4. *diſt.* 9. *n.* 49. Dixi *Sicilim. Manip.* 3. *ad paginam* 297. ubi & limitatio notabilis, modo ſcilicet præpoſitus ille unus præpoſitionis legem obſervaverit: quam ſi neglexerit, ut tum ſocii reliqui nec in ſolidum nec

pro parte ſed plane non obligentur: ad quam limitationem pertinere famoſiſſimum textum in *l. 69. ff. pro ſoc.* demonſtravi *dict. Man. 3. d. loco* & contra Lynckerum tueor *Bened coll. 7. & Virg. Florentin. c. 1.*

§. 87. Nec dubito quin Societas ita contrahi poſſit, ut lucri damnive partes ſint inæquales, cum æquales ſunt collationes: aut ut æquales ſint lucri damnive partes ubi collationes ſunt inæquales *per §. 1. I. de ſociet. l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 23. ff. de R. J. l. 38. ff. de contr. emt. l. 46. d. pact. l. 71. L. Falcid. l. 27. R. J.* idemque volunt textus quos vulgo objiciunt. Intelligo *l. 29. pr. h. & l. 63. h.* Nam in priore eſt, *vel cujuſcunque alterius rei cauſa.* Ergo & benevolentiæ. Nec hanc reſpuit immo ſuadet jus fraternitatis de quo *d. l. 63. h. t.* Vinn. 1. *ſelect. quaſt. 53.*

§. 88. Quod ſi nihil ſit pactum conventum, partes æquales in lucro damnoque obtinebunt, *§. 1. I. h. l. 29. pr. h.* quam tamen æqualitatem intelliges ſecundum proportionem Geometricam *arg. l. 6. l. 80. h.* cum ſocietas ſit contractus bonæ fidei, in quo & multa non expreſſa præſtantur. *l. 7. ff. de neg. geſt. l. 17. C. loc.*

§. 89. Sed an ipſius ſortis in ſocietatem collatæ in dubio dominium communicatum cenſeri debeat? ambigitur: nos affirmamus *per l. 1. §. 1. l. 2. l. 51. pr. l. 52. §. 3. ff. pro ſoc.* Schilter. *ff. d. t. th. 2. ſeqq.* Quod tamen limitandum

tandum cenſeo quoad caſum quo alter pecuniam, alter autem non niſi operam confert: cum enim operam conferens, non ipſam artem conferat, ſed artis duntaxat ſuæ *velamentum*, ut ait *l.* 52. §. 2. *ff. pro ſoc.* id eſt, artis ſuæ quaſi *vela* aut *velorum* apparatum quo ars ad *velificandum* ſocietatis quæſtui apta reddatur: ut velamentum a velis dicatur: veluti *velatura* apud Varronem merces eſt, quæ pro navigatione facta ſolvitur. Sequitur in dubio & regulariter (aliud enim dicendum, ſi opera tam ſit pretioſa, ut non tantum uſui pecuniæ, ſed & ipſi capiti ſit æqualis: veluti ſi quis naviget & pericula ſubeat ſolus. *vid. arg. l.* 5. §. 1. *l.* 29. §. 1. *h.*) pecuniam hoc caſu conferentem, non ipſam pecuniam ſed ejuſdem duntaxat velamenta conferre itidem voluiſſe: *arg.* §. 1. *I. de ſociet. junct. rubr. ff. quod quiſq. jur. in al. ſtatuer.* Grot. *de j. bell. & pac. II.* 12:24, Lauterb. *comp ff. pag.* 292. Brand. *purgat. ad d. l.* 52. § 2 *ff. pro ſoc.* Diſſent. Schilt. *d. l.* § 7. Unde profluit deciſio quotidianiſſimarum quæſtionum, quibus quæritur, an caſu prædicto quo ſcil. unus pecuniam, operam alter contulit, finita ſocietate, pecunia ei qui eam contulit tota ſit reſtituenda? item: an hic pecuniæ caſu deperditæ damnum ſolus ferat? quod utrumque affirmamus regulariter. *arg. l.* 1. *quod quiſq. jur. in al. l.* 9. *C. de pign. act.* vid. Struv. Muller. & alleg. *ff. pro ſoc. th.* 33. *ſeq.*

Pollman

Pollman & alleg. *ad* §. 2. *l. de ſociet. n.* 4. *& ſeqq.* Lang. & alleg. *diſput. ff.* 12. *th.* 20. *&* 21. Vinn. & allegg. 1. *quæſtion.* 54. Sicilim. noſtr. 2. *manipul.* 116. Sunt, qui in *d. l.* 52. §. 2. pro velamento malint legere *levamento:* ex *l.* 3. §. 2. *Si famil. furt. fec. dic.* Sed, ut ut levamentum textui poſteriori commodum ſit, ad priorem id tamen non pertinet nec trahi debet: cum velamentum ibi multo elegantioris ſignificationis ſit: ut modo repræſentavi.

LIBER XVIII.

TIT. I.

De contrahenda emtione, & de pactis inter emtorem & venditorem compoſitis, & quæ res venire non poſſunt.

§. 90. Tertius inter contractus qui ſolo conſenſu perficiuntur in Pandectis locus aſſignatur Emtioni-Venditioni. De qua quæ dixi ad Inſtitut. *libr.* 3. *aph.* 108. *& ſeqq.* huc repeto. Præterea autem ejuſdem, utpote contractus quotidianiſſimi (unde & in Inſtitutionibus primus ei forte locus datus eſt) conſiderari merentur: 1. Acceſſoria. 2. Materia Objectiva. 3. Diſſentanea. 4. Effectus.

§. 91.

§. 91. Priorum duorum meminit & *Rubrica h. t.* Ubi quantum ad Acceſſoria, notandum, varia ſæpe inter emtorem venditoremque pacta componi. Veluti famoſum eſt pactum de jure protimeſeos, quo venditor idem pretium quod alius ſolveret, ſolvens, aliis præfertur, re ab emtore iterum vendita *l. 75. h.* Lauterb. *comp. p.* 312. Ceterum eſt hoc jus protimeſeos *Conventionale*: Eſt & *Legale* quod lex abſque ulla conventione concedit: de quo dixi *in Friderico Primo* §. 9. *vid.* §. 24. *ſupra.* Add. *Part.* 2. §. 61. *in fin.* Conf. Lauterb. *comp. pag.* 122. *in fin. pag.* 153. *in G. pag.* 328. §. *actio ad rem. pag.* 343. §. *retrahenti.* Pertinet & ad Emtionis Pacta, Pactum de retrovendendo de quo *vid. l.* 2. *C. de pact. inter emt. & vend.* Cum ſit pactum, ſequitur, actionem inde ortam eſſe perſonalem §. 1. *I. de act.* niſi aliud pacto reſervatum aut hypotheca adjecta fuerit. *l.* 48. *de pact. l.* 13. *de pign. act.* vid. Cl. Thyll. *ad Gail.* 2. *obſ.* 16. Pertinent & alia in *l.* 1. *l.* 56. *l.* 78. §. *f. l.* 79. *h. vide &* §. 112. *infra.* In primis vero pactum *addictionis in diem*, & *commiſſorium*, merentur conſiderari; certe ffrum compilatores his ſpeciales titulos adſcripſerunt: ut mox *tit.* 2. & 3. apparebit. Nec omittenda eſt *l.* 72. *h. t.* de qua Bockelman. *ff. h.* §. 11.

§. 92. Quantum ad *ſecundum* de quo §. 90. ſupra, tene ſis admonitorium *ex l.* 34. §. 1. *h. t.* cui add. quæ dixi 3. *Aphoriſm.* 111. Specialem

tamen

tamen de *hereditate* vel *actione vendita* tractationem, ad Pandectarum ſeriem videbimus *tit.* 4. *infra.*

§. 93. Ad transferendum rei venditæ dominium non requiri vacuam rei venditæ poſſeſſionem, ſtatuo *arg. l.* 1. *junct. l.* 10. §. 2. *ff. de cond. furt. l.* 12. §. 1. *ff. de acq. vel am. poſſ.* §. 40. *I. de rer. diviſ.* Sane leges rationesve apparenter vel prætenſe obſtantes accipies vel 1. de vacuitate, tradentis non tertii reſpectu. *vid. l.* 16. *ff. de per. & comm. r. vend. l.* 59. *pr. ff. de R. V. junct. l.* 47. *ff. eod.* vel 2. de actione perſonali *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *de act. emt.* vel 3. de regula, vel 4. de caſu quo tradens ipſe poſſidet, & rem plane non tradidit *l.* 8. *C. de act. emt.* vel 5. diſt. inter poſſeſſionem Naturalem & Civilem, Animi & Corporis. *vid. l.* 10. *C. de acq. vel am. poſſ.* vid. Donell. 4. *comm.* 19. Diſſentit Vinnius a Vinnio *comm. ad* §. 40. *I. de rer. div.* Goehauſ. 2. *peric.* 38. Hanedoeſ. 8. *exerc.* 28.

§. 94. Contra, caſum ubi rei traditæ dominium in emtorem non tranſit: habes *Part.* 1. §. 209. Eſt tamen ſententia illa noſtra controverſa. Diſſentit Lauterbach. *comp. p.* 79. Conſentit idem *pag.* 364. *fin.* Alium caſum vides *l.* 19. *ff. h. t.* §. 41. *I. de R. D.* ubi quæritur, an ex ſimplici traditione regulariter fides de pretio habita eſſe cenſeatur? Quod neg. *arg. l.* 10. *C. de N. N. P.* vid. Buſ. *ad d. l.* 19. & Jo. Fab. *ad d.* §. 41. Diſſ. Schneidewin. *ad d.* §. 41.

§. 95.

§. 95. Sub arrharum jactura ab emtione perfecta, recedere nemo altero invito poteſt *l.* 5. *C. de O. & A. d. l.* 2. *C. Quand. lic. ab emt. rec.* Ungepauer. 12. *exercit*, 3. Bronchorſt. 2. *aſſert.* 54. Pollman. & Vinn. *ad pr. I. h.* Diſſ. Fachin. 2. *c.* 28. Nec obſtant *pr. I. h. t. l.* 17. *C. de fid. inſtrum.* agunt enim de emtione imperfecta. Aliter diſſentit Ummius apud Ungep. *d. loc.* exiſtimans, ne quidem arrharum damnum verti in venditione imperfecta cui ſcriptura deeſt; ibidem redargutus.

TIT. II.

De in diem addictione.

§. 96. Addictio in diem eſt pactum quo inter emtorem & venditorem hoc agitur ut venditori rem venditam alii emtori meliorem conditionem intra certum diem offerenti addicere liceat *l.* 1. *h.* Additur: *in diem. rubr. h. t.* quia tempus plerumque, non tamen ſemper adjici ſolet *l.* 41. *R. V.* Si omiſſum ſit, dabitur venditori tempus perpetuum annorum triginta *l.* 4. *C. praeſcr.* 30. *annor.* Addidi: *hoc agitur.* Nec enim; aut (1.) ineſt hoc pactum contractui ipſo jure: niſi in venditionibus fiſcalibus *l.* 21. §. *f. munic. l. f. jur. fiſc. l.* 4. *C. fid. & jur. haſt. l.* 1. *C. vend. reb. civ. arg. l.* 10. *h. t.* Aut (2.)

(2.) ex verbis indifferentibus colligitur *arg. l.* 3. *C. de pact. inter. emt. l.* 39. *de pact.* Nec obſtat *d. l.* 41. *de R. V.* non enim ſunt ibi verba indifferentia.

TIT. III.

De lege commiſſoria.

§. 97. Lex (id eſt pactum, *vid. Part.* I. §. 34. *&* VI. 113.) ſive conventio commiſſoria eſt pactum inter emtorem & venditorem compoſitum, ut pretio non ſoluto res ſit inemta *l.* 1. *h.* Conſequenter emtor (1.) pretium poſtea offerendo, moram purgare nequit *l.* 4. §. 2. *h. l. f. inf. C. de pact. int. emt. l.* 23. *de O. & A. l.* 38. *min.* nec (2) arrham aut partem pretii ſolutam repetere poteſt *l.* 4. §. 1. *l* 6 *h.* Opp. *l.* 8. *h.* ubi de illa amittenda, expreſſe pactum interpoſitum eſt. Reſp. id ex abundanti ibi factum eſt. *l:* 56. *pr. mand.* niſi venditor pecuniam malit *l.* 4. *C. de pact. int. emt.* aut minor ſe læſum queratur.

TIT. IV.

De hereditate vel actione vendita.

§. 98. Ad hunc titulum admoneo, venditorem hereditatis, nihilominus heredem

dem manere, adeoque emtorem invitum a creditoribus hereditariis conveniri non poſſe *l. 2. C. h. t.* per emtionem enim nemo heres fit. vid. 3. *aphor.* 1. ſed venditor ſemper heres permanet *l* 7. §. 10. *de min. l.* 88. *de her. inſtit.* add. *l.* 2. *C. de legat.* ubi ſimul vides, venditori tamen regreſſum contra emtorem dari. Nec obſtat §. 3, *junct.* §7. *I de fid. her.* quia ibi cum privati voluntate, publica concurrit SCti auctoritas. Nec obſtant *l.* 3. & *l.* 14. *ff. de tranſact.* ibi enim ſecus eſt *propter incertum ſucceſſionis*, ut ait *d. l.* 14. id eſt, quia incertum erat, an legitimus an teſtamentarius hereditatem jure peteret. Obiter admoneo: apud Scævolam *in d. l.* 14. *idem* eſſe poſitum contracte pro *iidem*, (quomodo & in quibusdam editionibus excuſum eſt) intellige, *legitimus & teſtamentarius.* item: poſt, *qui tranſactionem feciſſent*, intelligendum eſſe, *conveniri poſſe.* de eo enim ibi quæritur. Qualem ellipſin & alibi noto. In ipſo, inquam, etiam Scævola. *vid. Virg. Florentin. c.* 2. Ceſſat ergo parentheſis quam in Gothofredi editione in *d. l.* 14. vides.

§. 99. Quæritur: An jus accreſcendi in emtorem hereditatis tranſeat? Aff. Hactenus ſcilicet ut perſonæ quidem venditoris accreſcat, hic tamen ab emtore actione emti poſſit conveniri & compelli ut portionem quæ ipſi interim accrevit, emtori reſtituat §. 3. *I. de emt. vend.* Dixi 2. *Sicilim.* 133.

§. 100. De actionibus cedendis tene ſis regulam: omnes cedi poſſe, niſi probentur exceptæ *arg. l.* 1. *de jur. perſon l.* 21. *C. mand. l. f. C. h. t.* Ergo & actionem pro pretio in redemtionem captivi expenſo. Grot. 3. *de jur. bell. & pac.* 21. §. 25, Add. 3. *aph.* 139. Sed an ceſſionarius in intentanda actione ceſſa, gaudeat privilegio cedentis? heic magis indagemus. Quæſtionem hanc pulcherrimam vocat Bald. *in l.* 1. *C. de privileg. fiſc.* ſatis difficilem & venenoſam Alexander *in l. poſt dotem. ſol. matr.* adducti Frantzkio. 1. *reſolution.* 14. ubi ſimul bene præmonet, non eſſe intelligendam de privilegio *reali* ſive *cauſæ*, quod ad omnem ceſſionarium tranſit, etiamſi ad diabolum infernalem tranſmitteretur, ut ex Bartolo *in l. poſt dotem. n.* 34. *ſol. matr.* ampliat idem Frantzk. *d. loc. v. l.* 68. *de R. J. l.* 42. *de adm. tut.* Sed de privilegio *perſonali*: ex. gr. dotis, mulieribus conceſſo. *l.* 12. *C. qui pot. in pign.* Ipſe Frantzkius *d. l.* diſtinguit, an ceſſionarius *utili* actione ex perſona propria, an vero *directa* actione ex perſona cedentis experiatur. Sed contra diſtinctionem Frantzkii (ut conſtet, actionem directam & utilem effectu non differre. Conf. *l.* 13. §. 1. *de pact.*) nota ex eodem Faantzkio 1. *reſol.* 13. *n.* 13. ſequentia: Quod, licet ex reſcripto D. Pii ceſſionario conceſſum ſit, adverſus debitorem proprio jure experiri,

qua-

quatenus ſæpe contingit, ut vel ex errore vel alio impedimento directæ actiones non ſimul ceſſæ ſint, nec poſtea etiam caſu interveniente, puta mortis, aut quod quis ſine herede deceſſit *l.* 1. *C. de Obl. & act.* cedi poſſint: in effectu tamen ceſſionarius cedentem, tanquam ſucceſſor quidam repræſentat, & illius nomine actionem inſtituit, titulumque quem habet allegare tenetur & tum demum ad efficaciter agendum admittitur. *Hac ille.* Volui hæc eo lubentius apponere, ut ſimul pateat, non ſemper directæ actioni locum eſſe poſſe. Berlichius 1. *concluſ.* 65. *n.* 94. ab hac quæſtione tanquam a vipera abſtinendum eſſe, ait. Immo, dico ego, quia quotidiana, ideo plenius attingenda eſt. *l.* 25. *liberat. legat.* Quod præſtiterunt Frantzkius & Berlichius *dictis locis*: & diſſentiens ab iis Titius *obſerv.* 537.

§. 101. Celebris hic eſt lex Anaſtaſiana de qua legatur *l.* 22. *l.* 23. *C. h. t.* Quæris (1.) cui acquiratur ſuperfluum, ſi actio contra Legem Anaſtaſianam vendita fuerit? Reſp. Debitori. *l.* 23. §. 1. *C. mand. arg. l.* 128. *de R. J.* Nec obſtat, bona vacantia, fiſco eſſe applicanda. *arg. t. t. C. de bon. vac.* negatur enim, hic aliquid vacare *per d. l.* 23. §. 1. Nec obſtat, actum eſſe nullum, *arg. l.* 6. *C. de pact. l.* 5. *C. de legib.* conſequenter debere reliquum apud venditorem manere. Nec enim perpetuo ea quæ con-

tra leges fiunt, per omnia nulla ſunt. vid. Vinn. 1. *quæſt. ſelect.* 1. certe tum non, cum lex aliud diſponit *arg. l.* 31. *de legib.* ut hic factum. *d. l.* 23. §. 1. Dixi *Acceſſ. Irner.* 4. *c.* 2. *&* 2. *Sicilim.* 157. ubi & limitatio, niſi venditor errore juris ſit lapſus. *l.* 8. *j. & .f. ign. v. Part* 4. §. 77. *in fin. &* §. 91. (2.) An Legi Anaſtaſianæ, de qua *l.* 22. *& ſeqq. C. mandat* locus eſt in venditione actionum certarum? Aff. *l.* 23. *ibi: generaliter. C. d. t.* Lauterbach. *comp. ff. pag.* 334. Diſſ. ibi ceu conſentientes allegati Sande *de act. ceſſ. c.* 11. *n.* 25. & Lenz. *de act. ceſſ. cap.* 23. *num.* 12. Sed in editionibus Compendii Lauterbachiani noviſſimis video id emendatum, dictosque Auctores ut diſſentientes adduci. Opp. in actionibus certis nullum ſubeſſe metum vexationis. Reſp. Immo multo major. Sæpe & creditor durus eſt & debitori res anguſta domi. Opp. *d. l.* 22. Reſp. (1.) Lauterb. *Colleg. ff.* §. 73. (2.) eſſe mutatam *per. l.* 23 *C. h.* (3. diſtinguendum, inter prooemium & occaſionem legis Anaſtaſianæ *d. l.* 22. *princ.* & ipſam legis deciſionem. *d. l.* 22. §. *Per hanc itaque.*

§. 102. Actione principali ceſſa, cenſemus tranſire & acceſſorias, ex. gr. actionem Hypothecariam. *arg. l.* 7. *C. de O. & A. l.* 5. 7. 8. *& ult. C. de her. vel act. vend.* Lauterbach. *colleg. ff. de her. vel act. vend.* §. 33. Diſſ. Schutz. *comp. Lauterbach. pag.* 326. *med.* Dixi *Sicilíment.*

ment. manip. 2. *n.* 150. ubi ad leges objici ſolitas ex. gr. *l.* 11. *l.* 14. *C. de fidejuſſ.* reſpond. diſtinguendo inter actiones directas & utiles ex conſtitutione D. Pii: item, inter jus vetus & novum. Adde: in d. l. 11. nequidem actionem principalem apparere ceſſam eſſe. At in d. l. 14. tantum memorari actionem ceſſam, quod de ipſa principali actione intelligi poteſt: adeoque hæc lex eſſet pro nobis.

§. 103. Quær. An nomen alicui ex emtione ſimilive titulo cedens, debitorem tantum verum, an ſimul & idoneum præſtare teneatur? Communiter reſpondent, ſatisfeciſſe obligationi ſuæ venditorem, ſi nomen modo præſtet verum, etſi non idoneum *per l.* 4. & *l.* 17. *de her. vel act. vend. l.* 26. §. 2. *mandat. l.* 96. §. 2. *de ſolut. arg. l.* 19. *de R. J.* Sed alii in contrariam ſententiam propendent, moti *arg. l.* 5. *de her. vel act. vend. l.* 6. *d. dol. mal. l.* 63. *de ædil. edict. l.* 11. §. *ult. act. emt. j. l.* 6. *de dol. mal. l.* 75. *de contr. emt. j. l.* 22. *ad L. Aquil. l.* 22. §. 2. *ſolut. matrimon. j. l.* 1. §. 1. *l.* 2. §. 3. *ad SC. Vell. l.* 1. §. 2. *ædil. ed. l.* 8. *l.* 9. *pr.* & §. 2. *l.* 2. *de jur. & fact. ign. l.* 1. *de ædilit. ed.* Nec difficile putant, fundamenta ſententiæ communis convellere atque ſubvertere. Enimvero quod ad *d. l.* 4. *de her. vel act. vend.* regerunt, per *nomen*, intelligi nomen bonum & rem debitam quæ exigi poſſit. *l.* 4. *de V. S.* eodemque mo-

modo intelligendum eſſe *debitorem l.* 108. *de V. S.* & per *locupletem*, illum qui conventu facilis ſit. *l.* 2. *pr. qui ſatiſdar. cogant.* Patere hunc *d. l.* 4. ſenſum dicunt porro, tum ex collatione verborum: *niſi aliud convenit:* quæ ad debitorem non idoneum trahi nequeant, at commodiſſime ad conventu difficilem *l.* 74. §. *f. de evict.* tum ex connexione legis ſubjectæ, nempe *l.* 5. *ff. de her. vel act. vend.* Quod ad *d. l.* 26. §. 2. *mand.* dicunt, diverſam rationem eſſe delegationis: cum ea fiat ab ipſo creditore & debitore delegato præſentibus, utpote ſtipulatione: cum ceſſio nominis fiat & debitore inſcio & interdum invito: ut a diſſimili ad diſſimile nulla valeat conſequentia. vid. *l.* 11. *ff. l.* 1. *l.* 3. *C. de novat. junct. l.* 18. *de fidejuſſ. l.* 1. §. 11. *de ſeparat.* Ex quo & reſpondere conantur *ad d. l.* 19. *de R. J.* Sed hæc nos a ſententia communi avellere nequeunt. Nota tamen in *d. l.* 22. §. 2. exceptionem in dote, cujus favor matrimonio etiam ſoluto durat *l. f. C. qui pot. in pign.* niſi malis, exceptionem ibi agnoſcere generalem quoad ceditorem doloſum qui ſcivit debitorem non eſſe ſolvendo, & ceſſionarium decepit. ibi: *decepta.* Ceteræ viſæ diſſentientium leges de nomine ceſſo non agunt: præter *d. l.* 5. quæ ex *d. l.* 4. ſenſum accipit, ut intelligenda ſit de venditore qui debitorem ne quidem verum præſtitit. Quod autem ad d. l. 4. regerunt

runt, per *nomen* intelligi *bonum:* ſimiliter & *debitorem.* Et per *locupletem* eum *qui conventu facilis eſt.* id dictæ *l.* 4. *l.* 108. *l.* 2. non probant. Et notandum, illa verba: *niſi aliud convenit:* in *d. l.* 4. ſpectare ad eam legis partem cui immediate cohærent, quæ volunt *debitorem* debere præſtari. Sed & illa in *l.* 5. *niſi in contr. act.* ad ultima reſpiciunt.

TIT. V.

De reſcindenda venditione & quando liceat ab emtione recedere.

§. 104 Diſſentanea emtionis notabilia ſunt: 1. ab eadem utriusque contrahentis voluntate receſſio §. *ult. I. quib. mod. tol. obligat. arg. l.* 5. *C. de O. & A. j. l.* 35. *R. J.* tum 2. reſciſſio ob dolum incidentem *l.* 7. *dol. mal. v. Part.* 1. §. 207. *& ſeq. ſupr.* item 3. ob metum *d. Part.* 1. §. 202. *& ſeqq.*

§. 105. Item 4. ob læſionem ultra dimidium: de qua vide *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* & G. Forner. 2. *ſelection.* 19. Sed an *L.* 2. *C. de reſc. vend.* locum habet, etiam reſpectu emtoris læſi? etiam mobilis rei? etiam in aliis bonæ fidei contractibus? Affirm. *arg. d. l.* 2. *junct. l.* 32. *L. Aquil. l.* 9. §. *f. de jur. & fact. ign.* Non vero

in Contractibus ſtricti juris *arg. d. l. 2. junct. l. 5. ibi: maxime in hujusmodi. C. h.* An eidem locus eſt in transactione? Neg. Non eſt bonæ fidei. Dixi *ſupra 1. part. §. 163. in fin.* An remedium ex *d. l.* 2. competens eſt ipſa actio ex contractu, ex. gr. emti? Aff. Actiones enim bonæ fidei dantur ad omne quod alter alteri præſtare tenetur: etiam ad contractus reſciſſionem. *l. 31. §. 20. adil. edict. l. 11. §. 3. & 5. act. emt.* add. Goehauſ. 3. *per.* 22. Ergo non datur hic (1) condictio ex lege, *Admon. part. 3. §.* 24. nec (2.) reſtitutio in integrum. *Adm. l.* 196. *n.* 5.

§. 106. Quando dicetur emtor læſus ultra dimidium? Reſp. ſi pro re valente ex. gr. quinque, dederit undecim. Requiritur enim, duplo plus eſſe datum quam acceptum. Quemadmodum enim venditor tum ultra dimidium eſt læſus cum pro re valente undecim, receperit non niſi quinque, adeoque cum ultra duplum expendit: ita quoque eadem proportio debet obſervari reſpectu emtoris ut attendatur quid expenderit & quid pro eo recipiat, ita ut id quod recepit, ne quidem dimidium expenſi contineat. Nec obſtat, minus pretium tum dici, cum nec dimidia pars veri pretii ſoluta ſit. *d. l. 2. in fin. C. h. t.* non enim ibi de *emtore* læſo agitur, ſed *venditore.* vid. Lauterbach. *compend, pag.* 340. *add. pagin.* 443. *in S. in fin.* Diſſentit Munnoz de Eſcobar. *comput.* 6. *num.* 4.

§. 107.

§. 107. Sed an venditori licet adverſus emtorem agere quando venditor ultra dimidium læſus eſt & res vendita ſine emtoris culpa caſu fortuito periit? Neg. vid. Richter. *deciſ.* 99. *num.* 108. Contra, ſi venditor læſus non ſit ſed emtor, tali caſu emtorem, ſi res emta caſu fortuito perierit, adverſus venditorem agere poſſe tenemus, cum Lauterbach. *d. pag.* 344. Differentiæ ratio inter hunc & præcedentem caſum eſt, quod lædens hoc caſu lucrum habeat: illo non. Utrumque vult eximia illa humanitas qua d. l. 2. fundatur.

§. 108. Si reſciſſio ex *d. l.* 2. peracta ſit, pignus interim ab emtore impoſitum perdurat *l.* 43. §. 8. *ædil. ed.* Nec obſtat *arg. l.* 31. *in fin. ff. de pignorib.* agit enim de jure per ſui naturam ſolubili, quale eſt ex. gr. fructuarii. §. 3. *I. de uſufr. j. l.* 7. §. 1. *cap. min.* At in caſu *l.* 2. *C. h. t.* ſolvitur dominium ex accidenti *v. l.* 67. *de contr. emt.* A. Faber. 23. *err. pragmat.* 2. A. Matthæ. *ad Tit. C. de pign. & hypoth. th.* 27. Opp. *l.* 13. §. 1. *de min.* Reſp. agit de reſtitutione in integrum minorum. Secus, ſi res retrahatur ex jure ſanguinis. Dixi *Frider. Primo*, §. 9. nam & tum ſubeſt jus per ſe ſuique naturam ſolubile: nec enim emtori datum eſt dominium a ceteris agnatis jure ſuo rem venditam vindicantibus. *v.* §. 24. *ſupra.*

§. 109. An actio *ex l.* 2. *C. de reſc. vendit.* da-

datur contra tertium poſſeſſorem? Neg. *arg.* §. 1. *I. de act.* Opp. *l.* 13. §. 1. *de min.* Reſp. agit de reſtitutione in integrum minorum. Lauterbach. *comp. ff. pag* 344.

§. 110. Sed an datur alternative, ut vel contractus reſcindatur, vel læſio reſarciatur? Non. Sed tantum ad reſciſſionem. Reus tamen jus habet eligendi. *vid. Diſputat. noſtr. de duob. reis. cap.* 1. §. *Quæ ſequuntur. in fin.* Add. *Adm. l.* 141. *Verſ. An libellus.*

TIT. VI.

De periculo & commodo rei venditæ.

Effectus (*v.* §. 90. *ſupra*) notabiliores ſunt hi tres. Primus. Periculum & commodum rei venditæ ad emtorem ſpectare. *d.* §. 3. *I. de emt. vendit.* Quantum ad commodum, ſciendum eſt, etiam ea quæ venditoris perſonæ ratione rei venditæ acquiſita ſunt, debere emtori cedi §. 3. *in fin. I. de emt. vend.* vid. §. 98. *ſupr.* Quoad periculum: per id hoc loco intelligi, omnem fortuitum caſum. Hunc a venditore non præſtari, vel regula juris communis quæ colligitur ex *l.* 23. *ff. de V. O.* depoſtulat. Nec obſtat *l.* 33. *locat. cond.* Non una enim ad hunc textum parata eſt reſponſio, ut vides apud Wurmſer. *nucl. jur. contr.* 3. *tit:* 24. *contr.* 5. Bronch. 2. *aſſ.* 45. Ungep.

12. *quæſt.* 4. Adde ſis: ad *l.* 33. *ff. locat.* reſponderi poſſe ex *l.* 10. §. 1. *h. t.* nempe Scævolam notaſſe id eſt reprobraſſe ſententiam in *d. l.* 33. propoſitam, quam Africanus d. l. 33. a Juliano (ut alias) hauſerat. Opponitur hic etiam *l. f. de cond. cauſ. dat.* Sed fruſtra: agit enim de caſu rei antea extinctæ. *vid. Adm. Part.* 3. *§.* 8. Illud ſciendum, theſin noſtram de emtione venditione *perfecta* accipiendam eſſe. Enimvero ſi imperfecta ſit, ex. gr. ſi vinum ad guſtum aut menſuram venditum, & deguſtatio & admenſuratio nondum facta ſit, periculum venditoris eſt. vid. Speckhan. *quæſt. jur. cent.* 3. *claſſ.* 1. *quæſt.* 19., ubi & de averſione (de qua & Feltman *tract. de Dea Podagra c.* 31. *n.* 22. monens eam Cliviis *in den roes*, Groninganis & Friſiis Orientalibus *in de roeſe*, quaſi ab ebriis factam dici) quæ emtionem vini ſimiliumque faciat perfectam: quod & vides apud Lauterbach. *pag.* 301. *& pag.* 354.

§. 112. Si venditor ante traditionem vel in ipſa, rei venditæ & traditæ dominium tamdiu ſibi reſervaverit uſque dum omne pretium ipſi fuerit ſolutum, an tum periculum talis rei manet emtorem? Neg. Eſt enim hoc caſu venditio conditionalis: *ſi emtor pretium ſolverit.* At in venditione conditionali, periculum eſt venditoris *l. 7. contr. emt. l. 8. per. & c. rei v.* ſecus

cus ac in venditione pura. §. 3. *I. h.* Carpz. 1. *reſp.* 108. Diſſ. Schilter. *ff. exercit.* 30. §. 57. *ſeq.* Memorabilis etiam eſt *h. tit. l.* 1. §. *ult.* de qua vide ſis *infr. Part.* 5. §. 121. Adde ſis etiam quæ dixi *Jul. Paul.* §. 13. 14. 15. & 16.

TIT. VII.

De ſervis exportandis, vel ſi ita mancipium veneat ut manumittatur, vel contra.

§. 113. Secundus: Pacta eſſe ſervanda adjecta. Exempla præbet rubrica hæc, quatuor. Verba enim Rubricæ ff. h. t. *vel contra* : ad utrumque præcedens membrum reſpiciunt. Ergo & hic agitur de ſervis *non* exportandis. Cui locus eſt cum mitis clemenſque dominus non vult ſervum antea ſuum, a novo domino inclementer tractari: cum hominem beneficio afficere, hominis interſit. *l.* 7. *h. t.* Obſerva ſis, alia in parte, cum ſcil. pactum fuit vindictæ cauſa, de ſervo exportando, venditore huic pacto contraveniente (*vid.* Wiſſenb. *h. t. th.* 28.) dictæ legi ſeptimæ per legem præcedentem ſextam derogari. Ut ordo ſcipturæ non debeat ſpectari, quoties aliud apparet Legiſlatoris placitum. §. 6. *I. de j. N. G. & C. junct.* §. 34. *I. de legat.* Ex quo reſpondetur dubio quod nonnulli injiciunt circa theſin, Inſtitutionibus cedere Pandectas in textibus ſibi contrariis, etſi Inſtitutiones promulgatione priores ſint. *vid. ad. Inſt.* 1. *aph.* 2.

LIBER. XIX.

TIT. I.

De actionibus emti & venditi.

§. 114. Tertius effectus conſiſtit in actionibus Emti & Venditi. Dixi 3. *Aphoriſm.* 113. Alibi dixi de quæſtionibus ibidem omiſſis. Veluti, an actio Emti jure intentari poſſit etiam ratione vituli lactentis, vendita vacca lactante? Quod negamus *arg. l. 65. §. f. de leg.* 3. & contra Bergerum tuemur *tract. de Jure Ventris part.* 3. *ſect.* 5. *& part.* 9 *ſect.* 3. Item: An pactum quo venditor tributa in ſe recepit, ſaltem ratione contrahentium ſubſiſtat? Nos negamus *arg. l.* 2. *l.* 3. *& rubric. C. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe: junct. l. 5. C. de legib. l. 6. C. de pact.* Nec valet argumentum a *Pignore* petitum ex *l. 42. l. 52 §. 2 ff. de pact.* hoc enim, *dominium* non facit comparari. *l. 9. C. de pign. act. arg. l. 45. de R. J.* Vid. *Sicilim. Lauterbach. ad pag.* 359. *Manip.* 3. *num.* 53. Add. Berger. *reſol. leg. obſtant. h. t. qu.* 7. Pervulgatiſſima ad hunc titulum quæſtio eſt. An venditor præciſe rem venditam cogatur

tra-

tradere, aut ſaltem pati, eam manu militari ſibi auferri, cum ejus tradendæ facultatem habet? an autem ab hac executione, præſtando id quod intereſt invito emtore (cui poſt moram venditoris ad intereſſe agendi poteſtas volenti competit *l.* 10. *C. h. t.* vid. Brunnemann. *ad. l.* 4. *C. de act. emt.*) poſſit ſe liberare? Affirm. prius §. 2. *I. de donat. junct. l.* 35. §. 5. *C eod. l.* 11. §. *f. leg.* 3. *l.* 6. *C. de reſc. vendit. l.* 11. §. 2. *l.* 46. *ff. de act. emt.* Nec morantur nos *l.* 1. *pr. l.* 11. §. 9. *ff. l.* 4. *C. h. t.* utpote *venditori* facultatem eligendi id quod emtoris intereſt non concedentes: ſed *emtori* relinquentes. *d. l.* 10. *in fin.* Nec magis impedit *l.* 17. *C. de fid. inſtrument.* Reſp. ibi: *neceſſitas venditori.* Non: *emtori.* Ergo emtore eligente, neceſſitas imponitur venditori præſtandi id quod emtor elegerit. Eſt ergo d. l. 17. pro noſtra ſententia. Nec hanc turbat *l.* 13. *fin. de re judic.* ut indicavi *de Jure Ventris part. XII.* §. 4. *ſeq.* & *ad ff. Manip. ſicilimentor.* 4. *ad pag.* 356. Hancque ſententiam, *mutata* (ut loquitur) *animi ſententia*, amplectitur noviſſime & Bergerus *reſ. h. t. quæſt.* 3. Diſſentit Bokelman. *ff. h. t.* § 1. & Rebhan. 3. *paralipomen.* 1. ubi & Doctorum nobiſcum ſentientium fere ſemicenturiam Lector invenire poteſt. Quibus accedunt Speckhan. *centur.* 3. *claſſ.* 1. *quæſt.* 18. Mencke *diſſert. Juridic.* 17.

TIT

TIT. II.

Locati Conducti.

§. 116. Reſtat eorum contractuum qui ſolo perficiuntur conſenſu, Quartus (*vid.* § 82. *ſupra.*) Locatio Conductio: de qua vid. 3. *Aphoriſm.* 114. *ſeqq.* Nihil ibi tamen dixi de locatore operarum caſu fortuito in præſtatione operarum impedito, de quo Lauterbach. *comp. ff. pag.* 381. habet ſequentia: *Si caſu*, inquit, *impediatur citra ſuam culpam, merces tantum remittenda eſt vel accepta reſtituenda* 15. §. 2. *&* 7. *h. obſt. p.* §. 1. *h. vid. Gothofr. ibid. Tuld. in C. h. n.* 8. *Sic merces pro rata temporis dividitur., ſi e. gr. famuli noſtri ægrotant, arg.* 15. § 2. *h. Tuld in C. h. n.* 9. *Lugo de J. & J. diſp.* 29. *ſect.* 3. *q.* 7. *punct.* 4. *n.* 1. *obſt.* 4. §. 5. *de ſtat. lib.* 19. §. 9. *&c. h. f.* §. 1 *ad leg. Rhod. de jact. vid. Lugo Tuld. dd. ll. Fr. h. n.* 196 (*nec jure ſtricto ſumptus curationis debentur, dd. DD. dd. ll. Molin. de J. & J. D.* 505. *num.* 1. *ſecus eſt ſecundum charitatem, arg.* 4. § 5. *de ſtat. lib. Lugo d. l. n.* 60. *Bonacin. d. l.*) *aut ante tempus locationis moriantur. Fr. h. num.* 193. *obſt.* 38. §. 1. *h.* 1. §. 13. *de extraord. cogn. Fr. d. l. num.* 194. Dicit: *merces remitt. reſt.* Hæc regula eſt: ejuſque ratio colligi poteſt ex allegata *l.* 15. §. 6. quod

quod ſcilicet merces pro operæ uſu præſtetur: at hic præſtitus non eſt. Cui quamvis caſus obſtiterit, notum tamen eſt, caſum a nemine præſtari, ergo nec conductor eundem præſtabit operarum. ſed eum feret earum dominus, ut regulariter res ſuo domino perit *l. 9. C. de pignor. act.* Unde & operarum locator caſum fortuitum circa illas emergentem feret, ut dominus. Quo pertinet parœmia Belgica apud Huberum 1. *Hedensd. Rechtsg.* 3. *c.* 8. *n.* 20. *Niemand hinckt aen een andermans ſeer.* Nec obloquitur *l. p.* §. 1. *h.* cum res navi vehendæ ibidem in commiſſum lapſæ fuerint: conſequenter, conductoris culpa locator operam præſtare nequiverit: non ergo agit de impedimento caſus emergentis: utiturque conductor regula, factum cuique ſuum non adverſario debere nocere *l.* 155. *pr. de R. J.* Opponitur in viſis Lauterbachii verbis & *l.* 4. §. 5. *de ſtat. lib.* Sed notandum eſt, loqui hunc textum de libertate conſequenda, cujus favore antiquos legum latores multa contra regulas communes conſtituiſſe manifeſtum eſt §. *ult. I. de donat.* Unde & Lauterbachius in verbis: *ſecus eſt ſecundum charitatem*: dicto textu male abutitur. Rectius ad officia eum referas. *Adm. I.* 9. *in fin.* Opponit porro Lauterbach. *l.* 19. §. 9. *&c. h.* Sed reſpondetur *in d.* §. 9 exceptori id eſt notario (*conf. l.* 40. *teſt. milit.*) operarum locatori caſum

ſum mortis non accidiſſe, ſed alteri, operarum inquam conductori: in quo tum itidem locum habet dicta parœmia Belgica ſive dicta regula Juris Communis, rem ſuo domino perire. Per viſum iſtud in verbis Lauterbachii: *&c.* credibile eſt, Lauterbachium intelligere *d. l.* 9. §. 10. Sed ad quem ſimilis reſponſio eſt, ibi caſum non locatori ſed conductori operarum contigiſſe. Nunc ex dictis §§. 9. *&.* 10. notaſis regulam: conductore operarum mortuo, locatori mercedem deberi. Et regulæ ejuſdem limitationem, niſi locator poſt mortem conductoris operas ſuas alibi elocaverit. Porro opponit Lauterbachius adhuc *l. f.* §. 1. *ad L. Rhod. de jact. l.* 38. §. 1. *h. l.* 1. §. 13. *de extraord. cogn.* Verum *d. l. f.* §. 1. non ait, nautam operarum locatorem morbo impeditum, mercedem petere poſſe: ſed immunem tantum a pœna eſſe: nec mirum, cum expers ſit culpæ. Quod ad *d. l.* 38. §. 1. *& d. l.* 1. §. 13. notandum eſt, non loqui hos textus de mercede, ſed de honorario, quod etiam præſtatur in actibus gratuitis *l. 6. ff. mandat.* Tu nunc regulam priorem ex Lauterbachio adductam, de remittenda mercede, ex dictis declara, ut non habeat locum 1. ſi conductoris culpa operæ non præſtentur, aut 2. ob ejusdem mortem. Item 3. ut ceſſet quod ad honoraria.

§. 117. Mercedem in locatione etiam in fructibus poſſe conſiſtere apparet ex *l.* 8. *l.* 18. *l.* 21. *C. h.*

Z Er-

Ergo & in animalium, dices, partu, *l.* 8. *C. de pact.* *j.* §. 47. *l. de rer. div.* Unde & Socidam ſive Soccidam, de qua quodammodo *d. l.* 8., ad locationem retuleris, cum Carpzovio 2. *conſtit.* 36. *def.* 19. Niſi & (1.) ipſa vox Socida vel Soccida *Societatem* magis innuit. & (2.) dd. l. 8. l. 18. l. 21. in *fundis* jus ſpeciale volunt. Plane quod dominium pecoris in d. l. 8. paſtori non communicetur, id *ſocietatem* hoc caſu quo paſtor ſolam operam confert, non impedit. *Admon. part.* 3. §. 89. Si paſtor omne periculum caſus fortuiti in ſe ſuſcipiat, tum hæc Socidæ ſpecies efficit *Pecora* (ut loquuntur) *Ferrea*. Add. Tabor. *operum part.* 1. *tract.* 3.

§. 118. Si locator domum alii locatam reficiat, conductoremque, quem in domo iſta retinuit, fecerit ea reparatione carere uſu partis domus in qua magnam partem uſus haberet conductor: ad remiſſionem aliquam mercedis conductori faciendam obligatur. Immo ſi refectio non fuit neceſſaria, aget conductor ad id quod intereſt, *l.* 27. *l.* 30. *h. t. arg. l.* 9. *l.* 15. §. 1. §. 6. *l.* 19. §. 1. *l.* 25. §. 2. *h. junct. l.* 7. *de N.G.* Alexand. 6. *conſil.* 151. *n.* 6. Pantzſchman. 1. *quæſt.* 13. *n.* 8. Caſtr. *ad d. l.* 27. & 30. Brunnem. *ibid.* Menoch. 3. *conſ.* 246. *n.* 23.

§. 119. Cum merces pro uſu ſolvatur, eumque locator conductori præſtare teneatur *l.* 9. *pr. h.* ſequitur locatoris damnum eſſe, ſi

ob

ob caſum fortuitum, eundem præſtare nequeat: ut res pereat ſuo domino *l. 9. C. pign. act. Conf.* §. 116. *ſupr.* ut locator hoc caſu caſum non *præſtet*, ſed *ferat*. Unde eundem locatorem manebit & damnum fructuum nondum perceptorum: nam & horum locator dominus eſt antequam conductor eos perceperit. *l.* 15. §. 2. *ibi: damnum domini futurum. ff. h. t.* Limita, niſi conductor pacto caſus fortuitos ſuſceperit. v. *Part.* 3. §. 34. *ſupr.* & Homborg. *conſil.* 74.

§. 120. Quær: An ob metum ſpectrorum, ædium conductionem deſerenti merces remittenda ſit? Affirm. *arg. l.* 27. §. 1. *h. t. junct. l.* 35. *de LL.* Dn. Feltmannum noſtrum ex ſpectri (quod poſtea felemeſſe apparebat) metu, aliquando podagram ſibi comparaſſe, ipſe narrat *tract. de Dea Podagra, cap.* 33. Quid, dicat quis, Feltmannus ſpectra timuit aut dari credidit? Immo, dico ego, ſunt & alii viri doctiſſimi ejuſdem ſententiæ. Etiam in Belgio: iidemque Belgæ. Doctiſſimi, dixi; addo, & ſummæ auctoritatis. Vide ſis quæ dixi *in Friderico I.* §. *ult. & diſſ. de Cornibus & Cornutis.* 1. §. 43. *& diſſ.* 2. §. 5. 6. *&* 7. Tu dicis: *Vani timoris juſta excuſatio non eſt. l.* 184. *R. J.* Reſpondeo: Alii, etiam Belgæ, eum metum *vanum* eſſe, negant: ut dixi. Add. Schöpffer. *Gerontolog.* 1. 4. *cap.* 8. *n.* 30. *& ſeqq.* Zeiller. *epiſt. centur.* 3. *epiſt.* 27. *& cent.* 6. *epiſt.* 20. *&* 53. Exner. *Theol. Teſtamentar.*

*p.*376 Sed largiar, eſſe ſpectrorum metum vanum *in ſe* ſive eo reſpectu quod nulla dentur, nego tamen eſſe vanum in opinione hominum, eorum, qui ſpectra & dari & nocere poſſe, ſibi perſuaderi paſſi ſunt. Falſum ergo ſit (largiamur, falſum eſſe) ſpectra dari & nocere poſſe. Verum tamen eſt, eſſe homines qui & dari & nocere poſſe exiſtiment. Aſt talis timor in provincia receptus ad juſtam ædium conductarum deſertionem ſufficit. *d. l. l.* 27. *h. t. junct. d. l.* 35. *LL.*

§. 121. De relocatione vid. *l.* 13. §. *ult. ff. h. t.* & quæ dixi 3. *aphor.* 116. Ut notari meretur cautela pro locatore, de interpellando conductore poſt tempora locationis finita, ut conductor ita in mora conſtituatur, & hac ratione ad periculum ferendum teneatur, cum dies hic pro homine non interpellet. *d. l.* 13. §. *ult.* contra regulam in *l. Magnam.* 12. *C. de contrah. & committ. ſtip.* Schwartzenthaler *repetition. Legum. ad d. l.* 12. *ſign. num.* 56. *&* 215. Cape ſis & hæc Admonitoria. De probanda relocatione, tenet Creſpi de Valdaura *obſervat.* 45. eam non per teſtes ſed per ſcripturam debere probari. Quod nimis generaliter dictum, crede: pertinet enim tantum ad caſum quo prior prædii urbani locatio ad tempus nunc elapſum, in ſcriptis facta fuit. *d. l.* 13. §. *f.* Et, ſi in Praxi contrarium ſervatur, de qua dictus Creſpi de Valdaura *d. loc. num.* 2. id ad nos non pertinet.

Quam-

Quamvis enim nec nos in verba Juris Juſtinianei juraverimus, de quo Unverfährt. *prædia Juriſprud. c. 7. n.* 13. ſequimur id tamen in dubio quamdiu contrarium Jus Patrium non probatur: vid. Paurmeiſter, 2. *de juriſdict. 6. n.* 148. *& ſeqq.* Adhuc ſciendum eſt, intelligi hic relocationem quæ ab eodem locatore eidem fit conductori. Aliter accipitur relocare in *d. l.* 13 §. 10. *h. t* Aliter adhuc pro actu quo prior conductor alii iterum rem conductam locat, ubi tum (1.) controvertitur, an res ſecundi conductoris, primo locatori, taciti pignoris jure obligatæ ſint? Vid. infra *Part.* 4. §. 20. *in fin.* (2.) Sciendum, relocatorem ſi rem alienam locaverit, & hæc a domino deinde evicta fuerit, convenire poſſe primum locatorem ad id quod intereſt *l.* 7. *l.* 8. *h. t.* *junct. l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod int.* v. Caballin. *tract. de eo quod. inter. n.* 176.

TIT. III.

De æſtimatoria.

§. 122. Denique (*vid. §.* 1. *ſupra*) videamus de contractibus *Innominatis*, qui nomine carent, ſed propter cauſam id eſt dationem jam datam, vel factum jam factum, obligant. Hi ſunt vel Regulares vel Irregulares. Irregulares voco qui quale quale nomen aut ejus ſaltem partem habent & bonæ fidei

ſunt: ut 1. Contractus (ut loquuntur) Æſtimatorius & 2. Permutatio. Regulares ſunt qui omni omnino nomine carent & ſtricti juris ſunt, & ad ſumma quatuor genera revocantur. 1. Do ut des. 2. Do ut facias. 3. Facio ut des. 4. Facio ut facias. Concordant tamen in eo & Regulares & Irregulares, quod ex omnibus una ad adimplendum detur generalis Actio, quæ vocatur, Præſcriptis Verbis. Dixi: *ad adimplendum*. Eſt enim & ex Contractibus Innominatis adhuc oriunda altera actio, quæ *Condictio cauſa data cauſa non ſecuta* audit, ſed hæc eſt *ad reſciſſionem* contractus, & non niſi ex duobus illis prioribus competit *arg. l. 31. de R. J.* vid. *ſupra part.* 3. §. 8. *&* 3. *aph.* 71.

§. 123. Contractus Æſtimatorius eſt innominatus, quo res certo pretio æſtimata datur vendenda, ea lege ut accipiens vel rem illam reddat vel pretium conventum ſolvat. *l. 1: pr. &* §. 1. *h. t.* Ex hoc naſcitur Actio Æſtimatoria. *rubr. h. t.* Supple: *Præſcriptis Verbis.* §. 28. *I. de act.* Nec enim hic concipere fas eſt contractum nominatum. Dixi ſupra: *datur.* Dominium ergo in accipientem transfertur. *arg.* §. 14. *I. de act.* Opp. *l.* 3. *locat.* Reſpond. ibi inita eſt *locatio*, cui æſtimatio inſtrumenti acceſſorii acceſſorie adjuncta eſt. Uſum quæſtionis dabit §. 128. *infra.* Dixi: *vel rem illam reddat.* Hinc differentia Contractus hujus Æſtimatorii ab emtione venditione lucide

claret. Adde ſis de eodem §. 128, 129. *&* 131. *infr.*

TIT. IV.

De rerum permutatione.

§. 124. Permutatio eſt conttactus Innominatus quo res datur ea lege ut pro illa accipiens rem aliam det. *l.* 1. *pr.* §. 2. §. *f. h.* Dixi: *datur.* Ergo & hic dominium rei transferendum eſt, §. 14. *I. de act.* aut jus aliud ex titulo ad dominium alias transferendum idoneo. *Opp.* §. 2. *I. quib. mod. re contr. obl.* Reſp. ibi occurrit contractus facio ut facias: non, Permutatio. Dixi: *aliam,* in eo differt Permutatio a Contractu Do ut Des, ubi & res accepta eadem reddi poteſt. Hujus ſpecies occurrit §. 123. & quodam modo §. 126. *infr. & Parte* 4. §. 13. Adde ſis §. 130. *& ſeq. infr.* & 3. *aphor.* 71.

TIT. V.

De præſcriptis verbis & in factum actionibus.

§. 125. Ex omnibus Innominatis, ut jam §. 122. ſupra repræſentavi, contractibus datur actio *Præſcriptis Verbis*: quæ unde dicatur, collige ſis ex *l.* 2. *h. l.* 6. *C. tranſ. l.* 2. §. 22. *C. de V. ſ. E. l.*

 40.

40. *teſtam. mil.* *l.* 19. §. 9. *locat.* ſcil. quod actor ejusve advocatus *multis* in ea *verbis* egeret: cum contractuum nominatorum formulæ vulgo eſſent notæ ut vel unica voce vel notis etiam poſſent edi. *v.* Gothofr. *ad rubr. ff. h. t.* Unde ſimul patet, minime neceſſe eſſe, ut pro *præſcriptis*, hic legatur *perſcriptis.* Idem enim ſenſus eſt utrobique: & eſt præterea iſta correctio contra omnium exemplarium in tot textibus fidem. Ceterum textus in *l.* 5. §. 3. *h. t.* ei quod dixi ex *omnibus* contractibus innominatis actionem Præſcriptis Verbis dari: immane quantum videtur obloqui, & contractui *Facio ut des* eandem denegare. Lauterbachius *comp. pag.* 401. *vix eſt*, inquit, *ut hic antinomiam negemus.* Sed tu recordare *l.* 2. §. 15 *C. de V. ſ. E. junct. l.* 26. *l.* 28. *de legib.* §. *pen. I. de L. Aquil.* & ad *d. l.* 5. §. 3. dic, nullam ex contractu *Facio ut des* dari actionem ad repetendum *l* 31. *de R. J.* dari tamen ad adimplendum *l.* 5. §. 2. *ſ. h.* & de dolo præterea agi hoc ſpeciali caſu, cum malitia non adimplentis hic ſit notabilior. *arg. d. l.* 31. *junct. l.* 38. *R. V.* Unde & variis nominibus hæc Præſcriptis Verbis actio cognominatur. 3. *ah.* 71. Appellatur & *In factum actio. rubr. l.* 33. *l.* 21. *h.* Etſi tamen *Actio in factum* & aliter capiatur: puta ut actionem notet vel 1. cui in factum conceptæ nomen ſpeciale deeſt. *l.* 1. §. 2. *h l.* 25. § 1. *O. & A.* vel 2. ex mente legum, *Utilem*: *l.* 12. §. 8. *l.*

22. §. 10. *mand.* vel. 3. *Prætoriam. l.* 1. *ff. h. t.* vid. infra *part.* 6. §. 212.

§. 126. Tituli ergo Tertius, Quartus, & Quintus hujus Libri, pertinent ad Contractus Innominatos: quos tamen abſque ſequentibus Admonitoriis dimittere non debeo. Ita notari velim, non equidem ad Permutationem, ſed ex Jure Prætorio tamen, ad Do ut des Contractum, latius ſumto vocabulo *dandi*, qua acceptione non dominii tranſlationem ſed uſus ſaltim conceſſionem notat (ceu quandoque facit. §. 2. *I. quib. mod. re cont. oblig.*) pertinere & Precarium. *l.* 23. *de R. J. junct. l.* 7. §. 2. *de pact.* Unde & actio Præſcriptis Verbis ex eodem datur. *l.* 2. §. 2. *l.* 16. §. *f. de Prec.* Diſſentiunt alii, tum 1. quod nulla ex Precario detur actio *l.* 14. *de precar. l.* 14. §. 11. *de furt.* tum 2. quod heres in precario non niſi in id quod pervenit, teneatur *l.* 8. §. *f. de prec.* quod eſt contra regulam quæ in contractibus vult heredes in ſolidum teneri, etſi de dolo defuncti agatur, & ex eo ad illos nihil pervenerit. *l.* 12. *l.* 49. *de O. & A.* Verum reſponſio ad utrumque perfacilis eſt. Dic, ad prius: Nullam hic actionem dari ex Jure Civili: dari ex Jure Prætorio: ut ipſæ leges *d. l.* 14. *d. l.* 14. §. 11. volunt, hinc ſupra addidi: *ex Jure Prætorio.* Ut ſit Contractus Prætorius: non Civilis. Quales & alios extare, notum eſt. *v.* §. 9. *& ſeqq. I. de action.*

Conf. §. 38. *ſupr.* Ad poſterius ex *l.* 8 *§. f. de prec.* reſponde, regulas & alias ſæpe falſas eſſe, & dictam ex *d. l.* 12. *& d. l.* 49. regulam, heic officium ſuum perdere, quod eamdem aliquando facere, apertiſſime monſtrat §. 1. *vers: Aliquando tamen. I. de perpet. & temp. act.* Add. *Part.* 6 §. 252. *infr.* Si quis tamen *dandi* vocabulum ſtrictius ſumat, Precarium ad contractum *Facio ut facias pertinet.* §. 14. *I. de act.*

§. 127. Pacto ſerio, de ineundo contractu innominato, inito, antequam per accedentem cauſam id eſt dationem vel factum degeneret aut abeat in contractum innominatum, an ex eo hodie apud nos datur actio? Affirm. ob fidem a Germanis ſemper ſincere cultam. De qua *Tacit.* 13. *ann.* 45. Dixi 3. *Aph.* 71. *& Manip. Sicil.* 2, *num.* 187. Unde dabitur hodie *Condictio ex Moribus*: ad exemplum Condictionis ex Lege, de qua §. 24. *ſupr.* Ut conſequenter, actione Præſcriptis Verbis hodie poſſimus carere. Neu dixeris, pactum ex. gr. de permutando, nondum eſſe permutationem: Dico enim, id hodie eſſe pactum in ſe perfectum, & per ſe hodie efficaciter obligans. vid. 3. *aph.* 71. Plane ſi juratum ſit, ne pœnitere liceat, id juramentum & de ipſo Jure Civili poteſtatem pœnitendi excludet. *arg. Nov.* 87. *c.* 1.

§. 128. In contractu Æſtimatorio obligatur accipiens licet res perierit *l.* 1. §. 1. *ff. de æſtimat. act.* Oppon. *l.* 17. §. 1. *ff. de P. V.* Reſp.

Hanc legem *alio* titulo, de *Præſcriptis verbis* ſcilicet, (non autem in titulo *De Æſtimatoria*) poſitam eſſe: ut ex Legiſlatoris voluntate ad Æſtimatorium contractum non pertineat. Putem adeo *dict. l.* 17. *§.* 1. intelligi debere de æſtimatione non niſi *taxationis* cauſa facta. Nam ſi *venditionis* cauſa, ut in contractu Æſtimatorio, facta ſit, transfertur dominium, & res perit tum ſuo domino. *l.* 9. *C. pign. act.* Alii aliter.

§. 129. In *dote* regulariter ſive in dubio æſtimationem *venditionis* cauſa fieri, concedimus: ſed hoc non ideo quaſi per dotis dationem alias etiam dominium transferatur (quod falſum *l.* 30. *C. de jur. dot.*) ſed propter enixiſſimum illum inter conjuges affectum. vid. *l.* 1. *ff. de rit. nupt.* §. 1. *I. de patr. pot. l.* 1. *& l.* 2. *ff. rer. amotar.* tum propter jus dotium dominio proximum, quod ſc. in multis caſibus dominium exhibet. Quemadmodum uſusfructus, etſi in re aliena ſemper ſit. *pr. I. de uſufr.* in multis tamen caſibus pars dominii eſt. *l.* 4. *ff. de uſufr.* Unde & *domini* appellatio in fructuarium cadit. *l.* 8. *de reb. auct. jud. poſſid.* Conf. *infra Part.* 4. § 113. *n.* 2. Regulariter autem (extra cauſam *dotis*) non cenſetur æſtimatio *venditionis* ſed tantum *taxationis* cauſa eſſe facta in cauſis quibus dominium in accipientem non transfertur: ex. gr. locatione, commodato, &c. *l.* 80. §. *f. de contr. emt.*

§. 130. Rerum Permutatio (par ratio eſtre-

reliquorum innominatorum *l.* 7. §. 1. *ſeq. pact.*) etſi ex una ſaltem parte adimpleta fuerit, obligationem & actionem Præſcriptis Verbis parit, ei qui dedit, ad adimplendum: niſi Reus malit id quod intereſt ſolvere. *vid.* §. 132. *infra. l.* 5. §. 1. *l.* 7. *h.* Nec obſtant *l.* 1. §. 2. §. 4. *rer. permut.* Reſpondeo enim ad *d.* §. 2. verba illa: *init. oblig. præb.* eſſe pro nobis. Cum hoc velint, ita diſtingui Permutationem ab Emtione: utpote cum hæc ſolo conſenſu conſtet, illa autem cauſam id eſt dationem deſideret, ut initium capere poſſit obligatio. Ergo, quam primum res data eſt, obligatio initium cepit: conſequenter, is qui accepit, obligatur. Ergo ille qui dedit, nec accepit, non obligatur. Ad dictum autem §. 4. dico, illum a præcedente §. 3. male ſeparatum excudi (quod in Corpore Juris novum non eſt. *vid. de Jure Ventris P.* 6. §. 2. *& Virg. Florentin. cap.* 2. §. 5.) adeoque ad illum, uti olim pertinuit, ita ad eundem referendum eſſe, ut per conſequens loquatur de data re *aliena*, quam alter alteri tradendo, obligationi initium præbere nequit.

§. 131. Sola æſtimatio cum emtionem non faciat: ſed pretii pro merce dandi promiſſio: ſequitur, etiam rerum æſtimatarum permutationem eſſe. §. 2. *I. de emt. vend.* nec enim emtio fit ſola taxatione pretii, ſed pretii promiſſione *l.* 9. *C. de contr. emt.* Eamdemque ſententiam

tiam

tiam exigit *l.* 1. *C. de permutat.* Particula enim inibi occurrens *licet*, involvit utrumque caſum & quo res taxata & quo non taxata eſt. Agitur enim ibidem de caſu quo Titius fundum venalem habet, eumque Cajus pecunia tum forte deſtitutus, ſibi comparat, alio dato fundo: quo caſu emtionis inſtar hoc negotium exhibet, ſive Cajus det fundum taxatum ſive non taxatum. Cum utroque caſu comparet *venalem*. Et, ſi illud: *licet*: non eſſet involvens ſive implicativum, veluti eſt, faceret dicta lex 1. *C. de perm.* pro ſententia noſtra, velletque re taxata, eſſe permutationem. Sed verba: *licet non taxata quantitate*: volunt, utroque caſu emtionem quaſi eſſe, quo ad fundi *venalis* caſum.

§. 132. Is qui accepit ex contractu innominato, altero invito pœnitere nequit. *l.* 5. *C. obl. & act.* ad minimum enim id quod intereſt præſtare tenebitur. *l.* 5. §. 1. *l.* 9. *P. V. l.* 1. §. 1. *rer. perm.* Nec obſtant *l.* 1. §. 4. *ff. l.* 7. *C. perm. l.* 5. §. 3. *cond. c. d.* Nam ad *d. l.* 1. §. 4. reſpondeo, loqui de dante, qui pœnitere poteſt, cum reſpectu hujus nulla ſubſit cauſa, utpote qui nil accepit, quod ſecus eſt in eo qui accepit. Ad *d. l.* 7. dico, eam *Condictionis* voce loqui de Præſcriptis Verbis actione, hæc enim utique actio perſonalis eſt, ergo condictio. §. 15. *I. de act. l.* 25. *de O. & A.* Vel: occurrere ibi τὸ *potes.* quod indi-

cet electionem ei, qui dedit competentem, an velit Condictione cauſa data cauſa non ſecuta, an Præſcriptis verbis, agere. *Conf. l.* 10. *f. C. de act. emt.* Ad d. l. 5. §. 3. reſp. loqui de facto *nudo* ad quod debitor non cogitur. *l.* 13. *fin. de re jud.*

§. 133. Ad Contractuum Innominatorum ſpecies referunt nonnulli & *Cambium.* Recte omnino: etſi vel ſolam cambii perfectionem inſpicias. Enimvero diſtingue, inter contractus cambii perfectionem, & conſummationem. Ineunt hunc quippe contractum perficiuntque duæ perſonæ: I. pecuniam numeratam, aut loco ejus merces, dans aut promittens, a recipiente transſcribendam. II. Recipiens hanc pecuniam ſe transſcripturum. Hæc eſt cambii perfectio. Ad conſummationem accedunt & duæ aliæ: nempe III. quæ litteras acceptat. IV. cui pecunia transſcripta ſolvenda eſt. Prima vocatur, *Remittens.* Secunda audit *tractans, traſſans, trahens*, eſtque ipſe campſor. Tertia: *acceptans.* Quarta *Præſentans.* Cum Prima pecuniam promiſſam aliudve ejus nomine ſolvit: cum Secunda pecuniam accipit: contractus innominatus perfectus eſt. Deinde cum Secunda litteras ad Tertiam & Quartam dirigit, cum Tertia Quartæ ſolvit, hæc omnia ad contractus conſummationem pertinent *arg. l.* 1. *§.* 13 *depos.*

ADM.

ADMONITORIA
AD
PANDECTARUM
PARTEM QUARTAM.
LIBER XX.

§. 1.

HAc parte tria exhibentur: 1. Contractuum acceſſoria. 2. Matrimonialia 3. Tutelæ & Curæ Jura.

§. 2. Contractuum acceſſoria enarrantur heic quatuor. 1. Pignus. 2. Ædilitii Edicti materia. 3. Uſura. 4. Probatio.

TIT. I.

De Pignoribus & Hypothecis & de pactis eorum & qualiter ea contrahantur.

§. 3. PIgnus ſumitur vel in genere vel in ſpecie. In genere ſumtum comprehendit & hypothecam. *l.* 19. *de damn. inf. l.* 30. *nox. act.* § 7. *I. act. l.* 5. §. 1. *h.* eſtque jus in re creditori in ſecuritatem debiti conſtitutum. Dixi: *jus in re, l.* 26. *pign. act. rubr. ff. quib. mod. pign. ſolv.* Alibi notat rem in pignus datam. *rubr. ff.* *de*

de diſtract. pign. Alibi, contractum pignoris *rubr. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contr.* Dixi in genere. In ſpecie vero diſtinguitur Pignus ab Hypotheca, non, quod illud tantum ſit rei mobilis, hæc autem rei immobilis *vid. l.* 238. §. 2. *de V. S.* Sed in eo quod in Pignore in ſpecie dicto, poſſeſſio rei obligatæ ad creditorem transferatur: at in Hypotheca penes debitorem maneat §. 7. *I. de action.* Cum ergo in *l.* 5. *in fin. h. t.* legis: *Inter pignus & hypothecam tantum nominis ſonus differt.* Id tu intellige quoad materiam ibi tractatam: dixerat enim J Ctus *d. l.* 5. *pr.* res dari *hypothecæ* pro quacunque obligatione: mox ſubjicit, id non tantum quoad hypothecam verum eſſe ſed & quoad pignus: quemadmodum & in aliis quibuſdam pignus & hypotheca inter ſe conveniunt. veluti quod ex utroque detur actio in rem. *vid.* §. 7. *verſ. quantum ad. I. de action.* Ergo dicta lex 5. intelligenda eſt κατά τι: ſive reſpectu *quorundam.* Conf. *l.* 4. *de uſufr.* §. 8. *I. de adopt.*

§. 4. Dividitur Pignus in genere vel 1. ratione cauſæ efficientis, vel 2. ratione objecti. Ratione objecti eſt vel Generale quod afficit omnes debitoris res, vel Speciale quod in certis rebus conſtituitur. *v. l. f. C. quæ. res pign. add.* §. 7. *infr.*

§. 5. Ratione cauſæ efficientis eſt vel Publicum vel Privatum. Illud Neceſſarium, hoc

Vo-

Voluntarium. Illud vel Legale quod ab ipſa Lege *tit. ſeq.* vel Prætorium quod juſſu Prætoris, conſtituitur. Prætorium iterum eſt vel Judiciale, vel Prætorium in ſpecie dictum. Judiciale eſt quod a Prætore quidem ſed propter *judicium* (unde nomen) in caſu *judicati poſt ſententiam* latam in bonis debitoris qui ſententiæ parere recuſat, per pignorum captionem vel miſſionem in poſſeſſionem conſtituitur. Prætorium in ſpecie eſtquod conſtituitur *ante ſententiam*, per miſſionem in poſſeſſionem bonorum debitoris contumacis ex primo decreto factam, aut alias ad contumaciam coercendam. *§. pen. l. de ſat. tut. l. 26. pign. act. l. 2. 3. C. ſi in cauſ. jud. t. t. C. pign. Prat.* Præcipuum uſum habet hoc Pignus Prætorium, in concurſu creditorum, ut videre licet *infra Part. 6. §.* 187. *& ſeqq.*

§. 6. Privatum illud ſive voluntarium eſt vel Teſtamentarium, vel Conventionale. Illud teſtamento conſtituitur: hoc, contractu vel pacto nudo.

§. 7. Controvertitur ad h. t. (1.) an ſub Hypotheca mobilium & immobilium, contineantur res incorporales, & quidem ſpeciatim, nomina & obligationes? Quod negamus, cum mobilium & immobilium appellatio ad ſolas res corporales pertineat, utpote motus affectione in ſola corpora cadente. Accedit, in

dubio quem non præſumi, bona ſua velle effundere *l. 25. pr. prob. l. 22. don.* Add. jura & nomina rebus & mobilibus & immobilibus opponi ab iiſque expreſſe ſeparari *l. 15. §. 2. de re jud. l. 7. §. 4. de pecul.* Non obſtante *l. f. C. quæ res pign.* cum ibi oppignoratio occurrat *indiſtincte* & *generaliter*, non ſub *ſola* mobilium & immobilium appellatione, facta.

§. 8. Quæritur (2) an Pignus a non domino conſtitutum convaleſcat, ſi huic verus rei in pignus datæ dominus, heres fiat? Nos affirmamus *per l. 22. ff. h. t.* Et ad *l. 41. ff. de pign. act.* reſpondemus, *comma* ibidem eſſe tranſponendum hoc modo: *Non eſt idem dicendum, ſi ego Titii qui rem meam obligaverat, ſine mea voluntate heres extitero.* Ut heres *ſine voluntate* exiſtens, ſit heres fiduciarius, qui coactus adit, ex auctoritate puta SCti Pegaſiani & Trebelliani hereditatem fideicommiſſariam reſtituturus: qui ſine omni ſuo damno adit, ergo & abſque confirmatione pignoris ſibi maxime damnoſa. *v. §. 7. in fin. I. de fideicomm. hered. junct. l. 116. de R. J.* Ut in *d. l. 22.* ſit regula: at in *d. l. 41.* exceptio. Vel diſtingue, inter heredem ſponte, & coacte, adeuntem. Aliorum explicationes habes apud Goth. *ad d. l. 41.* Stryck. *Us. Mod.* 20. 3. *ſeq.*

§. 9. Graviter diſceptatur (3) an poſſeſſor rei ſpecialiter oppignoratæ tertius, gaudeat bene-

neficio ſive exceptione Ordinis ſive Excuſſionis? Neg. *per Novell.* 112. *cap.* 1. §. *Ab hoc autem.* In generali hypotheca ſecus eſt. *Nov.* 4. *c.* 2 cui per *d. Novell.* 112. utpote poſteriorem, hactenus derogatur. Et quamvis dictæ Novellæ 112. rubrica concepta ſit *de Litigioſis*: notum tamen eſt, rubricas Novellarum non eſſe authenticas. Hæc præterea dictæ Novellæ 112. rubrica, imperfecta eſt; ad d. Nov. cap. 1. partem priorem duntaxat reſpiciens: ut ſuppleri debeat ex parte dicti cap. 1. poſteriore, incipiente a *verſ: Ab hoc autem.* A quo rectius novum caput inchoabitur. Audiatur Imperator: ibi: *ſeparari decernimus.* Nam nec capitum diſſectiones hodiernæ ſunt authenticæ. Dixi *Irner: inj. vap. c.* 8. Dixi ſupra: *tertius.* Enimvero ſi ipſe debitor pignus, etſi ſpecialiſſime obligatum, poſſideat, is ordinis beneficio non gaudebit, ſed creditor, omiſſa hypotheca, ipſum debitorem perſonali actione recte convenire poterit *Nov.* 4. *cap.* 2: vid. Dn. Matth. Schluiter. J. U. Doctor & Senator Hamburgenſis *de immobilib. part.* 6. *tit.* 26. & *in appendic. pag.* 65. & *ſeqq.* quicquid ſtatuant Doctores apud Mevium 4. *deciſ.* 48. *n.* 3.

§. 10. Porro cum Rubrica *ff. h. t.* de *pactis pignorum* etiam loquatur, & ad hæc, pactum *Antichreticum*, & *Commiſſorium*, etiam ſpectent: admoneo, quod Antichreſis etſi & abſ-

que pignore ſtare ſeparatumque contractum innominatum do ut des (latiori acceptione *vid. Adm.* III. 126.) aut facio ut facias exhibere, actionemque in factum id eſt præſcriptis verbis parere poſſit. *l.* 11. §. 1. *de pign. hypoth. junct. Adm.* 111. 125. conf. Salmas. *de mod. uſur. cap* 4. Dn. Thyll. *ad Gail.* 2. *obſ.* 3. Stypman. *de antichreſ. th.* 6. *ſeqq.* Nihilominus tamen & Pignoris contractui adjici ejuſdemque *formam* efficere Pignorique *ineſſe* queat. *l.* 33. *l.* 39. *ff. de pign. act. l.* 17. *C. de uſur. junct. l.* 7. §. 5. *de pact.* Eoque ſenſu Pignus eſt *d. l.* 33. eodemque ſenſu admitti poſſunt Auctores *apud diſſentientem Stypmannum de antichreſ. theſ.* 3. qui Antichreſin Pignus ſtatuunt. Cujac. 3. *obſ.* 35. & 8. *obſ.* 17. Alciat. 2. *diſpunct.* 3. Diſſ. Vinn. 2. *ſel. quæſt.* 7. Hinc fluit deciſio quæſtionis, an in Antichreſi locus ſit remedio *legis* 2. *C. de reſcind. vendit.*? Affirmo, ſi pignoris contractui inſit: Nego, ſi contractus ſit per ſe ſubſiſtens innominatus. Aliter Accurſ. *gloſſ. l.* 14. *C. de uſur.* aliique *apud Stypmann. d. diſput. theſ.* 129. & ipſe Stypmann. *d. diſput. theſ.* 129. poſt Gothofred. *ad l.* 14. *C. de uſur. in fin.* Ratio autem deciſionis noſtræ in eo ſita eſt, quod priori caſu antichreſis ſit bonæ fidei: poſteriori, ſtricti juris. vid. *ſupra part.* 3. §. 105.

§. 11. Antichreſin dividimus in Expreſſam & Tacitam. In hac creditor fructus ex re pignora-

norata ſine conventione expreſſa percipit & in uſuras imputat. In illa, id facit vigore expreſſæ conventionis. *l.* 8 *ff. quibus mod. pign. tac. contr. l.* 13. *l.* 17. *C. de uſur. junct. l.* 1. §. 2. *l.* 13. §. *ult. de pign.* Et cur ſi alibi conſenſus ipſis rebus & factis declarari poteſt, non poſſit ejuſdem ingenii eſſe in Antichreſi? *vid. l.* 32. *inf. ff. de legib. l.* 2. *pr. de pact. l.* 48. §. 3. *de ædilit. edict. l.* 13. *in fin. locat.* Nec obſtat, creditorem debere fructus ex pignore perceptos in ſortem imputare. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l. f. C. pign. act. l.* 1. *C. de diſtr. pign.* id enim ceſſat cum aliud, expreſſe taciteve, conventum. *d. l.* 32. *d. l.* 2. *d. l.* 48. Add. Cujac. 8. *obſ.* 17. Hagen. *de uſuris cap.* 11. *n.* 17. Lauterb. *de Jure Antichreſeos theſ.* 13 *& ſeqq. & comp. ff. pag.* 231. *item* 1. *diſputat. Tubing.* 15. Faber. 9. *error.* 5. Diſſ. Stypmann. *de antichr. theſ.* 25. *ſeqq.* Vinn. 2. *ſel. quæſt.* 7. Bach. *de pignorib. lib.* 1. *cap* 14. *num* 4. In *expreſſa* antichreſi neceſſe non eſt ut legitimus uſurarum modus exacte obſervetur *d. l.* 17. *junct. arg. l.* 22. *don. l.* 23. *C. de uſur.* ſecus eſt de *tacita. d. l.* 8. vid. Bronchorſt. 2. *enantiophan.* 71. Mynſing. 6. *obſerv.* 3. Ceterum etſi præſcriptum uſurarum modum excedat expreſſa antichreſis, nihilominus licitam eſſe de Jure Civili, palam eſt, ob incertum nempe fructuum proventum: qui anno ſequente poteſt compenſari ſi forte antecedente an-

 no

no minor aut major fuit. *d. l.* 23. *C. de uſur.* Quod in tacita eodem modo locum non habet, cum conſenſus ad facta, quamdiu fiunt, magis alligetur, & ad ſequentes annos non pertineat: *l.* 13. §. *fin. ff. locat.* vid. Speckhan. *cent.* 3. *&.* 1. *qu.* 30. Hœnon. *ad. I. diſput.* 13. *coroll.* Sed an & licita eſt de Jure Naturali, Divino, Feudali? Aff. *arg. l.* 21. *C. mand. junct.* §. 1. *I. de jur. perſ.* cum & donare liceat, etiam partem in contractibus oneroſis. *l.* 38. *contrah. emt.* vid. Stypmann. *d. diſp. de anticbreſ. th.* 108. *ſeqq.* ut tamen de Jure Feudali accedat conſenſus domini & agnatorum. Quid de Jure Canonico? Hic ſecus eſt: nam ſi fructus percepti ſortem æquaverint, deductis oneribus, pignus reſtituendum eſt. *c.* 1. *& c.* 8. *x. de uſur.* niſi quod exceptio ſit in dote & feudo *d. c.* 8. *& c.* 16. *x de uſur. c.* 1. *x. de feud.* ubi hæc conventio vocatur *Gageria.* Add. Bockelman. *different. cap.* 35. Speckhan 3. 1. 4. 30 Zoeſ. *ad Decretal. de uſur. n.* 16.

§. 12. Contra ſentiendum eſt de Pactione ſive Lege Commiſſoria, *Pignori* adjecta. *l. f. C. de pact. pign.* ſcil. ut nec de Jure Civili hæc permiſſa ſit. Cum enim Pignora ipſam ſortem pretio ſoleant excedere, maxime iniquum eſſet, debitorem ſi die ſtato acceptam pecuniam non reſtitueret, ideo re ſua in pignus creditori data debere carere. Quæ iniquitas ceſ-

ceſſat in Pacto Commiſſorio adjecto *Emtioni Venditioni*, de quo *ſupra part.* 3. §. 96. Veluti contra, eadem iniquitas adeſt, ſi pactum Commiſſorium etiam ex intervallo *pignori* adjiciatur: non obſtante *l.* 34. *de pign. act.* cum ibi debitor pignus non ſub conditione ſed pure vendat, adeoque nulla ratione pactum commiſſorium ineat: in *præſenti* damno debitores ſolent eſſe cautiores, quam in *futurum* meliora tempora ſperantes, *arg. l.* 4. *in fin. SC. Vellej. pr. I. quib. alien. lic.* Quemadmodnm nec pactum commiſſorium eſt, ſi conveniatur, ut ſi debitor intra diem ſtatutum pignus non luat, res emta ſit juſto pretio, tunc per arbitros ab eis electos determinando. *l.* 16. §. *f. de pign. & hyp. l. ult. ff. de contr. emt.* Parlador. *differ.* 57. *n.* 11. etſi non cum ipſo debitore ſed cum ejus fidejuſſore dicta pactio inita ſit. ſecundum *d. l. ult. pr.* Diſſentit Bronchorſt. 1. *miſcell. contr.* 77. Superfluum tamen (ſive hyperocha. *l.* 20. *ff. qui pot. in pign.*) debitori eſt reſtituendum. *l. f. C. de diſtr. pign.* Ita accipienda & *l.* 1. *C. d pact. pign.* add. Dn. Thyll. *ad Gail.* 2. *obſ.* 3. *n.* 5.

TIT. II.

In quibus cauſis pignus vel hypotheca acita contrahitur.

§. 13. Sequitur *v.* §. 5. *ſupr.* Pignus *Lega-*

le; de quo ſunt verſiculi ſequentes. *Scire cupis cauſas tacitum queis pignus adhæret? Dos, nati, fiſcus, fideicommiſſa, minorque: Prædia qui locat, aut ſi ſint urbana refecta.*

§. 14. Agitur de *cauſis in quibus* (ut verba rubricæ *ff. libr.* 20. *tit.* 2. ſonant) *Pignus vel Hypotheca tacite contrahitur.* Hoc eſt pignus *Legale*, quod immediate per ipſam Legem conceditur: aliter & *Tacitum* cognominatum, quoniam omnibus etiam tacentibus, a lege nihilo minus conceditur. Cum ergo *Lex* hujus pignoris Legalis, ſit cauſa efficiens, ſequitur, non eſſe admittendum ullum *Legale* pignus niſi quod a Legibus conſtitutum eſſe, clare probari poſſit: *l.* 1. *med. C. comm. de Legat.* ut hic vel maxime locum habeat illud tritum: *Erubeſcendum eſt JCto abſque lege loquenti. arg. Novell.* 18. *cap.* 5. Et huc tendit Rubrica ff. modo propoſita, in verbis: *In quibus cauſis.* Unde recte inter alia concludes cum Carpzovio 2. *Conſtit.* 28. *defin.* 13. & 2. *conſtit.* 24. *def.* 15. 16. tutorem tacitam hypothecam non habere in bonis pupilli ratione contrariæ tutelæ actionis. *argum. d. Novell* 18. *cap.* 5. Ut adeo JCtum exacte noſſe oporteat, quænam illæ cauſæ ſint, in quibus pignus tacite contrahi leges voluerunt.

§. 15. In his primum locum occupat, Dos. Ad hoc caput pertinent §. 39. *I. de act. l. un.* §. 1. *C.*

1. C. de R. V. A. l. 29. C. de j. dot. l. f. C. de pact. conv. Nov. 97. *c.* 2. de quibus Schutzius *Compend. ff. pag.* 406. Interim ego ad eundem noto ſequentia. Ait Schutzius: *tacitam hanc hypothecam competere uxori etiam putativæ.* Diſſentit Lauterbach. *tr. Synopt. ad h. t.* §. 18. Ego diſtinguendum cenſeo: aut enim ſpes eſt matrimonii convalituri: ex. gr. ſi duodecim annis minor puella in qua malitia ætatem ſupplet, per errorem ducta eſt, hoc caſu Schutzii ſententiam amplector *argum. l.* 8. *ff. de cond. cauſ. dat. l.* 68. *ff. de Jur. Dot. l.* 13. §. 8. *de adult. l.* 18. *l. ultim. ff. l.* 5. *C. de Nupt.* Aut certum eſt, matrimonium nullo unquam tempore poſſe convaleſcere, ex. gr. ſi quis per errorem ſibi matrem ſororemve copulaverit: & hoc caſu ſequor Lauterbachium *argum. l.* 3. *& l.* 74. *ff. de Jur. dot.* Pergit Schutzius *d. loc.* & tacitum hoc pro dote pignus negat competere Sponſæ, etſi de præſenti ſponſa ſit. Quam ſententiam omnino ſequor, per ea quæ §. 14 *ſupra.* dixi, junctis iis quæ latius propono *Sicilim. Manip.* 3. *ad Pag.* 437. *in medio, verſ. non ſunt verum. Adde* §. 6. *verſ. Plane ex his quædam.* 7. *de Jur. Jur. Natur. Gent. & Civ.* Neque obſtant leges a Schutzio quaſi obſtantes adductæ, *puta l.* 74. *ff. de Jur. dot. l.* 17. §. 1. *de reb. aut. jud. poſſ.*
enim

enimvero non loquuntur de jure aliquo *in re*, adeoque nec de *Pignore*: ſed de privilegio ſaltem *perſonali*. Pergamus. Ait Schutzius *d. loc.* competere uxori etiam hanc tacitam hypothecam pro donatione propter nuptias: De quo add. 2. *Aphoriſm. ad Inſtitution.* 74. Quod autem idem Schutzius *dict. loc.* hypothecam hanc tacitam extendit ad alimenta a marito uxori præſtanda, in eo diſſentire ab eodem malim, cum Perezio *ad tit. C. de rei uxor. act. num.* 11. & Mencke *diſputat. 7. Contr. dec.* 2. *contr.* 5. Rationem repræſentavi §. 14. *ſupr.*

§. 16. Secundo, juxta ſuperius Carmen, Tacitum ſive Legale pignus habent Nati ſive Liberi. De his ita Schutzius *d. comp. pag.* 305. *Liberis* (ait) *in bonis patris ratione bonorum maternorum & materni generis quorum pater eſt legitimus adminiſtrator. l. 6. f. C. de bon. quæ lib. non etiam ratione reliquorum bonorum adventitiorum d. l. 6* §. 2. Sed hoc ultimum limito, cum hypotheca tacita etiam liberis prioris matrimonii competat in bonis parentis ad ſecunda vota tranſeuntis, pro reſtitutione rerum a priore conjuge vel aliis prioris thori liberis ad parentem devolutarum, *l.* 8. §. *ult. C. de Secund. Nupt.*

§. 17. Tertio, hypothecam tacitam habet Fiſcus in bonis debitorum. 1. Propter onus

pu-

publicum: veluti tributa *l.* 1. *C. h.* lim. quoad onera extraordinaria a tempore introductionis. Struv. *ff. h. tit. th.* 14. 2. ob adminiſtrationem *l.* 1. *C. de Priv. Fiſc.* 3. ob aliam cauſam: puta contractus veros vel quaſi: *l.* 2. *C. h. t.* Struv. *d. t. h.* 14. *num.* 4. Non etiam 4. ob delicta, *l.* 17. *l.* 73. *ff. de jur. fiſci* Oppon. *l.* 46. §. 3. *ff. eod.* Reſp. *Semper*, in dictis tribus caſibus: Ratione vero pœnarum, nunquam. Ceterum ratione *numeri ſecundi*, civitas fiſco hic exæquatur. *argum. l.* 3. *C. de Jur. Reip. l. ultim. C. quo quiſ. ord. conv.* non autem quoad *numerum tertium. arg. l.* 2. *C. de Jur. Reip. l.* 8. *C. qui pot. in pign. l.* 16. *ff. de V. S.* Nunc conferantur quæ Schutzius habet *d. comp. ff. pag.* 406. *princip.*

§. 18. Quartus locus in Carmine noſtro aſſignatur *Fideicommiſſis*, ſub quibus intellige etiam *Legata* eſſe comprehenſa. Omni enim Fideicommiſſo expreſſo ineſt Legatum tacitum & vice verſa. §. 3. *J. de Legat.* Vid. ſis quæ dixi *Libr.* 3. *Aphoriſm.* 148. Scilicet Legatarii & Fideicommiſſarii habent tacitam hypothecam in reliquis extra rem ipſis relictam bonis defuncti. *l.* 1. *C. Comm. de Legat.* §. 2. *I. de Legat.* Dixi *extra rem &c.* Nam ipſius rei ipſis relictæ conſequuntur dominium. *l.* 80. *ff. de leg.* 2. *l.* 64. *ff. de Furt.* ergo in eadem nequeunt habere pignus. *l.* 45. *ff. de R. J.*

§. 19. Quinto, metro ita ſuadente, ſequi-

quitur *Minor*; ſub qua voce non tantum comprehenditur pubes 25. annis minor: ſed & impubes. §. 2. *l. quib. alien. lic. rubr. C. de præd. & al. reb. minorum.* De his vid. Schutz. *compend. ff. pag.* 405. *num.* 1. 2. & 3. ubi noto 1. quod Schutzius ait, hypothecam tacitam, quam pupilli & minores in bonis ſuorum Tutorum & Curatorum habent, non competere pupillorum minorumque heredibus, id non probari per allegatas ibi *l.* 19. §. 1. *de reb. aut. jud. poſſid. l.* 42. *de admin. tut.* cum non loquantur de tacita hypotheca, ſed de privilegio prælationis. Quare ſentio cum Lauterbachio *tr. ſynopt. h. t. num.* 37. Carpz. 2. *conſtit.* 24. *def.* 12. *ſeq.* Wiſſenbachio *ff.* 1. *Diſput.* 51. *th.* 11. aliisque, dictam legalem hypothecam etiam pupillorum minorumque heredibus, concedentibus: idque per §. 1. *I. de perpet. & tempor. act.* ubi omnis actio quæ defuncto dabatur & injuriarum actio non eſt, nec huic ſimilis eſt, heredibus datur: atqui actio hypothecaria non eſt injuriarum actio nec huic ſimilis: Ergo dabitur heredibus. Unde ſequitur, non dari hanc hypothecam heredibus (ut loquuntur) inchoative, ſed continuative: ſive, ut Latine loquar, ab heredibus in bonis tutori forte poſt mortem pupilli acquiſitis non incipere, ſed in bonis tutoris ante pupilli mortem tutori acquiſitis cœptam, in herede pupilli durare. Neque 2.
in

in eo aſſentior Schutzio, quod hypothecam hanc Legalem etiam in bonis Protutoris locum habere ſcribat, adducta *d. l.* 19. 1. *de rebus aut. jud. poſſid.* cum, ut jam monui, non loquatur de hypotheca. Et diſſentit a Schutzio etiam Lauterbach. *d. tract. ad. h. t. numer.* 38. Sed 3. in eo aſſentior Schutzio, quod hypothecæ huic locum non faciat in bonis curatoris bonorum: de quibus add. Schutz. *dict. comp. pag.* 589. & Carpz. *deciſ.* 134. Nec obſtat *l.* 33. *in fin. ibi: ceteriſque curatoribus ff d. furt.* Comparatio enim ibidem non fit abſolute, ſed reſpective, ut loquuntur: quoad caſum ſcilicet ibi propoſitum, quod ſcilicet quilibet alius Curator perinde furti teneatur, ac tutor. ibi: *furti actione tenetur.* Porro 4. verbis Schutzii: *Pupillis in rebus eorum pecunia emtis*: addo vel inſero hæc: *per extraneum.* Ut ita ſimul reſpondeatur ad *l. 2. ff. & l. 2. C. quand. ex fact. tutor.* ex quibus evincitur, pupillos rerum eorum pecunia emtarum conſequi dominium. Si autem dominium talium rerum habent, quomodo poſſunt in iiſdem pignus habere? cum pignus ſemper ſit jus in re aliena, nunquam in propria. Solvo: Dominium habent, ſi Tutores Curatoresve emerint: pignus, ſi extraneus quis. Rationem differentiæ peto ex *l.* 157. *pr. in fin. ff. de R. J. l.* 27. *ff. de admini*ſtra-

niſtration. tut. 5. Ad numerum Schutzii tertium ubi agit de hypotheca pupillis in bonis vitrici matrem tutricem ducentis, ſecundum *l.* 6. *C. h. t.* competente, vide Someren. *de jur. novercar. cap.* 5. *num.* 2

§. 20. Sexto, pignus tacitum habet *Locator prædii*, ſive ruſtici inquam prædii ſive urbani. Cum differentia tamen, ut aliæ res obligatæ ſint locatori prædii ruſtici, aliæ locatori prædii urbani. Dixi *Sicilim. Manipul.* 1. *ad ff. num.* 49. Conf. Treutler. *vol.* 2. *d.* 1. *th.* 4. *lit. c.* Hunn. *reſ. ib.* & 2. *diſp.* 25. *th.* 2. *q.* 32. & 3. *var. reſ.* 3. *p.* 5. *quæſt.* 3. Summa huc redit, quod non tantum in prædium urbanum invecta & illata tacitæ hypothecæ locatori obligata ſint, ſed & ſi in prædium ruſticum invecta illatave fuerint, modo hoc poſteriori caſu in prædium ruſticum *ſciente locatore* illata & invecta, præter ſcilicet fructus in tali prædio natos *l.* 5. *C. de locat. cond.* §. 7. *ff. de act.* *l.* 7. §. 1. *ff. h. t.* obligata cenſeantur. Ergo quoad invecta & illata in prædium ruſticum, requiritur locatoris non quidem expreſſa conventio, ſed tamen ſcientia: at quoad prædia urbana, nec conventio expreſſa nec ſcientia locatoris exigitur. Rationem differentiæ (quam non enervat Martucius 1. *var. explanat.* 14. *n.* 4.) dat Neguzantius *tractat. de Pignor. membr.* 4. *p.* 2. *numer.* 145. quod in prædiis urbanis interſit

ſit noſtra ne res noſtræ pandantur. *l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. deb.* & ideo inducitur hypotheca in illis abſque ſcientia domini domus: ſecus autem eſt in rebus ruſticis, quia ruſtici palam inducunt plauſtra, ligones & ſimilia, & ſancta ſimplicitas omnia palam habet. Ita tenet Gloſſa in *§. item Serviana J. de act.* cum qua communiter Doctores tranſeunt. Hæc ille. Et tamen diſſentiunt Vinn. *tr. de Pactis c. 2. n. 7,* Gerhard. *7. illuſtr. quæſt.* 23. Goehauſen. 3. *Pericul. Academ. q.* 4. Bronchorſt. 2. *aſſert.* 72. De Paſſeribus *concil. leg. p. m.* 283. Harprecht *ad §. 7. I. de action. num.* 3. *ſeqq.* Schutzius *comp. ff. h. t. in fin.* Sed &, an ſecundi etiam conductoris res invectæ & illatæ domino domus obligatæ ſint? quæſtionis eſt. Ad quam reſpondeo affirmative *per l.* 11. *§.* 5. *ff. qui potior. in pign.* Schutzius & allegati *comp. ff. pag.* 392. Lauterbach. *tr. Synopt. h. t. n.* 84. Diſſentit ſui oblitus idem Schutzius *d. comp. ff. pag.* 407. *per l.* 24. *§.* 1. *ff. locat. cond. l.* 53. *ff. de A. E. V.* Sed reſpondeo, ad *d. l.* 24. *§.* 1. agere eandem de prædio ruſtico, ubi invecta & illata non obligantur tacite, nec ſecundo inquam locatori nec primo, nec ulli: niſi ſcilicet concurrat locatoris primi ſcientia. *l.* 5. *C. de Locat.* ex qua nunc etiam limitandum cenſeo *d. l.* 24. *§.* 1. generale effatum, niſi ſcilicet ſciente locatore primo invectum illatum-

latumve quid fuerit. Ad alteram illam *l.* 53. *ff. de act. emt. vend.* Reſpondeo, non agere eandem de pignore: quod eſt jus in re. add. Bronchorſt. 1. *aſſert.* 80.

§. 21. Septimum pignus Legale (oritur enim, cum olim & hic nonniſi privilegium perſonale competeret, ex ſpeciali Senatus conſulto ſub Divo Marco *l.* 1. *pr. h. t. l.* 52. §. 10. *pro ſoc. l.* 24 §. 1. *de reb. auct. jud.*) ſive Tacitum, habet is qui pecuniam credidit ad reficiendum prædium urbanum ſive inquam ipſi domino dederit ſive redemtori operis: modo revera in id impenſa ſit pecunia. *l.* 1. *ff. h. t. l.* 24. §. 1. *ff. de reb. auct. jud. poſſ.* Cum autem ſpeciale hoc ſit privilegium. *l.* 54. §. 1. *de reb. auct. jud. poſſ.* cujus rationem a cura ſplendoris urbis arceſſimus. *l.* 2. *C. de ædific. priv.* facile patet, hoc privilegium ad ſimilia extendi non debere: cum ea ſit privilegiorum natura ut maneant privilegia id eſt privata jura, non autem ut fiant communia, quod fieret ſi traherentur ad conſequentias: at hoc Princeps non vult, ſed vult ut maneant priva jura. §. 6 *J. de Jur. Nat. Gent. & Civ. l.* 141. *pr. ff. de R. J.* Unde hoc privilegium non competet illis qui vel ad aliarum rerum comparationem, vel etiam refectionem, etiam navis, pecunias crediderunt. Opp. *l.* 5. *&* 6. *ff. qui potior. in pign. Nov.* 97. *cap.* 3. Reſp: Loquuntur de iis qui ſibi

ex-

expreſſa hypotheca proſpexerunt. Et *in d. l.* 5. *&* 6. quæſtio tantum eſt qui potiores ſint, ſi pignus habeant. Opp. *l.* 16. *ff. de reb. auct. jud. poſſid.* Reſp. Loqui eandem de privilegio inter Chirographarios, non inter Hypothecarios. Opp. Major in navibus quam ædibus eſt ratio. *argum. l.* 1. §. 20. *ff. de exercitor. act.* Reſp. 1. in ſumma republica, privilegii hujus ratio ſita non eſt, ſed in urbis nitore, ut dixi: aſt hic per naves, maria & flumina petentes, non obtinetur. Reſp. 2. in privilegiis argumentatio ex identitate ut loquuntur aut majoritate rationis non valet, *d.* §. 6. *I. de J. N. G. & C.* Conf. Vinn. 2. *ſel. quæſt.* 4. Bronch. 2. *enantioph.* 76.

Tit III.

Quæ res pignori vel hypotheca data obligari non poſſint.

§. 22. Hæc de Pignoris definitione & diviſione: Nunc ejuſdem nota adhuc Objectum, Effectum, Contraria.

§. 23. Objectum faciunt omnes res quæ in bonis debitoris ſunt & alienari poſſunt. *l. f. C. de reb. alien. non alienand. l.* 18. §. 4. *de pign. act.* Ergo non res alienæ *l.* 6. *& t. t. C. Si res al. pign. dat.* non inquam, reſpectu domini; etſi qui-

dem contrahentium *l.* 9. §. 4 *l.* 22. §. 2. *de pign. act.* Vide ſis etiam §. 8. *ſupra.* Sunt & aliæ res quæ pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt, veluti fundus dotalis, res litigioſa, feudum, arma, inſtrumenta ruſtica *l.* 1. *fund. dot. l.* 7. *l.* 8. *& auth. Agricultores C. hered. act. l.* 2. *C. h. l.* 14. §. 1. *de re milit.* 2. *F.* 55. Add. & *Adm.* VII §. 73. *n.* 9. De Servitutibus dixi Jul. Paul. §. 20. Aliter alii. v. Nic. de Paſſeribus *conc. leg. pag.* 275.

§. 24. Si nomen oppignoratum ſit, creditor contra ſui debitoris debitorem aget non actione perſonali ex. gr. mutui *arg. l.* 25. *O. A.* ſed utili Serviana, id eſt Quaſi Serviana ſive Hypothecaria in rem actione *l.* 3. *C. hered. act. l.* 2. *C. de O. & A. l.* 4. *C. q. res pign. l.* 13. §. 2. *ff. de pign. l.* 18. *de pign. act.* Carpz. 3. *deciſ.* 258. Muller. *ad Struv. ff. exerc. theſ.* 18. Diſſentit Struv. *d. theſ.* 18. Opp. *l.* 4. *C. h. t. l.* 7. *C. de her. vel act. vend. l.* 18. *de pign. act.* Reſp. Loquuntur in genere de actione. Opp. *l.* 2. *C. quand. fiſc. vel priv.* Reſp. agit de ſententiæ executione.

Tit. IV.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

§. 25. Effectus Pignoris in ejuſdem 1. Retentione. 2. Perſecutione. 3. Prælatione. 4. Diſtractione, elucet.

§. 26. Retentionem pignoris creditori competere, patet *ex Admon. VII.* 17. Amplia: ut etiam ob debitum aliud ob quod res illa pignori obligata non erat, nihilominus retineri poſſit. *l. un. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe.* Vid. Tabor. *de jure obſtagii cap.* 9. *th.* 12. Nec obſtat *l.* 11. §. 3. *de pignor. act.* ut enim non dicam 1. cum Hubero *prael. quib. mod. p. ſolv. n.* 1. dictæ legi Pandectarum per Codicem derogari: reſpondeo 2. dictam *l. un.* loqui de duabus ſortibus: at dictam *l.* 11. §. 3. de ſorte & uſuris ſoluta ſorte ſimul ſublatis. Vel 3. in dicta *l.* 11. §. 3. eſſe pactum conventum, ne ob aliud debitum retentionem pignoris creditor habeat. ibi: *duntaxat.*

§. 27. Perſecutio Pignoris fit remediis vel *Poſſeſſoriis* vel *Petitoriis.* Ad *illa* ſpectat interdictum Salvianum, &, Ne vis fiat ei qui in

poſſeſſionem miſſus eſt, *de quibus libro ff.* 43. Vide ſis 4. *aphor.* 106 *& Apharism.* 110. Ad *hac* pertinet Actio Serviana & Quaſi Serviana. de quibus *v.* 4. *Aph.* 52. Ab his differt actio Pignoratitia de qua *ſupra part.* 3. §. 36. *& ſeqq. &* 3. *a.* 83.

§. 28. Prælatio (*vid.* §. 25.) habet hanc regulam: Qui prior eſt tempore, idem in pignore potior eſt *l.* 2. *l.* 7. *C. h.* Parlador. *diff.* 58. §. 1. Amplia: 1. etſi in prioris creditoris locum ſucceſſerit. Quod hypothecarius obtinet etiam ſine ſpeciali tranſcriptione: Chirographarius, non niſi hac interpoſita. *l.* 11. §. *f. l.* 12. §. 6. *&* 8. *h. t. l.* 3. *de pign. & hyp.* Nec obſtat *l.* 2. *C. de his qui in prior. cred. loc.* cum ex aliis legibus ſit ſupplenda, ſi ſcil acceſſerit tranſcriptio. *l.* 26. *l.* 28. *legib.* Nec impedit vulgatus canon: Surrogatum ſapere naturam ejus in cujus locum ſurrogatum eſt. *arg. l.* 32. *dej. dot. l.* 18. *quod. met. cauſ. l.* 36. §. 1. *de don. int. vir. & ux.* quia ille canon aut regulariter aut certe multis caſibus falſus eſt *arg. l.* 6. *C. de R. V* §. 8. *&* §. 29. *I. de actionib. l.* 31. *de ſolutionib.* vid. Paurmeiſter. 2. *de juriſdict.* 6. *n.* 23. *& n.* 172. Beuſt. *ad Stryck. de feud. pag.* 51. *&* 75. Ampl. 2. etſi vel momento prior ſit *arg. l.* 11. *de R. J.* Limita: niſi poſterior privilegio munitus ſit. ex. gr. uxor ratione dotis §. 29. *I. act.* Vid. *infra. VI.* 195.

Tit. V.

De diſtractione pignorum vel hypothecarum.

§. 29. Diſtractio(*vid ſupr.* §. 25.) fit a *creditore* (de *debitore* alienante vid. *l.* 7. §. *f. h.* Gothofr. & Buſ. *ad d. l.* 7 §. *f.* Item *l. un. C. rem al. ger.*) dupliciter, vel auctoritate magiſtratus, vel privata. Auctoritate magiſtratus Pignus ſub haſta diſtrahitur, ubi tum ipſe creditor ſi tantum offerat quantum extraneus, admittitur, aut in poſſeſſionem mittitur, dominiumque, auctoritate principis accedente, ipſi interdum adjudicatur *l.* 2. *l. f. C. Si in cauſ. jud. l.* 3. *C. de execut. r jud.*

§. 30. Privata auctoritate ſi creditor pignus diſtrahat, oportet, ut id bona fide faciat non tantum, ſed & ſolenniter, ubi diſtinguitur ex *l.* 4. *pign. act. l. f. C. de jur. dom. imp.* Scilicet an 1. ſit interpoſita pactio de vendendo: an 2. ſit conventio adjecta de non vendendo: an 3. nil quicquam de vendendo pactum conventum fuerit. Primo caſu, pactum ſervabitur, etſi nec interpellatum nec biennium elapſum ſit. De ſecundo & tertio caſu *vid.* §. 31. *ſeq.* Dixi 2 *aph:* 82.

§. 31 Si de pignore vendendo nihil pactum conventum fuerit, ut & ſi conventum ſit, ne vendatur (nam & hoc pactum ***nullum*** eſt,

utpote contra ſubſtantiam pignoris *l. 9. §. 1. quæ res pignor. §. ult. l. quib. mod. re contr. obl. junct. l. 6. C. de pact. l. 5. C. de legib.*) creditorem biennium expectare debere, ſtatuimus *l. 3. §. 1. C. de jur. dom. imp. junct. l. 6. C. pact.* Rebhan. & allegg. 3. *paralipomen.* 5. Negu-ſant. *tr. de pignorib. p. 6. membr. 1. n. 2.* Diſſ. Bronchorſt. 2. *enantiophan.* 73. Buſius *ad. l. 4. de pign. act.* Connan. 4. *commentar.* 18. Lauterbach. *p.* 409. Opp. Quod *l. 4. de pign. act.* biennium caſu poſteriori non requirat, ſed trina denuntiatione ſit contenta. Item, quod dicta l. 3. hoc caſu biennium non deſideret. Reſp. Immo hæc id exigit, dum 1. biennii lapſum requirit, ſi nil eſt pactum. Ergo multo magis, ſi contrarium eſt pactum. 2. tale pactum contrarium eſt *nullum*, ut dixi Ergo *nihil* eſt pactum. Atqui *tum* lex exigit biennium. Illa tantum intercedit differentia, quod ſecundo caſu una, at tertio trina intercedere debeat interpellatio *d. l. 4. d. l. 3.*

Tit. VI.

Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur.

§. 32. Reſtant pignoris contraria *vid. ſupra* §. 22. Ad hæc pertinent modi quibus Pignus vel Hypotheca ſolvitur: quod fit

1. ſolutione debiti principalis non tantum naturali, ſed & civili *l. 6. h. arg. l. 2. pec. leg. l. 33. de ſolut.* 2. rei interitu totali *l. 8. h. l. 18. §. 2. de pign.* 3. lapſu temporis adjecti *d. l. 6.* 4. remiſſione vel expreſſa vel tacita, quæ tacita fit etiam per conſenſum in ejus alienationem, nuda ſcientia ad id non ſufficiente *v. l. 7. l. 8. §. 11. §. 15. h.* Lim. Niſi publico programmate ſignificatio facta ſit; aut creditor ſciverit, jus ſuum non poſſe durare ex. gr. rem ſacram fieri. *vid. l 6. l. 8. C. de pign. remiſſ.* Redditio chirographi facta a creditore debitori, inducit remiſſionem debiti: pignoris reſtitutio non item. *l. 3. pact. l. 7. C pign. rem. l 24. prob.* Bronchorſt. 1. *enant.* 58. Add. *ſupra part.* 1. §. 146.

§. 33. Sed an conſentiens creditor in ulteriorem pignoris obligationem, cenſebitur pignus ſuum omnino dimiſiſſe ut nequidem poſt novum creditorem admittatur? Neg. *l. 12. pr. h. t. l. 12. §. 4. qui pot. in pign. arg. l. 25. de prob. l. 22. de donat.* Remittitur jus retinendi & prioritas: non pignus *l. 9. in f. h.* Opp. Pignus tum eſſe remiſſum. *d. l. 21. pr. h. t.* Reſp. *κατά τι*: ſive, *in tantum*: ſcil. reſpectu novi creditoris. Diſſ. Lauterb. & Berger. *ff. h. t.* De *l. ult. C. de rem. pign.* vid. Bockelm. *h.* §. 2. Aliter Gelehrte Fama *part.* 25. *pag.* 47. Etiam adde ſis *Part.* 3. §. 108. *ſupr.*

LIBER. XXI.

TIT. I.

De Ædilitio edicto & redhibitione & quanti minoris.

§. 34. Secundum contractuum acceſſorium *v. ſupra.* §. 1. præbet Ædilitium Edictum, cujus tria præcipua capita fuerunt. Primo Capite emtoribus ſuccurritur ne ob vitia rerum venditarum lædantur. Unde tres veniunt actiones. 1. Redhibitoria, 2. Æſtimatoria ſive Quanti minoris. 3. In factum. Redhibitoria datur emtori contra venditorem ad rem vitioſam venditam recipiendam & pretium reſtituendum cum uſuris & id quod intereſt ſi vitium ſcivit, competitque intra ſex menſes ob vitia rerum:& intra duos menſes ob ornamenta & omiſſam cautionem *l.* 8. *l.* 31. *h.* Dixi: *rem vitioſam.* Ampl. Etiam immobilem *l.* 49. *l.* 61. *h.* etſi Röveſtrunckius de contrario uſu fori teſtetur *meditat. ædilit.* 1. *n.* 9. De equi vitiis ſciendum, eſſe eorum numerum quibuſdam in locis imminutum. vid. 3. *aph.* 92. & latius Röveſtrunck. *d. libr.* 1. *cap.* 4. & *libr.* 2. *part.* 1. Speckhan. *centur.* 1. *quæſtion.* 18. Extra talem autem localem praxin, obtinebit Jus Civile. *l.* 27. *C. de teſtam.* Veluti de equo *bulſo* habes apud Alexandrum *conſil. libr.* 2. *conſil* 148. Eſt autem *bulſina* vel *bulſino* Italis vitium ex obſtructione pulmonum oriundum. Etſi autem

vi-

vitium a morbo differat, quod morbus temporalem corporis imbecillitatem, vitium vero perpetuum corporis impedimentum, notet *l.*101. §.2. *de V.S.* audi tamen Ulpianum *l.*1.§.7.*h.t.Ego puto*, inquit, *Ædiles tollendæ dubitationis gratia, bis* κατὰ τῦ αὐτῦ *idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet.* Stricte ergo loquendo, ille cui os olet, non ex oris hircoſi illuvie, ſed quod pulmo aut jecur doleat: morboſus eſt. Bos ſi cornu petat, aut mulæ ceſſum dent: vitium eſt. Vide ſis quæ dixi *de Jure Ventr. part.* 5.

§. 35. Actio Quanti minoris, alias Æſtimatoria vocatur, eademque emtor intra annum utilem aut ratione præſtandæ cautionis ſex menſes *l.* 28. *h.* agit contra venditorem, ut de pretio tantum, quanti minoris emtor rem ſi vitium ſciviſſet, emiſſet, reſtituat *l.* 19. §. *f. h.* Nunc ſciendum, emtoris electionem eſſe, utrum hac an præcedente actione agere velit. *d. l.* 25. §. 1. *exc. rei jud.*

§. 36. Actio in factum eſt quæ emtori contra venditorem ad pretium re vendita reſtituta recuperandum, competit perpetuo *l.* 31. §. 17. *h.* Atqui, opponat quis, eſt hæc actio Prætoria & ſimul reſcindens, ergo non perpetua *l.* 35 *de O. & A.* Reſpond. Non eſt hæc *ad* reſciſſionem, ſed *poſt* eam.

§. 37. Dictam Redhibitoriam Lauterb. *comp. pag.* 412. dicit magis datam eſſe quam

natam. Male *l.* 23. §. 4. *h.* Vid. infra *Admon. part.* 6. §. 288. & *de J. Virgin.* §. 33.

§. 38. Si ex Ædilitio edicto emtio reſciſſa fuerit, id quod ex more aut lege regionis emtor præſtare debuit, ex. gr. ſympoſium, vectigal, &c. a venditore repetet *l.* 11. §. 5. 6. *l.* 13. § 13. *ſeqq. act. emt. l.* 31. §. 20. *h. t.* Althuſ. *dicæolog.* 1. *cap.* 75. *num.* 13.

§. 39. Edicto Ædilitio in donatione ſimplici locus non eſt. *v. l.* 62. *h.* etſi a promiſſione inceperit. *arg. l.* 32. *ad L. Aquil. v.* §. 44. *infr.* Röveſtrunck. 1. *medit. ædilit. c.* 2. Diſſ. Brunnem. *ad d. l.* 26.

§. 40. Secundo Ædilitii Edicti capite cavent Ædiles, ne quis canem, lupum, leonem, aut aliud noxium animal ibi habeat, ubi vulgo iter fieri ſolet. Ubi diſting. Si (1.) liber homo perierit, non ejus æſtimatio *l.* 1. §. 5. *qui effud.* ſed pœna ducentorum aureorum ſolvitur. *l.* 42. *h. t.* (2.) Si libero homini fuerit nocitum, quantum judici bonum & æquum fuerit viſum. §. 1. *I. ſi quadrup.* non tamen ob deformitatem aut dolorem. *arg. d. l.* 1. §. 5. vid. *de J. Virginum.* §. 61. (3.) In ceteris, duplum obtinet *d.* §. 1. *add. l.* 40. *ſeqq. h.* Si in abdita ædium parte feræ habeantur ibiq; noceant, Ædilitio huic juri locus non erit *l.* 42. *pæn.* obtinente actione in factum ad indemnitatem *l.* 33. *in fin. L. Aquil.* Diſſ. Koppen. 2. *obſ.* 78. *n.* 11.

TIT. II.

De Evictionibus & dupla ſtipulatione.

§. 41. Tertio capite, cavent Ædiles *l.* 31. §. 20. *Ædil. edict. l.* 37. §. 1. *h.* de Evictione emtoribus præſtanda. Evictio eſt juſta rei noſtræ ab alio poſſeſſæ perjudicem facta recuperatio *l.* 24. *l.* 34. §. 1. *h.* Dixi *per judicem.* Nam (1,) ſi per imprudentiam judicis, aut errorem, emtor rei victus eſt, negamus auctoris damnum eſſe debere: aut quid refert, ſordibus judicis an ſtultitia res perierit? injuria enim quæ fit emtori, auctorem non debet contingere *l.* 51. *pr. ff. h. t. l.* 8. *C. eod.* (2.) Si compromiſero, & contra me data fuerit ſententia: nulla mihi actio de evictione danda eſt adverſus venditorem, nulla enim neceſſitate cogente id feci, *l.* 56. §. 1. *h. t.* (3.) Præſtationi evictonis locus non eſt, ſi caſu fortuito res ſublata ſit. Verbi gratia, ſi ſervus venditus deceſſerit, antequam evincatur, ſtipulatio non committitur. quia nemo eum evincit, ſed factum humanæ ſortis. *l.* 21. *pr. h. l.* 26. *C. h.* (4.) Culpa poſſeſſoris, eidem nocet: ex. gr. ſi cum poſſet emtor auctori denuntiare, non denuntiavit, & victus fuerit. quoniam parum inſtructus erat, hoc ipſo videtur dolo fecíſ-

feciſſe *l.* 53. §. 1. *h.* §. 1. *h. t.* Add. *l.* 56. §. 3. *l.* 63. §. *ult. eod.* Dixi: *facta.* Nec enim vel ipſa condemnatio ſufficit *l.* 57. *h.*

§. 42. Præſtatur evictio vel ex negotii natura, vel ex ſtipulatione: Unde & illius negotii actio, vel actio ex ſtipulatu, deſcendit. Actio ex ipſo negotio, eſt quaſi naturalis, cum evictionis præſtatio emtioni & negotiis affinibus quaſi proprietas quædam inhæreat, unde actio ad pretium, id quod intereſt, & expenſas datur. v. *l.* 1. *l.* 60. *l.* 66. *ſ. h. l.* 4. *C. h. l.* 1. *C. rer. perm.* Actio ex ſtipulatu, eſt quaſi accidentalis cui aliter locus non datur quam interpoſita ſtipulatione, qæ in venditione quarundam rerum, pretiolarum inquam, obtinere & duplæ ſtipulationem continere poteſt *l.* 37. *pr.* §. 1. *ff. l.* 4. *C. h. rubr. ff. b. t.* Re ergo evicta ex emtoris patrimonio, datur emtori aut hæc aut illa actio contra venditorem ad *præſtandam evictionem* id eſt ad damnum qaod emtor per talem evictionem ſenſit a venditore ipſi refundendum: veluti alibi dicimus *præſtare dolum culpam vel caſum.*

§. 43. Qui ſcienter emit rem alienam, non habet actionem de evictione, ne quidem ad pretii reſtitutionem *l.* 27. *C. h. t.* Nec obſtat *l. f.* §. *f. C. comm. de legat.* agit enim de re non aliena, ſed propria, aſt fideicommiſſo conditionali obnoxia: immo & de caſu, quo emtor

tor ſibi pacto convento de evictione præſtanda proſpexit. Feltman *de feudis cap.* 6. §. 2. *n.* 2. & 3. Fachin. 2. *controverſ.* 40. Kuyck. *ad Cravett. reſponſ. pag. mihi* 273.

§. 44. An donator de Evictione tenetur? Plurimi, quos adducit Bocer. *tr. de donat. cap.* 3. *num.* 91. diſtinguunt, an donatio ceperit a promiſſione an traditione. Nos miſſa hac diſtinctione, reſpondemus negando. *l.* 2. *C. h. junct. l.* 18 §. *ult. don. l.* 62. *Ædil. edict.* Nec obſtat *l.* 35. *C. de donat.* nam ibi non niſi de actione ad conſummandum agitur: non autem ad evictionem præſtandam. Fruſtra etiam opponitur *l.* 1. *C. de j. dot.* cum agat de cauſa dotis quæ oneroſa eſt. *l.* 20. *C. eod.* Goehauſen. 3. *pericul. Academ. qu.* 19. Vinn. 2. *ſelect. quæſtion.* 8. *in fin.*

§. 45. Qui ad evictionem obligatur, non aliter tenetur, quam ſi denuntiatio in tempore ſit facta, etiamſi ſe obligaverit ad evictionem quomodocunque & qualitercunque res evincatur *l.* 53. §. 1. *l.* 62. §. 1. *ff. l.* 20. *ſeqq. C. h.* idque etſi aliunde venditor reſciverit, ab emtore rem vindicari, immo etſi jusjurandum venditioni appoſitum fuerit a venditore, ſe defendere velle emtorem in caſu evictionis. Nec enim hic certioratio tantum fieri debet ad ſcientiam, ſed & ad informandum & adſiſtendum. Unde emtor eam omittens, cenſetur juri ſuo

renun-

renuntiaſſe & ſua culpa victus *vid.* §. 41. *n.* 4. Goehauſ. 3. *pericul. quaſt.* 20.

§. 46. Uti autem illa denuntiatio etiam poſt litem conteſtatam fieri poteſt: Ita fieri debet tranſmiſſo ſimul libelli & citationis exemplo. Lauterb. *comp. pag.* 415. *ſeq.* etſi denuntiatio fiat per judicem. Frantzk. *h. t. n.* 699. Diſſ. Alexand. *ad l.* 85. §. *in ſolidum. de V. O. n.* 3.

§. 47. Remiſſa per pactum præſtatione Evictionis, quod fieri omnino poteſt, non tamen liberatur venditor a reſtitutione pretii, etſi a præſtatione ejus quod intereſt *l.* 11. §. *f. act. emt.* Mev. 8: *dec.* 44.

§. 48. Ex transactione quæ alteri ſunt data, ſi evicta fuerint, eſt evictioni locus *l.* 2. *C. trans.* Secus eſt in dimiſſis, id eſt, iis quæ quis poſſeſſori reliquit, aliud pro iis acceptando *l.* 33. *C. d. t.* Mev. 5. *deciſ.* 341.

§. 49. Emtor victus in mala cauſa apppellare non tenetur *l.* 8. *C. ſentent. & int.* Secus, in bona *arg. l.* 51. *pr. h.* De priore agit *l.* 63. §. 1. *h.* Fachin. *d. loc.*

§. 50. Etiam parte rei evicta, locus eſt actioni emti *l.* 1. *pr. l.* 39. §. 2. *h.* non autem actioni ex ſtipulatu ad duplam: niſi aut pars ſit homogenea aut adjectio partis facta ſit. *l.* 56. §. 2. *h.* Dixi *de jure Ventris part.* 2. *ſect.* 8.

TIT.

TIT. III.

De exceptione rei venditæ & traditæ.

§. 51. Adde: præter viſas §. 42. actiones habere emtorem contra venditorem remedium aliquod tertium, ſcilicet exceptionem rei venditæ & traditæ, ſi ipſe venditor ejusve heres ex dominio poſtea quæſito rem, cujus cum venderet dominus nondum erat, evincere aggrediatur *l.* 1. *h.* quæ etiam contra fidejuſſorem *l.* 11. *C. h.* & heredem venditoris *l.* 1. §. 1. *h.* non autem contra fidejuſſoris heredem ex propria perſona rem evincentem datur. *l. ult. C. de evict.* etſi obligatio perſonalis ex fidejuſſione deſcendens etiam fidejuſſoris heredem ceu unam cum defuncto perſonam teneat. *d. l. ult. in fin. l.* 24. *C. fideicom. l.* 49. *O. & A.* Sed hæc perſonæ identias (ut ita loquar) ad contractus eſt reſtringenda *Nov.* 48. *præf. & cap.* 2. ad dominium autem quod talis heres a ſe ipſo habet, non pertinet. *arg. l. f. C. Si unus ex plur. her. cred.* quemadmodum nec ad delicta *l.* 5. *de cal. l.* 26. *de pœn.*

LIBER XXII.

TIT. I.

De uſuris & fructibus & cauſis & omnibus acceſſionibus & mora.

§. 52. TErtium acceſſorium eſt Uſura cum appendicibus ſuis & affinibus, fructibus, cauſis, acceſſionibus, & mora: Singulare uſurarum genus ex hibente Nautico Fœnore. *jung.* §. 1. *ſupr.*

§. 53. Uſuræ ſunt quantitates ſorti id eſt rei principaliter debitæ accedentes in re ejuſdem generis præſtandæ. Si in re diverſi generis præſtentur, non ſunt uſuræ ſed aliquid promiſſum vel datum loco uſuræ *v. l.* 95 §. 1. *ad L. Falc. junct. l.* 24. *uſ. & uſ. leg. l.* 23. *C. h.* Unde nec veſtes ſimiliaque, uſuras recipiunt. Niſi *æſtimatio* pro talibus præſtanda ſit, de quo caſu accipi debet *l.* 25. *C. h. t.* De Judæo paciſcente ſibi loco uſurarum certas uncias carnis hominis Chriſtiani, vid. Tabarell. de Fatis *tr. de judicis cap.* 2. *princ.* & Matth. Abele *metamorph. tel. judic.* 1. *caſ.* 38 Dixi *princip. debit.* Unde uſuræ *uſurarum*, quod *anatociſmum* appellamus, regulariter prohibentur *l.* 28. *C. h.* Niſi debitoris perſona mutetur ex. gr. ſi unus ſocio-

ſociorum a debitore communi uſuras accipiat: hæ enim reſpectu accipientis ſunt ſors *l.* 60. *pro ſ.*

§. 54. Dividuntur Uſuræ in Punitorias, Compenſatorias, & Lucratorias. Punitoriæ ſunt quæ, non attento an alterius interſit nec ne, ob moram vel violatum contractum: Compenſatoriæ quæ non niſi ob uſum rei alienæ: Lucratoriæ quæ ob merum lucrum exiguntur. Punitoriæ & Compenſatoriæ ſunt licitæ. Lucratoriæ, non. *l.* 17. §. 3. *fin. h. arg, l.* 6. *C. de Pact. vid. Admon. part.* 7. §. 73. *num.* 10. Punitoriæ debentur per legem punientem etſi non ſint promiſſæ *vid.* §. 58. *n.* 3. Compenſatoriæ vero non aliter quam ſi promiſſæ fuerint. Ergo uſurarum cauſæ ſunt duæ: 1. Mora, 2. Conventio. Prior, non niſi in bonæ fidei negotiis locum habet. Non in ſtricti juris: niſi quoad fiſcum, actionem ex teſtamento, & rem judicatam. *l.* 17. §. 5. *l.* 43. *h. t. l.* 2. *C. de uſur. rei judic. add.* §. 59. *f. num.* 2. *infr.* Poſterior fit vel Stipulatione vel Nudo pacto. Illa, in omnibus negotiis efficax eſt. Hoc, non niſi in bonæ fidei negotiis, non autem in ſtricti juris. *vide tamen* §. 67. *infra. item l.* 12. *l.* 30. *C. de jur. dot. Nov* 134. *cap.* 4. *& ſeq. v. l.* 1. §. 1. *l.* 17, §. 3. *b. l.* 38. §. 17. *V. O. l.* 60. *pro ſoc. l.* 58. §. 3. *Treb.* Præter ſuperiorem, tenenda eſt & altera uſurarum diviſio, in trientes, quincunces, ſemiſſes, beſſes, centeſimas: Habito reſpectu

 ad

ad aſſem, ut centeſima uſura ſit quæ quot annis duodecim præſtat pro centum, ſoluto ſcilicet in ſingulos menſes uno, adeoque quæ poſt centum menſes, ſortem ſive (ut hodie loquuntur) capitale adæquat: quod fit poſt annos octo & quatuor menſes. Veluti uſuræ quincunces ſorti poſt annos viginti pares ſunt: quales hodie ferme ſolæ approbantur. Dixi, *hodie*: quia Jure Civili regulariter ſemiſſes permiſſæ ſunt, ſed mercatoribus beſſes, Illuſtribus trientes. *l.* 26. §. 1. *C. h.* Quin & hodieque alicubi ſemiſſes permittuntur. vid. Schöpffer. *de jur. ſen.* 1. 4. 1. *num.* 34. *& ſeq. & flor. vernal.* 10. 5. *num.* 1. Sed & olim in Germania, decem annuas uſuras licebat ſtipulari, item ſeptem cum ſemiſſe, ut videre licet apud Feltman. *de feudis c.* 3. §. 7. *n.* 2. Apud Abbatiſſam Ultrajectinam Henricam ab Erpp *in annalib. ad A. C.* 1511. invenio in Belgio uſitatas ſemiſſes cum quadrante. Addenda & tertia uſurarum diviſio in Mordentes & Non mordentes ſive moderatas. Ad illas pertinent Lucratoriæ, & quotquot proximi amorem lædunt. *vid. part.* 1. §. 9.

§. 55. Fructus ſunt acceſſiones quæ ex re naturaliter vel civiliter proveniunt, hinc dividuntur in naturales & civiles. 2. *Aph.* 41. Civiles non ex ipſo rei corpore (quemadmodum *veri fructus l.* 121. *de V. S.*) ſed occaſione ejus percipiuntur, veluti penſiones, mercedes re-

rum

rum locatarum, annui reditus ex fundis: item uſuræ. Diſſenr. Balck. 2. *elector.* 8. Naturales ſunt qui ex ipſo rei corpore proveniunt, & ſubdividuntur in naturales in ſpecie & induſtriales: illos natura immediate progenerat ut poma, pyra, gramen: hos natura non niſi mediante opera humana producit, ut frumenta, legumina. Aliam adhuc fructuum diviſionem, repete ſis ex 2. *aph.* 41. *num.* 2.

§. 56. Sunt ergo fructus & uſuræ acceſſionum ſpecies. Acceſſionis quippe nomen latiſſimum eſt, comprehendens non tantum uſuras & fructus, ſed & cauſas, quæ etſi poſtea ſeparatæ, acceſſiones tamen olim fuerunt. Cauſa *hoc loco* denotat omnem utilitatem, quæ eſt circa rem: ſive in re ſit (quo pertinent qualitates prædiorum vel hominum, ut fertilitas bonitas ſanitas) ſive ex re proveniat proveneritve, etſi nunc ſeparata, ut fœtus & ancillæ partus: ſive ad rem accedat, ut alluvio &c. *v.* §. 3. *l. offic. jud.* *l.* 31. *reb. cr.* *l.* 20. *l.* 34. *R. V.* *l.* 4. *jur. dot.* *l.* 8. *h.*

§. 57. Mora eſt ſolutionis faciendæ vel recipiendæ fruſtratoria dilatio. Dividitur in realem & perſonalem. *l.* 21. *l.* 32. *h. t. Nov.* 91. *cap.* 2. Realis venit ob tardam ſolutionem, veluti ex die ſolutioni adjecta: dies enim interpellat pro homine. *v.* §. 63. *infr.* Perſonalis fit per interpellationem hominis. *v.* *l.* 21. *l.* 32. *h.*

 l.

l. 23. *l.* 127. *V. O. l.* 12. *C. de contr. ſtip. l.* 1. *C. uſur. rei jud.* Nec obſtat huic diviſioni *l.* 1. §. 1. *h.* ibi enim vox moræ ſumitur ſtricte & in ſpecie pro *perſonali.* quod in jure novum non eſt. Nec *l.* 32. *h.* quia non negat Moram *ex re*, ſed negat, eam *interpellando* fieri, quia tum eſt *ex perſona.* Nec *l.* 127. *de V. O.* petitio enim ibi eſt jus petendi. *arg. pr. I. de actionib.*

§. 58. Effectus moræ a creditore commiſſæ eſt; tum ceſſatio uſurarum, tum tranſlatio caſus. *v. l.* 91. §. 3. *V. O. l.* 77. *ſolut. l.* 9. *l.* 11. *l.* 19. *C. h. add.* §. 61. *infra.* Ratione debitoris moræ effectus eſt 1. perpetuatio obligationis *l.* 91. §. 3. *V. O.* 2. tranſlatio periculi *l.* 5. *reb. cr. l.* 23. *l.* 24. *l.* 82. § 1. *V. O. l.* 17. *per. & com.* 3. præſtatio uſurarum & fructuum in bonæ fidei judiciis: *l.* 32. §. 2. *l.* 38. *h.* quod limita niſi mora purgata ſit vel creditoris remiſſione, vel debiti oblatione. *l.* 72. §. 1. & 2. *ſol. l.* 73. §. *f. l.* 84. *l.* 91. §. 3. *V. O.* Dixi, *bonæ fidei.* vid. §. §. 54. *ſupr. & Part.* 2. §. 5. *verſ. Sunt Doctores.* & mox § 59. *n.* 2.

§. 59. Ad hunc Titulum *de Uſuris* adhuc admoneo (1.) Uſuras *legitimas* nec Divino, nec Naturali, nec Canonico Jure reprobari. Jus enim Naturale in Amore de quo *Part.* 1. §. 9. gradus agnoſcit, adeoque Sui amorem amori Proximi præfert: unde nemo re ſua ejusve uſu ſe cogitur privare. Nec impedit, pecuniam

ſua

ſua natura eſſe rem ſterilem, nam & domus ejusdem naturæ eſt: & veluti hujus uſus alteri conceſſus, mercede, ita pecuniæ uſus uſura penſatur. Jus autem Divinum *Exodi.* 22: 25. *& Levit.* 25. 36. continet non niſi jus Forenſe Particulare, ſolos Judæos reſpiciens ratione quorum erant Mordentes. Tandem Jus Canonicum *c. conſuluit. x. b. t.* loquitur de Mordentibus, cum fundetur Lege & Euangelio. Conf. Beyer. *Volckman. emend. part.* 1. *c.* 33. *n.* 9. Bronchorſt. 2. *enant.* 77. Zepper. 4. *Leg: Moſaic.* 26. Diſſ. Ariſtoteles 1. *de republic.* 10. Lactant. *divinar. Inſtitution.* 18. & illi apud Grotium 2. *de jure bell. & pac. cap.* 12. §. 20. add. Sicilim. *manip.* 3. *num.* 41. §. 16. (2.) In ſtricti juris judiciis uſuras non deberi *l.* 3. *C. b.* etſi pergant currere *l.* 35. *ff. b.* Bronchorſt. 2. *enant.* 82. Donell. *tractat. de uſur. cap.* 3. Diſſent. Harpprecht. *ad* §. 28. *I. de act. n.* 15. Saporta *tr. de mora c.* 3. *n.* 72. Vid. *Sicilim. noſtr. manip.* 1. *num.* 57 (3.) Solam præſtationem uſurarum longo tempore factam, non inducere obligationem uſurarum in futurum. *l.* 7. *C. b. l.* 28. *C. de pact.* Etſi tamen obligationis de uſuris præſtandis initæ præſumtio inde oriatur, uſque dum contrarium probetur *l.* 6. *b. t.* Bronchorſt. 2. *enantiophan.* 83.

§. 60. De Duplo, de quo habes *l.* 10. *C. b. t. l.* 27. §. 1. *C. eod. Nov.* 121. *& Nov.* 138. ſive (*ut vulgo*) Altero tanto uſuratio, admoneo

(1.) Alterum tantum uſurarium, *duplum ſortis* exhibere. Hinc & *duplum* vocatur, ipſamque ſortem comprehendit, ipſoque jure (etiam hodie) exſtinguit. Unde *Duplum Uſurarium* pertinet ad modos quibus obligationes ipſo jure tolluntur. *vid. ſis Irner. injur. vapul. c.* 28. Ut inaccurate dicatur, uſuras ſortem ſuperantes *ſorti* (ut pote exſtinctæ) imputari, aut eſſe ſimplum ultra ſortem. (2) Uſuræ *ſolutæ*, oppoſitæ *reſtantibus*, ad computationem dupli ſive alterius tanti non faciunt *l.* 10. *C. h.* cum Novellæ contrariæ 121. & 138. uſu receptæ non ſint. Ratio colligi poteſt ex *l.* 2. *verſ. ſed ſit aliqua. C. de ann. exc. l.* 78. §. 2. *fin. de legat.* 2. *l.* 24. *med. quæ in fraud. cred. pr. I. de uſucap. v. Irner. inj. vap. d. loc.* (3) Alterum tantum, quod uſurarum curſum ſiſtit, cum Doctoribus *Alterum Tantum* vocari poteſt, ſed ſenſu jam expoſito, ut capitale ex. gr. 100. pepererit uſuras 200. Interim Legibus Juſtinianeis nuſpiam id ita vocari contendimus, ne quidem *in l.* 3. *pr. ff. de uſur.* multo minus *in l.* 9. §. 5. *de publican.* cum illa uſuras ab altero tanto diſtinguat: hæc autem de uſuris plane non agat.

§. 61. Quær. An uſurarum curſus, ſortis ſola oblatione ſiſtatur? Aff. quod ad moram ex perſona *v. l.* 6. 9. 11. 19. *C. h. l.* 91. §. 3. *V. O.* Ex quibus ſimul claret, ſecus eſſe quod ad uſuras ex conventione debitas, aut ex mora ex re, ubi

ubi tum præter oblationem, etiam obſignatione & depoſitione opus eſt. vid, 3. *aph.* 153. *n.* 3. Struv. *ff. de uſur. theſ.* 56. Muller. *ad dict. th.* 56.

§. 62. Debitorem in mora, unica interpellatio, etiam extrajudicialis, conſtituit *l.* 87. §. 1. *legat.* 2. *l.* 32. *pr. uſur.* *l.* 23. §. 1. ibi: *cum is* (debitor) *ſui poteſtatem faceret.* debitum ſcilicet offerendo, quo & pertinere poſſit *l.* 122. §. 5. *V. O.* niſi *ceſſare offerre in d.* §. 5. idem eſt quod *ne ſemel quidem offerre.* Veluti *ceſſare mori:* apud Horat 3. *od.* 27. idem quod *nec ſemel mori:* & *ceſſare dare* eſt *non dare l.* 5. §. 3. *P. V.* Nec obſtat *d. l.* 122. §. 3. ibi: *ſæpius teſtato convenerit.* id enim ibi duntaxat ut factum narratur, ex ſuperabundanti ſcil. ſi quis velit. *l.* 56. *pr. mand.* quomodo & accipienda eſt *l.* 38. *de minorib.* Add. Pichard *de Mora. n.* 46. *ſeqq.* Schwartzenthaler. *ad. l.* 12. *C. de contr. & committ. ſtipul. ſign. num.* 68. & 245. Conſentit & Bronchorſt. 2. *enantioph.* 78. ubi tamen ad d. l. 32. §. 1. aliter reſpondet, intelligendo ſcil. *ſufficiat*, poſt *denuntiatum eſt.* Quale ſupplementum non fert illud: *etiamſi.*

§. 63. Promiſſione in diem collata, ſolo diei lapſu abſque interpellatione mora committitur *l.* 12. *C. contr. ſtipul.* Nec obſtant *l.* 17. *l.* 88. *de R. J.* Prior enim non agit de die jam lapſo, ſed adhuc labente & lapſuro, qui antequam,

quam elabatur veniatque, arbitrio debitoris permittitur. §. 2. *l. de V. O.* Poſterior autem, vocem moræ accipit ſtricte & in ſpecie pro mora perſonali, & per petitionem, intelligit jus petendi. *vid.* §. 57. *ſupr.*

§. 64. Mora debitoris nocet fidejuſſori *l.* 88. *l.* 91. §. 4. *V. O.* non tamen reſpectu uſurarum *l.* 8. *de eo quod cert. loc.* niſi ſpecialiter exceptis caſibus quorum tres habes *in l.* 54. *h. t.* Dixi *Sicilim. man.* 3. *n.* 41.

TIT. II.

De Nautico Fœnore.

§. 65. Fœnus Nauticum eſt quod ex pecunia trajectitia, id eſt, quæ periculo creditoris trans mare vehitur, debetur, etiam ex nudo pacto. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *in fin. l.* 7. *l. f. h. iung.* §. 67. *infr.*

§. 66. Affine huic Nautico fœnori eſt Fœnus Terrenum, puta quando periculum pecuniæ per periculoſa & infeſta loca terreſtria transferendæ creditor in ſe ſuſcipit: nam & in ceteris negotiis, ex quibus conditiones naſcuntur, periculi pretium (quale hoc titulo præbet uſura centeſima §. *ſeq.* 67.) eſt, ſi modo in aleæ ſpeciem non cadant *l.* 5. *pr. h.* Dixi *Virg. Flor. c.* 2. §. 1. & 2.

§. 67.

§. 67. Pro hac periculi maritimi ſuſceptione percipit creditor uſuras centeſimas, etſi nudo ſaltim pacto promiſſas *l.* 4. *l.* 5. §. *f. l.* 7. *ff. l.* 1. *l.* 27. *C. uſur.* Nec obſtat *c. ult. x. de uſur.* ut enim non urgeam, nonnullos in hunc textum conari intrudere particulam *non*: dicendum eſt, agere eum de caſu quo debitor maluit ipſe periculum ſubire: quod in dubio feciſſe præſumi debet. *l. f. C. h. t. arg. l.* 11. *C. Si cert. pet.* hinc ſupra dixi *ſuſceptione.*

§. 68. Hodie hic titulus rarioris uſus eſt, ob Aſſecurationis & Cambii pacta quotidianiora. *vid. Sicilim. Man.* 1. *n.* 61. Pertinet huc vel maxime Bodmeria: de qua *ſupr. part.* 3. §. 43. add. Kuricke *jur. maritim. tit.* 6. & *quæſt. illuſtr.* 25. H. Bodinus *ſpecial. diſput. Halæ* 1697.

TIT. III.

De Probationibus & Præſumtionibus.

§. 69. Quartum (*vid. ſupra* §. 2.) & hoc loco ultimum acceſſorium eſt Probatio. Quæ eſt negatæ intentionis argumentis legitimis ad fidem judici faciendam confirmatio *l.* 12. *h.* Dixi, *judici. l.* 12. *h. t. l.* 3. §. 1. *de teſtib.* Reſpectu enim adverſarii, id ſæpe

impoſſibile eſt. Dividitur Probatio (1) in Plenam, & Minus Plenam. Et hæc iterum in Semiplenam, & hac Majorem, vel Minorem. Dixi *m.*1.*Sicilim.* 62. *vid.*§. 79.*infr.*(2.) in Fortiorem & Debiliorem. Illa hanc vincit. Exemplum habes ſupra *part.* 1. §. 146. Aliud apud Metzger. *conſil. crimin.* 12. *n.* 17. *ſeq.* (3.) in Artificialem & Inartificialem.

§. 70. Inartificialis fit per argumenta *extrinſecus* aſſumta, inſtrumenta, teſtes, &c. Artificialis eſt quæ fit argumentis *ipſi rei* inexiſtentibus *l.* 2. *C. de teſtib. l.* 2. *C. quor. app. non. rec.* vid. *l.* 29. *C. de R. V.* ita tamen ut hæc artificialis ſæpe egeat altera inartificiali, ceu ſocia aut miniſtra. Principaliter autem utitur Artificialis argumentis ex ipſa cauſa deductis, iisque vel neceſſariis & phyſicis ex. gr. coiiſſe eam quæ peperit: vel probabilibus, unde Præſumtio exoritur.

§. 71, Præſumtio eſt, vel hominis, vel juris. Præſumtio hominis eſt, qua a judice argumentis probabilibus ex ipſius negotii qualitatibus extra jus aliquid inducitur. Vid. *Terent. Heautontimorum. act.* 5. *ſcen.* 1. *Verſ.* 26. *& ſeqq.* Gundling. *Otia part.* 3. *cap.* 3. & quæ dixi *de Jure Virginum* §. 64. Dixi, *a judice*: intellige, ſecundum communem hominum perſuaſionem. vid. Bebel. *facet. lib.* 3. *cap. Erat alia.* Præſumtio juris eſt qua ipſum jus

pro-

probabilibus rationibus aliquid inducit, quarum ſumma & quaſi fons eſt: Rem præſumi in eodem ſtatu poſſibili. *l.* 22. *ff. probat. arg. l.* 31. *l.* 135. *de R. J.* Unde conſequens (1) ſtatum naturalem præſumi. *l.* 8. §. 5. *quod met. cauſ.* conſequenter & ſtatum virginitatis & libertatis, conſequenter rem non ſervire, non eſſe feudalem &c. *arg.* §. 1. *I. de jur. perſ. d. l.* 22. Sed fallit quod ad ſtatum impoſſibilem eumdem: veluti, non præſumitur quis perpetuo infans, aut vivere æternum. Hinc dixi ſupra, *poſſibili.* (2) præſumtionem debere fieri in partem meliorem *l.* 51. *pro ſoc.* Quod intellige de bonitate civili *l.* 7. *C. de cond. ob cauſ. dat.* Unusquiſque enim ſe ad conſervationem civitatis cenſetur obligaſſe. *v. ſupr. Part.* 1. §. 35. (3) Quemlibet præſumi malum in eodem genere mali. *c. ſemel malus. de R. J. in* 6.

§. 72. Præſumtio juris a Doctoribus iterum dividitur in Præſumtionem juris & de jure, & in Præſumtionem juris tantum. vid. Eberhard. *loc. arg. legal. loco a verſomili n.* 18. Illa ex certis & neceſſariis, in Jure pro talibus habitis & agnitis: hæc ex probabilibus oritur argumentis. Illa plenam facit fidem adeo ut nec probationem in contrarium admittat: hæc autem contraria probatione eliditur. Hujus exemplum præbet *Nov.* 117. *c.* 2. de quo *Irner. c.* 42. Aliud vid ſupr. *Part.* 2. §. 6. *n.* 3. de quo confer

fer Abele 2. *metam. tel. jud.* 100. Aliud in præſumtione doli ex facto delictum involvente *l.* 5. *C. de injur.* vid. D. Ramus ſub perſona Maſurii Labionis, *homicid. excuſat. cap.* 7. Aliud lepidum in *Actis Eruditorum Lipſ.* 1711. *p.* 522. Non autem in *l.* 56. *de uſufr.* vid. *infr. part.* 5. §. 107. Interim tamen terminos iſtos jus noſtrum ignorat: ſecundum quod regula formanda eſt: Præſumtiones contraria probatione poſſe elidi *l.* 7. §. 12. *de pact.* Sed ab hac regula certos jure expreſſo caſus excipi: qui tum efficiunt dictam illam Præſumtionem juris & de jure. Exempla ſuppeditat §. *un. I. litt. oblig.* vid. 3. *aphor.* 106. *l.* 22. *C. Vellejan.* vid. *ſupr. Part.* 3. §. 68. *Nov.* 117. *c.* 15. *de quo dixi de jure Filior. m.* 7. §. 3. & 4. *aph.* 137. Ex Jure Canonico heic nota ſis caſum quando is qui ſponſalia de futuro fecit, deinde concubitu accedente, conditionem cenſetur remiſiſſe *c.* 3. 6. *x. de cond. app.* Ex Jure Civili: Si qui adulterii accuſati, id prætextu proximitatis declinaverint, nuptiasque poſtea iniverint *l.* 34. *C. de adult.*

TIT. IV.

De fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.

§. 73. Probatio inartificialis, ut ſupra dixi, eſt

eſt quæ fit argumentis extrinſecus adſumtis maxime per inſtrumenta & teſtes. Inſtrumenta hic (*v. l. 1. h. t. l. 99. §. f. de V. S.*) ſunt ſcripturæ quibus judici intentionis noſtræ fidem facimus. ſuntque vel publica vel privata. Publica quæ auctoritate publica ſunt confecta. Iterumque ſunt vel vere publica vel quodammodo. Vere publica ſunt quæ ab ipſo magiſtratu ſunt confecta vel publicis actis inſignita *l. 10. ff. de probat. l. f. C. de re jud.* Quodammodo publica ab ipſo quidem magiſtratu non ſunt confecta, certas tamen ſolennitates ad ſui perfectionem requirunt, uti ſunt inſtrumenta notariorum, & inſtrumenta trium teſtium ſubſcriptione munita. *l. 11. C. qui pot. in pign. l. 17. C. h.* Publica inſtrumenta plenam fidem faciunt ad inſtar teſtium *l. 15. C. h. t.* ita tamen ut ſi illa cum his pugnent, illa præferantur *l. 10. ff. de probat.* Opp. *d. l. 15. C. h.* Reſpond. Non agi ibidem de inſtrumentorum & teſtium concurſu & pugna. Aliter Bockelman. *ff. h. t. §. 10.* qui in *d. l. 16.* agnoſcit regulam, ejuſque in *d. l.* 80. exceptionem. Privata inſtrumenta ſunt quæ a privatis privata auctoritate ſunt compoſita, veluti, 1. epiſtolæ *l. 26. §. ult. depoſ.* 2. libri rationum *l. 6. §. 3. de edend.* 3. Chirographum. 4. Syngrapha. 5. Apocha. 6. Antapocha. *vid. l. 14. §. 2. C. de N. P. N. l. 14. C. h. t.* Hæc contra ſcribentem probant: non pro ſcri-

ſcribente. *l. 5. C. h.* Mercatorum tamen libri non parum hic privilegii habent: de quo *vid. Irner. inj. vap. coit.* 16 Et quia contra ſcribentem, hæc privata inſtrumenta effectum habent; nonnunquam ſcriptio negatur, unde tum litterarum comparatio exoritur. vid. *l.* 20. *C. h.* Bockelm. *A. h.* §. 9. Schöpffer. *de jur. ſen.* 2. 1. 2. 57. *ſeqq.* Zubrodt. *tr. jur. de comparatione litter.*

§. 74. Amiſſio inſtrumentorum, cujus rubrica meminit, obligationem non extinguit. *l.* 1. 5. 10. 12. *C. de prob. l. f. C. j. emph. vid. l.* 3. §. *verſ. ita ſæpe. de teſtib.* Quin & exempli aliquando in probando vis eſt: etſi regulariter ſecus ſit. vid. Vultej. 2. *judic. cap.* 2. *n:* 76. *& ſeq.*

TIT. V.
De Teſtibus.

§. 75. Teſtis eſt perſona quæ ad fidem alieno negotio faciendam adhibetur. Omnes homines teſtes eſſe poſſunt, niſi impediantur vel prohibeantur. *l.* 1. §. 1. *h.* Impediuntur mente capti, furioſi, niſi lucida habeant intervalla *l.* 6. *C. de cur. fur.* Item infantes, & infantiæ proximi §. 10. *I. de inutil. ſtip. vid.* §. 87. *infr.* nec non muti & ſurdi natura. ſi ex accidenti quis tantum ſurdus fiat, teſtabitur loquendo. *arg. l.* 11. §. 1. *h.* Prohibentur alii abſolute, alii ſecundum quid. Abſolute, veluti,

luti, damnati repetundarum *l.* 15.*pr. h. arg. l. 7.publ. judic. junct. infr. part.*7. §. 81. *verſ. Omnia.* Nec obſtat *l.* 20. §. 5. *Qui teſtam. fac. poſſ.* quoad teſtimonium enim *teſtamentarium* hic textus omnino conſentit: aſt quod ad *judiciale*, capiendus eſt de caſu quo repetundarum damnato fama manſit illæſa. *l.* 7. §. *f. ad L. Jul. repetun. d. junct. l.* 13. *de pœn.* Abſolute etiam prohibentur ſervi, carminis famoſi damnati, infames. *v.* §. 88. *infr. & l.* 7. *l.* 21. *ff. l.* 8. *l.* 2. *C. h. l.* 2. *de ſenat.* Secundum quid, prohibentur mulieres in teſtamentis *vid.* §. 83. *infr.* judices in cauſa in qua ſunt judices, advocati in cauſa in qua advocati fuerunt &c. *v.* §. 6. *I. de teſtam. l.* 3. §. 5. *l.* 20. *l. f. h. l.* 6. *C. de poſt. vid.* §. 81. 82. 84. *&* 85. *infr.* De teſtibus ſingularibus vid. Godelman. *de magis* 3. *cap.* 8.

TIT. VI.

De Juris & Facti ignorantia.

§. 76. Plane, probationis vice aliquando eſt Ignorantia, ſc. cum ab onere probandi relevat. *v. ſupra part.* 3. §. 17. Ignorantia eſt ſcientiæ carentia, ita ut & errorem & dubitationem comprehendat. *arg. l.* 109. *ibi: qui ignoravit. de V. S. vid.* §. 90. *infr.* Dividitur, in errorem Juris & Facti. *l.* 1. *pr. h. t.*

§. 77. Ignorantia Juris eſt cum is qui quidem facti ſcientiam habet, jus tamen ſibi competens ignorat *vid. l.* 1. §. 1. *& ſeqq. h. t.* De qua notandæ ſunt duæ regulæ. Prior: Juris ignorantia in commodis, compendiis, & acquiſitionibus, nocet. *l.* 4. *l.* 7. *l.* 8. *h. t.* Excipe minores, milites, ruſticos, feminas in quibusdam cauſis. *l.* 9. *pr. h. t. Irner. coit.* 41 §. 7. *& ſupra. part.* 1. §. 59. *n.* 4. Poſterior: Juris ignorantia in damnis prodeſt *l.* 7. *l.* 8. *h. t. vid.* §. 91. *infr.* Limita ex *Parte.* 3. *ſupra*, §. 11. *&* §. 91. *verſ: Quæ tamen.*

§. 78. Ignorantia Facti eſt cum quis aliquid factum eſſe ignorat Nota regulam: Ignorantia facti non nocet. Excipe, niſi ſit factum proprium. Vid. *l.* 2. *l.* 7. *l.* 9 §. 1. *ſeqq. h.* & quæ dixi *Irner. c.* 41. §. 4. *usque ad* §. 10. *add. Part.* 3. §. 12. *ſupr.*

§. 79. Ceterum ad titulos quatuor hos ultimos, adhuc nota ſis (1.) exemplum probationis ſemiplenæ, ex teſtimonio teſtis unius exceptione omni majoris. *arg. l.* 12. *h. l.* 9. §. 1. *C. h. & arg. l.* 110. *l.* 113. *de R. J.* Umm. 15. *proceſſ.* 5. ubi & exempla alia. Aliud eſt *infra Part.* 6. §. 174 Aliud *Irner. coit.* 16. §. 2. Ubi tum tene ſis (2) ob ſemiplenam probationem a judice juramentum ſuppletorium recte deferri *l.* 3. *C. reb. cr.* Abſque hoc enim illa *audiri*, id eſt, illi fides haberi aut credi non debet *l.* 9.

§. 1. *C. de teſtib.* Nec obſtat, ea quæ vitioſe ſunt facta, pro non factis haberi. *l. 6. ff. qui ſatiſd. cog.* id enim procedit niſi id vitium ſanetur, quod hic fit per accedens jusjurandum. Vinn. 1. *quæſt.* 44. Diſſ. Bronch. 2. *enantioph.* 93. Pichard. *l. de act. n.* 11. *ſeqq.* quod extende, etſi ſit juramentum credulitatis. *arg. d. l.* 3. *junct. l.* 8. *Publician.* Exemplum heredis hoc jurantis habes apud Lauterb. *compend. pag.* 429. *in fin.* Aliud peteſis ex A. Fabro. 4 *Codic.* 1. *def.* 19 apud Umm. 14. *proceſſ.* 9. *n.* 56. Add. Caroc. *de juram. deciſ. qu.* 11. *princ. n.* 6. Mev. 4. *deciſ. qu.* 121. *fin.* Berlich. 3. *deciſ.* 305. *n.* 54 Nec (3.) dubita, etiam torturæ locum facere probationem ſemiplenam. v. Mantz. *ad conſt. crim. art.* 23. & 30.

§. 80. Quæri etiam ſolet, an Invocatio Nominis Divini ſit de ſubſtantia inſtrumenti? Neg. *arg. Nov.* 18. *c.* 5. Apparent equidem in *Nov.* 47. *c.* 1. hæc verba: *Deo auctore.* Sed tale propoſitum ad omnes actus noſtros pertinet. *l.* 2. *C. de offic. præfect. Afr.* non autem requiritur ullibi talis propoſiti *expreſſa* declaratio. Add. Vacca *ad Prooem. ff. princ.* Hœnon. *diſp. ad Inſt.* 1. *th.* 3. Harpprecht. *ad rubr. Proœm. Inſt. n.* 5. *ſeqq.* Diſſ. Walther. 2. *miſcell.* 1.

§. 81. Domeſtici (qui a teſtimonio etiam repelluntur) hoc loco teſtes ſunt qui alicujus apud quem degunt imperio ſubſunt. *l.* 11. § 1. *de pæn. l. f.* §. *f. C. de his qui ad Eccleſ. conf. l.* 25. §. 2. *l.*

31. §. 15. *Ædil. edict. l.* 3. *l.* 5. *C. de teſtib. l.* 10. *C. de re milit.* Dixi: *hoc loc:* dum ſcilicet de teſtimonio *judiciali* quæſtio eſt. Sed in teſtimonio *teſtamentario* attenditur patria poteſtas. §. 9. & 10. *I. de teſtament.* Umm. *proceſſ. diſp.* 16. *ib.* 3. *num.* 18. Diſſ. Duaren. 1. *diſp.* 28.

§. 82. Parentes & liberi pro ſe invicem teſtimonium dicere conſentiente adverſario poterunt. vid. *l.* 9. *h. junct. l.* 15. *de R. J.* Ummium *d. diſp. n.* 19. Diſſ. Bronchorſt 1. *miſc. controv.* 91. Aſt illi adverſus ſe ne quidem volentes audiuntur. *l.* 6. *C. de teſtib.* In ætate probanda, teſtimonium parentum admittitur. *l.* 16. *l.* 29. §. 1. *de prob.* Sed & in teſtamentis faciendis, niſi patria poteſtas obſtet, teſtimonia domeſtica valent *h.* §. 81. *verſ. Sed in teſtimonio.*

§. 83. Feminæ etſi in teſtamentis: Item in feudalibus cauſis, immo ſecundum uſum Mediolanenſium, & in aliis cauſis, teſtes inhabiles ſint. 2. *F.* 32. *inf.* Bitſch. *ad* 2. *F.* 32. *in fin.* (limita quod ad feminas illuſtres, utpote quæ & judicare & cauſas cognoſcere poſſunt. Stryck. *exam. jur. feudal. cap.* 25. *quæſt.* 19.) attamen in criminalibus, teſtes habiles & omni exceptione majores ſunt. *l.* 18. *de teſtib. l.* 20. §. 6. *qui teſtam. fac.* Etiam de Jure Canonico. *c.* 33. *x. de teſtib.* Ut adeo textus id negans *in c.* 10. *x. de V. S.* ad caſus ſpeciales, quos modo exhibui, reſtringendus ſit. *per. d. c.* 33. *ibi: legaliter.*

§. 84.

§. 84. Fratres etſi a teſtimonio repellendi non ſunt, attamen omni exceptione majores teſtes non ſunt *l. 3. pr. §. 2. de teſtib. l. 5. l. 17. C. eod.* Bockelmann. *ff. de teſtib. p 59.* Diſſ. Ant. Matth. *de probat. cap. 5. n. 52.* Duaren *d. c. 28.*

§. 85. Soluta affinitate, ex. gr. alterutro conjuge mortuo, eos qui antea affines fuerunt, teſtes omni exceptione majores eſſe, ſtatuo. Non tantum in linea, inquam, obliqua: ſed & in recta. Eſt enim ubique par ratio: obſtaculi nempe ſublati. *arg. l. 3. §. 1. poſtul. l. 3. C. d. don. inter vir. & ux.* Conf. Matthæ. *d. cap. 5. num. 57.*

§. 86. De pubertati proximis, teneo, illos admitti volentes, ſuper rebus in eorum intellectum cadentibus. *l. 1. §. 1. l. 10. §. 1. de teſtib. l. 111. de R. J.* ex quibus limita regulam & generalius, impuberibus ſcientiam denegans, effatum in *l. f. ff. de jur. & fact. ign. l. 1. §. 1. C. falſ. mon.*

§. 87. Infames & de Jure Civili & de Canonico repelluntur. *l. 3. §. 5. de teſtib. l. 9. inf. de jur. & fact. ign. c. infames, c. 6. q. 1. & c. 54. x. de teſtib.* Rejecta etiam diſtinctione inter infamiam juris & facti. Vid. *Adm. part 1. §. 172. & 176. ſupr. Irner. c. 43. §. 9.*

§. 88. Etiam tene (1) teſtes debere jurare *l. 9. l. 19. C. h.* Lim. 1. niſi pars adverſa juramentum remittat. *c. 39. x. de teſtib.* (2.) Epiſcopos

non tantum, ſed & omnes clericos, a neceſſitate jurandi heic excipi. *l.* 25. §. 1. *in fin. C. de epiſc. & cler. Auth. Sed judex. C. eod. Novell.* 123. *cap.* 7. *Dixi Irner. inj. vap. c.* 25. (3) Examen (*hodie ſecus*) fieri partibus præſentibus. *l.* 9. *C. teſtib.* (4) Teſtimoniis ſcriptis non credi. *l.* 3. §. 3. *ſeq. teſtib. arg. l.* 19. §. 1. *de offic. præſid.*

§. 89. Adde iis (1) regulariter teſtes ad teſtimonium perhibendum poſſe cogi. *l.* 16. *l.* 19. *C. h. t.* vid. Schöpffer. *de jur. ſen.* 2. 1. *num.* 5. *& ſeqq.* Dixi: *regulariter.* Vid. §. 86. *ſupr. ibi: volentes.* Præterea cognatos ſeptimi aut proximioris gradus, ad teſtimonii dictionem compelli non poſſe, patet ex *l.* 4. *ff. h. t. junct.* §. 6. *I. de gradib.* adeoque noli credere Hubero *ff. h. t. poſit.* 13. memoranti cognatos ad quintum uſque gradum incluſive. Nec affines lineæ rectæ coguntur, nec patroni libertique, nec illuſtres. *l.* 4. *l.* 5. *ff. l.* 16. *C. h.* nec Confeſſionarii, de quibus vid. Böhmer. *jus Eccleſiaſtic. libr.* 2. *cap.* 21. §. 7. *& ſeqq.* (2.) Productionem teſtium fieri ſumtibus producentis. *l.* 11. *l.* 16. *C. h. t. l.* 3. *l.* 4. *C. de fructib. & lit. expenſ.* quos tamen adverſarius, ſi temere litigaverit, refundet. *l.* 79. *pr. de judic.* §. 1. *in fin. I. de pœn. tem. lit.*

§. 90. Ignorantiæ ſpeciem non tantum errorem. vid Unverfährt. *pæd. jur.* 15. *n.* 52. Sed & dubitationem eſſe ſtatuimus, etiam reſpectu bonæ fidei. *l.* 109. *V. S. l.* 32. §. 1. *uſucap. l.* 3. *plagiar.* §.

16. *l. obl. ex del.* Dixi *Irner. c.* 41. §. 9. Add. *infr. part.* 6. §. 157. *num.* 1. Diſſ. Ungepaur. 7. *exercit. Juſtin.* 2.

§. 91. Indebitum ſolvens juris errore, utetur regula *in l.* 8. *inf. ff. de jur. & f. ign.* Dictum, inquam, errorem in rei amittendæ damnis non nocere. Quæ tamen regula ex l. ſeq. 9. temperanda eſt, præcipue (1.) quod ad feminas. *vid. l.* 9. ibi: *in quibusdam cauſis. ff. l.* 10. *junct. l. ult. C. h. t.* (2.) niſi obligatio naturalis concurrat. *l* 9. *C. ad L. Falcid.* Vid. *Vindic. noſtr. ad. L. Cum Societas.* §. 12. *& ſupr. part.* 3. §. 11. Tu tamen dices, in condictione indebiti agi de re jam *amiſſa* recuperanda: ergo de *lucro.* at in lucris faciendis, errorem juris nocere. Reſpond. (1.) dominium hic amiſſum non eſſe, propter errorem ſolventis. *l.* 3. *de acq. rer. dom. arg. l.* 15. *ff. juriſd.* Aut, ſi largiar amiſſum eſſe, tenendum eſt (2.) non ſpectandum eſſe tempus quo agitur, ſed quo indebitum ſolvitur. *arg. l.* 1. §. 13. *fin. depoſ.* atqui antequam res ſolvatur, adhuc erat *amittenda.*

LIBER XXIII.

TIT. I.

De Sponſalibus.

§. 92. Sequuntur Matrimonialia. *vid.* §. 1. *ſupra:* quæ conſiderantur, vel in ſe, vel in affinibus. In ſe iterum, vel in conſentaneis vel in diſſentaneis. *jung.* §. 120. *&* §. 134. *infr.* Quantum ad conſentanea, videndum de eorum 1. antecedentibus. 2. concomitantibus.

§. 93. Antecedentia ſunt, Sponſalia, quæ olim ſtipulationibus contrahebantur, unde & Sponſi Sponſæque nomen trahunt. vid. Aul. Gell. 4. *noct. Attic.* 4. Alex. ab Alexandr. 2. *genial. dier.* 5. Plaut. *Aulul. act.* 2. *ſcen.* 2. *verſ.* 77. *& alibi.* Unde nota gradus tres in illo Juvenalis *ſat.* 6. *Conventum tamen & pactum & ſponſalia, noſtra tempeſtate paras.* Ad conventum & pactum, pertinet illa *mentio in l.* 1. *h.* ad ſponſalia autem ipſa, illa *repromiſſio,* de qua, *in eadem l.* 1. Ita ſcilicet reſpectu moris veteribus uſitati. *l.* 2. *h.* poſtea enim placuit, etiam nudo conſenſu repromiſſionem fieri poſſe. *l.* 4. *h.* Unde & hoc ſenſu capienda eſt definitio ſponſalio-

rum

rum, quod ſint mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *l.* 1. *h.* Dicitur: *futurarum.* Ex ſponſalibus enim non eſt niſi matrimonii ſecuturi *Spes. l.* 6. *h. t. l.* 13. §. 3. *ad l. Jul. de adult.* Ergo nulla ſponſalia continent *matrimonium præſens:* quod enim *ſperatur*, adhuc eſt *futurum.* Dicitur: *nuptiarum.* Ergo promiſſio negativa, non operatur Sponſalia: ut ſi quis dicat, *non habebo aliam in uxorem, niſi te.* Hæc enim promiſſio eſt conditionalis, *ſi aliquam habere velim.* vid. Perez. *C. h. t. num.* 3. Sed an & præfata mentio & repromiſſio adeſt, cum de nuptiis futuris interroganti, reſpondetur, *iſt 's auch fragens werth?* Multi negant. vid. Bernegger. *ad Inſt. h. t. quæſt.* 28. Nos affirmamus *arg. l.* 39. *de pact. l.* 7. §. 2. *verſ. idem Tubero. de ſupellect. legat. l.* 57. *med. de legat.* 1. *l.* 69. *legat.* 3. §. 5. *I. de inutilib. ſtipul. l.* 13. *fin. C. de nupt.* Certe, ſi joco ea verba prolata eſſe, is qui ea protulit, probare poſſit, tum contra erit ſentiendum: ſed id in dubio non præſumitur. Brunneman *ad l.* 14. *ff. de ſponſal.* Danckelm. *de Jocop.* 20. Adhuc ex eo quod in ſponſalibus fieri debeat *mentio* & *repromiſſio*, ſequitur, his non apparentibus, ſponſalia in dubio non præſumi, nequidem ex concubitu aut devirginatione. *vid.* §. 98. *infr.* Diſſ. Plathner. *centur* 1. *quæſt.* 33.

§. 94. Dividuntur Sponſalia (1) in de futuro & de præſenti, ſubintellige *tempore:* nam, ut vidi-

mus omnia ſunt de futuro *matrimonio.* Illa conditionem vel diem habent annexam. Hæc pure contrahuntur. *Vid. Gen. c.* 29. ℣. 18. Dixi 1. *aphor.* 31. Cum ergo Sponſalia *de Præſenti* ſint quæ abſque temporis, diei inquam & conditionis, adjectione, celebrata ſunt, ſequitur, eadem ex genio Juris Civilis etiam *Pura* cognominari poſſe. §. 2. *I. de V. O. l.* 59. §. 1. *de manum. teſtam. l.* 45. *L. Falcid.* Veluti autem omni obligationi Puræ, illud tempus tacite & vi legis ineſt, quod natura negotii depoſtulat. *l.* 1. *pr. de cond. & demonſtr. l.* 73. *de V. O. junct. l.* 14. *de R. J.* Ita & ſponſalia de præſenti, tantum temporis continent quantum natura matrimonii conſummandi exigit, quo pertinent hodie faciendæ proclamationes & copulationes.

§. 95. Præterea dividuntur Sponſalia (2) in publica & clandeſtina, illa parentum conſenſu & teſtium præſentia firmata ſunt: hæc non. *v. c.* 2. *x. de cland. deſponſ. c.* 3. *x. eod.* Plane, Sponſalia de Præſenti, non eſſe matrimonium, differentia *conſenſus l.* 32. §. 13. *don. int. V.* & *V.* aliaque evincunt quæ adduxi 1. *Aphor.* 31. & *Manip.* 3. *ad p.* 437. ubi & reſpectu *vinculi* differre, oſtenditur. Ita ob odium capitale vinculum inter ſponſum ſponſamque ſolvitur. v. Homborg. *conſ.* 99 & *conſil.* 260. non inter conjuges.

§. 96. Clandeſtina Sponſalia quæ inſciis & in-

invitis *parentibus* contracta ſunt, concubitu non confirmantur. *l.* 11. *de ſtat. Homin. l.* 30. *R. J.* Sande 2. *deciſ. Friſ.* 1. *def.* 4. Goris *adverſar. cap.* 25. Beza *de repud. §. præterea*, Chriſten. *de jur. matrim.* 1. *quæſt.* 27. Diſſ. Carpzov. 2. *jurisprud. Eccleſiaſtic.* 63. Cypræus *de jur. connubior. cap.* 10. §. 10. *ſeq.* Secus eſt ſi Sponſalia duntaxat Clandeſtina ſint reſpectu non adhibitorum *teſtium*, eaque concubitu (*vid.* §. 72. *verſ. ex Jure Canonic. ſupr.*) pura evaſerint. *c.* 3. *&* 6. *x. de condit. app. ſponſ.* Nec audiendus eſt Paulus *ſentent.* 2. *tit.* 19. utpote cujus ſententia vim legis conſecuta non eſt. Sed nec Pontifex *in c.* 6. *x. de raptorib.* dicit matrimonium concubitu confirmari, ſed raptum eo inveniente ceſſare: Matrimonium jam ante concubitum aderat, cum jus Canonicum parentum conſenſum non exigat. §. 105. *infr.*

§. 97. Impoſſibiles conditiones ſponſalibus adjectæ plerumque detrahuntur: ſecundum *c. f. x. d. t.* Dixi *plerumque.* Aliquando enim hæc regula officium ſuum perdit. *vid.* 2. *aphor.* 112. *in fin.* Dixi, *ſecundum c. f.* De Jure enim Civili, ſecus eſt. *l.* 31. *ff. de O. & A.* Vid. Chriſten. *d. loc. quæſt.* 19. *Sicilim. ad ff. manip.* 4. *ad pag.* 438. *lin.* 5.

§. 98. Si pro virgine ducta, poſtea reperta fuerit devirginata, ſponſalia (quin & nuptiæ ipſæ) ob hanc cauſam, ob defectum inquam con-

ſenſus, & πορνείας λόγον, nulla declarari poſſunt. add. §. 63. *in fin. ſupr.* Dixi *de jure Ventris part.* 10. *ſect.* 1. *& de Jure Virgin.* §. 12. §. 34. *verſ. Sed & ad virgines.* §. 58. 59. §. 72. §. 75. *in fin.* Ubi & exceptiones, veluti 1. quo ad vi compreſſas. 2. ſi quis cum devirginata poſtea ſciens concubuerit. *l.* 13. §. 7. *&* §. *ult. ff. ad. l. Jul. de adulter.*

§. 99. Si plura Sponſalia ſint contracta, & quidem omnia publica & de præſenti, tum priora præferuntur, licet poſterioribus acceſſerit copula carnalis. *arg. l.* 11. *l.* 30. *de R. J.* Quod intellige, modo prior ſponſus ſponſave tali infido adhuc adhærere geſtiat, forte inde panem quotidianum expectans. Sunt enim & cuculi quidam voluntarii, qui uxorem amant fallentem poſtico. *vid. Not. Feudal. num.* 196. Interim poſterioribus dictari poterit pœna adulterii. *l.* 13. §. 3. *de adulter.* Add. *part.* 7. §. 73. *n.* 11. *infr.* & Chriſten. 1. *matrim.* 35.

§. 100. An Sponſalia ſub conditione contracta, conditione pendente, unius voluntate revocari poſſint? Neg. *l.* 8. *per. & comm. rei vend. l.* 11. §. 1. *qui pot. in pign. l.* 13. §. 3. *de adult.* vid. Chriſten. *d. differt.* 1. *quæſt.* 11. Unde & Publica conditionalia poſterioribus de præſenti ſive puris, etſi ſimul publicis, prævalere, juſtius eſt. *l.* 11. §. 1. *qui pot. in pign.* etſi aliter Bonifacius Octavus *C. un. h. t. in* 6. Sed Jus Civile habet

bet ſibi conſentiens Jus Divinum. *Matth.* 19. 6. *Malach.* 2: 14. Unde merito præfertur. vid. Schilt. *ff. de ſponſ. th.* 23 Cypræus *de ſponſalib. cap.* 8. §. 3. Diſſ. Lauterbach *comp. ff. pag.* 440. ubi pro ſe adducit Carpzov. 2. *jur. eccleſiaſt.* 70. Sed præjudicia Carpzoviana de Sponſalibus *clandeſtinis* agere, adeoque Lauterbachium ita ſentientem non juvare, advertit Schilter. *d. loc.*

§. 101. Liberos ex Sponſo & Sponſa, qui legitime ſcilicet deſponſati ſunt, procreatos, illo ante benedictionem ſacerdotalem inopina morte erepto, legitimos eſſe, patrique ſuccedere, tum ex eo quod illa de matrimonii eſſentia non ſit, tum *ex c.* 1. *c.* 30. *q.* 5. *in fine*, conſequitur. Dixi: *in fine.* Unde non obſtat idem ille textus *d. c.* 1. *in princ.* Principium enim regulam proponit: cujus exceptionem exhibent verba ejuſdem textus finalia. Dixi: *de eſſentia non ſit. arg. l.* 30. *de R. J. l.* 22. *C. de nupt.* Facit ergo benedictio ſacerdotalis non niſi ad matrimonii probationem & firmitatem veluti tabulæ ſcriptæ & ſignatæ. *l.* 66. *de don. int. vir. & ux.* item arrhæ & annuli datio. *l.* 36 §. 1. *eod.* Unde non obſtat argumentum ex *l.* 9. §. 3. *ad exhib.* Dixi *de Jure Ventris part.* 9. *ſect.* 1.

§. 102. Conditio peregrina ſponſalibus recte adjicitur. *arg. l.* 8. *per. & comm. rei vend.* §. 1. *l. de jur. perſ.* vid. Stryck. *diſſ. de diſſenſu Sponſalit. ſect.* 2. §. 24. Bockelman. *comment. ff. h. t.*

in

in fin. Muller. *ad Struv. ff. h. t. th.* 5. Dicitur autem conditio hic *peregrina*, quoties deſponſatorum eam exiſtere aut non exiſtere peculialiter non intereſt: ex. gr. ſi Belgæ ſponſalia ineant, ſub conditione ſi Rex Sueciæ hoc anno ex Turcia revertatur. Vid. Beſchäfft. Secretar. *num.* 11.

T I T. II.

De Ritu Nuptiarum.

§. 103. COmitatur (*vid.* §. 92. *ſupra.*) Nuptias non tantum 1. Ritus Nuptiarum, ſed & 2. conſenſus conjugialis: ille accidentaliter. *l.* 22. *C. h. t.* hic eſſentialiter. Nuptiæ enim ſunt viri & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem continens. *§.* 1. *I. de patr. pot.* Dicitur *conjunctio*, ſcilicet *animorum*, quæ fit *conſenſu*: non equidem quocunque, ſed tali qui contineat matrimonium *præſens. l.* 15. *de condit. & demonſtr. junct. l.* 30. *de R. J.* quem, ut a ceteris conſenſibus diſtinguat, Ulpianus abſciſſe maritalem vocat. *l.* 32. §. 13. *de don. int. vir. & ux.* Unde hic *matrimonialis* conſenſus multum differt a *Sponſalitio.* Per hunc enim Sponſus & Sponſa non conſentiunt niſi in officia Sponſi & Sponſæ *qua talium* & nuptias *futuras* ſpectantium. *l.* 1. *de ſponſal.* Et huc ſpectat appellatio *viri* & *mulieris. l.* 93. §. 1. *de legat.*

3. *l.*

3. *l.* 11. §. 1. *contr. emt*, *l.* 11. §. 5. *act. emt. add. Part*, 7. §. 182. *infr.* Dicitur, *vitæ*. Eodem modo & in *l.* 1. *ff. h. t.* Cujus verba ſunt hæc: *Nuptiæ ſunt conjunctio maris & feminæ, conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio.* Non eſt inter conjuges niſi juris *communicatio* quod ad *vitam. d. l.* 1. Ergo non communicant ſibi, niſi *uſum.* Conſequenter, non eſt inter conjuges bonorum quo ad *dominium communio. l.* 51. *de don. int. vir. & uxor. l.* 30. *C. de j. dot.* Sutholt. *ad. Inſt. diſſert.* 2. *th.* 16. *ſeqq.* De Moribus tamen vide ſis 2. *aph.* 26.

§. 104. Ratihabitionem (quam a ſubſequente conſenſu ſimplici diſtingue, deque hoc, cape *l.* 13. §. 6. *in fin. ff. ad l. Jul. de adult.*) in Nuptiis etiam locum habere, ita ut Nuptiæ retro a prima conjunctione juſtæ, liberique ante Ratihabitionem nati, retro legitimi fiant, vult *l.* 30. *de R. J. j. l. f. C. Maced. l.* 25. *C. don. int. V. & U.* Nec obſtant *l.* 11. §. 1. *l.* 13. *pr. ff. de his qui not. inf.* ut monſtravi *ſupra Part.* 1. §. 174. *n.* 2. Aliis dubiis ſatisfeci *Sicilimeht. manip.* 2. *n.* 107. add. Ungepaur. *ad Inſt.* 3. *quæſt.* 7. Chriſten. 3 *matrimon. quæſt.* 8.

§. 105. Nuptiæ abſque parentum conſenſu contractæ, de Jure Divino nullæ non ſunt. Nullibi enim Jus Divinum talis pœnæ, nullitatis inquam, mentionem facit: ſed nec ullibi conſenſum parentum de matrimonii eſſentia requi-

rit

rit. Quin exemplum Eſavi contrarium, colligitur ex *Geneſ. c.* 26. *in fin.* Accedit teſtimonium Juſtiniani, jus hoc Romano populo proprium fuiſſe, nec aliis gentibus uſitatum. §. 2. *I. de patr. pot. junct. pr. I. de nupt.* Feltman *tr. de jur. in re & ad rem. c.* 3. Bockelm. *ff. de rit. nupt.* §. 27. Idem ſtatuo de Jure Canonico. *c.* 6. *x. de raptor.* *c.* 6. *x. de cond. app.* Bockelm. *dict.* §. 27. Idem de Jure Naturæ. *arg.* §. 1. *I. de j. perſ.* & Germanico antiquo, de quo dixi in *Arminio* §. *Sed nec Romanorum & ſeqq.* unde & id, niſi mutatum probetur, ſequentur hodie Germani. *arg. l.* 32: *fin. C. de appell. l.* 27. *C. de teſtam.* add. Becmann. *Meditat. Politicar.* 7. *th.* 7, Secus de Jure Civili. §. *penult. I. h. t.* etſi diſſentiat Guibert. Coſtan. *quæſt.* 12.

§. 106. Filiam emancipatam viginti quinque annis minorem, nuptias absque patris conſenſu contrahere non poſſe, claret ex *l.* 1. *l.* 18. *l.* 20. *C. de nupt.* Dixi, *filiam.* In hac enim hoc ſingulare eſt, ob *lubricum ſexus. princ. in fin. I. Quib. alien. lic. vel non.* quod hic concurrit cum lubrico *ætatis:* adeoque *conjunctum*, fortius operatur. *arg.* §. 2. *I. de adopt.* Dixi, *patris.* Adde: & eo deficiente, matris, curatoris, propinquorum. Par enim ratio eſt, ex fragilitate ſcilicet ſexus, ætatis lubrico ſociata. Dixi latius *de Jure Filiorum, membro* 1.

§. 107. An liberi propter Patris conſenſum

in

in nuptiis ſuis neglectum exheredari poſſint? Neg, quoniam inter cauſas quæ jus exheredandi liberos, parentibus impertiunt, hæc non apparet. Vid. *Nov.* 115. *cap.* 3. Opp. atrocem eo modo parentibus injuriam per liberos inferri: conſequenter, eam ob cauſam hos exheredari poſſe. *d. Nov.* 115. *cap.* 3. §. 2. Reſp. Neg. eam injuriam ullo modo eſſe: *per. l.* 53. *pr. de furt.* ergo nec atrocem. Quod ſi tamen liberi hanc adjungant, ob eamdem exheredari poterunt: *d. cap.* 3. §. 2. Sed hæc cauſa a priori diſtinctiſſima eſt, niſi liberi eam admiſcuerint. Opp. *d. Nov.* 115. *cap.* 3. §. 11. Reſp. Non loquitur 1. de liberis omnibus, ſed de *filia*, eademque 2. majorenne & 3. in poteſtate patria conſtituta, 4. in corpus ſuum peccante. Quod ultimum in matrimonium juſtum non cadit. Ergo textus ex d. c. 3. § 11. oppoſitus, non ferit theſin. Adde ſis *de Jur. Filior. m.* 1. §. 7. & Chriſten. *Matrimon. diſſ.* 2, *qu.* 10.

§. 108. Polygamiam ſimultaneam a Juris Divini & Naturæ præceptis abhorrere conſtanter teneo. Vid. *infra part.* 7. §. 95. add. Neuer Bucher Saal. *part.* 17. *num.* 6. De loco *Malach.* 2. *verſ.* 15. *ſeq.* vid. Gelehrte Fama: *part.* 25. *p.* 64. Diſſentiunt multi, quibus & ipſum Doctorem ſuum Lutherum accenſent ipſi Lutherani. vid. Obſervat. Hallens. *tom.* 5. *obſervat.* 1. *num.* 17. 18. & 19. Muller. *acerr. Biblic. centur.* 2.

bi-

hiſtor. 24. §. 5. Agent von Haus aus *cap.* 334. Confer Salden. 2. *otior. Theol.* 7 §. 16. *pag.* 363. & Suden. *Critic. part.* 1. *pag.* 685. 1049.

§. 109. Polygamiam autem Succeſſivam permittunt ea quæ vides *Roman.* 7. *verſ.* 2. & 1. *Cor.* 7. *verſ.* 39. & 1. *Timoth.* 5. *verſ.* 14. Sed his non attentis, fuere qui ſecundis nuptiis minime faverunt. vid. Moſ. Amyrald. *de jur. natur. conn. diſquiſ.* 3. Suden. *Critici part.* 1. *quæſt.* 88. quibus quod ad viduas nubere vetitas, accedunt veteres nonnulli Germani, apud Tacit. *de morib. German. cap.* 19. Contra de muliere quæ XXII. viros, & viro qui XX. mulieres extulerat, vid. Gothofred. *not. ad l.* 1. *C. de ſec. nupt.* Confer. Luther. *Tiſchreden. c.* 43. §. *S. Hieronymus.* Jure Civili (1) Nuptiæ ſecundæ intra anuum luctus contractæ puniuntur: tum infamia, ut eadem maneat & parentes qui ab initio talibus nuptiis conſenſerint *l.* 11. *pr.* & § 4. *l.* 13. *de his qui not. infam.* tum & aliis pœnis. *vid. l.* 1. *l.* 2. *C. ſec. nupt.* Vid. *J. Ventr. part.* 10. *ſect.* 2. & *Admon. part.* 1. §. 174. *n.* 2. Add. Gothofred. *ad d. l.* 1. Non eſt autem pœna hic dictata nullitatis matrimonii. Unde liberi ex ſecundis præmaturis nuptiis procreati, injuſti non ſunt. Immo interdum & prioris mariti defuncti, liberi cenſebuntur, & poſterioris. *vid. De Jure Ventris Part.* 6. §. 44. Diſſentiunt. Treutler. 1. *diſputat.* 2. *theſ.* 5. *lit. F.* Belviſo *ad. l.* 1. *C. Quor. bonor.* Abele *metamorphoſ. Jeſ. judiciar* 2.

cap. 74. aliter alii. Præterea (2) proſpicitur liberis prioris thalami, ut matre ad ſecundas nuptias, poſt annum luctus etiam, eunte, mater eorum quæ a marito priori, quolibet modo quid accepit aut ex liberorum ſucceſſione legitima habet, proprietatem ejus amittat, ad prioris matrimonii liberos deferendam *l.* 3. *pr.* & §. 1. *C. de ſecund. nupt.* niſi ſcilicet hi unam ex tribus illis ingrati animi ſpeciebus admiſerint, de quibus *Nov.* 22. *cap.* 47. ob quas vulgo fratres exheredari, præpoſita turpi heredis perſona, opinantur. vid. *infra part.* 5. §. 31. & *Irner. c.* 43. §. 7. Quod idem etiam ratione mariti binubi obtinet, quantum ad lucra ab *uxore* priori percepta *l.* 5. *C. de ſec. nupt. Auth. Uxore C. eod.* aſt ad lucra ex *liberorum* ſucceſſione percepta extendi non poſſe, quibusdam videtur *per d. l.* 3. *C. ſec. nupt. l.* 5. *C. Tert. Nov.* 22. *c.* 46. *junct. l.* 45. *legat.* 2. *l.* 42. *pœn.* Interim communis ſententia eſt in contrarium, apud Bockelman. *ff. h. t.* §. 37. *Q. an ſicut* fulta *l.* 5. *C. ſec. nupt. Nov.* 2. *c.* 2. §. 1. *Nov.* 22. *c.* 23. & 27. *l. ult. pr* & §. 1. *C. ad SC. Tertull.* Plane lucra illa liberis deberi, etſi parentum ſucceſſores facti non fuerint, monemur per *Auth. Hæc res. C. ſecund. nupt.* Sed quid ſi ſuperſtes a defuncto non proprietatem ſed uſumfructum conſecutus fuerit? Reſp. Adimetur & hic binubo, cedetque liberis prioris matrimonii: ſecundum *l. un. C. ſi ſecundo nupſ. mul.* Ve-

rum Jure novo dictæ legi unicæ derogatum eſt, ut reſtringatur ad caſum quo maritus amiſſionem juſſit. *Auth. Hoc locum C. eod. junct. Nov.* 22. *c.* 31. *&* 32.

§. 110. Eſt & alia legum pro liberis prioris thalami benevolentia. Enimvero pater materve ſecundas ubi amplexantur nuptias, nec teſtamento, nec contractu, nec ullo modo, plus novo conjugi dare aut relinquere poſſunt, quam uni ex liberis, qui minimum accepit, reliquerunt *l.* 6. *C. ſec. nupt.* Add. Scotan. *exam. tit. de ſecund. nupt.* ubi in notis adjicit, dictam l. 6. ceſſare, ſi communio bonorum conjugialis alicubi obtineat. Sed nec in ceteris omnibus Mores Jus Civile quod ad ſecundarum nuptiarum jura obſervant. Dixi *Irner. inj. vapul. coit.* 43. §. 8. Add. Bugnyon. *leg. abrogat. libr.* 1. *cap.* 120. *& cap.* 139. *& libr.* 3. *cap.* 92. & Chriſtyn. *addit. ad d. cap.* 120.

§. 111. De Inceſtu dixi *Irner. c.* 41. & infra *Admonitor. part.* 7. §. 101. Addatur de nuptiis inter duorum fratrum ſororumve liberos: *Num.* 36. *verſ.* 11. & exemplum ex eodem Jure Divino notabiliſſimum, quod adduxi *de J. Virgin.* §. 17. De matrimonio Eunuchi, dixi *Oratione de Matrimonii unico ſcopo.* etſi Dn. Jo. Cocceji Theologi Collegis id matrimonium non erat: ut vides apud dictum Jo. Coccejum *epiſtol.* 427. De matrimonio alias putativo adde ſis *Part.* 7. §.

101.

101. *in fin. infr.* De *clandeſtino*, quod Galli *mariage de conſcienc* evocant, vid. Neuer Bucher Saal. *part.* 17. *num.* 6. Obſervation. Miſcellan. *part.* 4. *num.* 6. Wolff. *juris prud. Eccleſ.* 2. 16, 24.

TIT. III.

De Jure Dotium.

§. 112. Ad matrimonii concomitantia (*vid.* §. 103. *ſupra*) *tertio* notabiliter pertinet, dos, quippe quæ ſine matrimonio eſſe non poteſt *l.* 3. *h.* Eſt autem dos, univerſale jus marito in rebus dotalibus conſtante matrimonio, ad lucrandos earum fructus, pro oneribus matrimonii ſuſtinendis, conſtitutum *l.* 5. 20. *C. j. dot. l.* 4. *C. eod. junct. l.* 49. *d. V. S.* Feltm. *j. in re c.* 18. *n.* 34. *ſeqq.* Dixi, *univerſale.* Ergo Jus dotium a dominio ſtricte dicto, etiam hac in parte differt. *l.* 1. *de R. V.* Dixi, *ad lucrandos fructus.* Unde reliqua uxoris bona, puta *paraphernalia* & *receptitia* differunt a *dotalibus*: vid. 2. *aphor.* 73.

§. 113. Dividitur (1) in dotem profectitiam & adventitiam: Illa a patre vel ex bonis ejus alteriuſve aſcendentis paterni virilis ſexus aut eorum occaſione, proficiſcitur: hæc aliunde advenit *l.* 5. §. 1, 2. & 11. *h.* Ad illam pater a filia, cogi poteſt *l.* 19. *de R. N.* pro modo faculta-

tum patris, & mariti dignitate *l.* 69. §. 4. *h.t. vid. de J. Virgin.* §. 37. Præterea dividitur dos (2) in æſtimatam & non æſtimatam *l.* 10. §. 4. *ff. l.* 21. *C. h.* Æſtimatæ autem res duobus modis traduntur, venditionis gratia vel taxationis *v.* 3. *Aphoriſm.* 65. *ſ.* Venditionis cauſa, cum pretium hunc in finem traditioni adjicitur, ut accipiens rem ſibi eodem habeat emtam: taxationis gratia, quando pretium hunc in finem adjicitur, ut ſi res dotalis diminuta aut deperdita fuiſſet, non alio pretio quam quo taxata fuit repoſcatur. Dos æſtimata venditionis cauſa, maritum dominum dotis facit. *vid. Part.* 3. §. 129. *ſup.* Sed æſtimata taxationis tantum cauſa, aut plane non æſtimata, marito dominium dotis non confert, ſed uxori relinquit *l.* 30. *C. jur. dot* & hæc dos proprie eſt *l. un.* §. 15. *C. d. rei ux. act.* (3) Diſtinguitur dos in cautam ſive (ut nonnulli loquuntur) confeſſatam & numeratam ſive datam. Illa dicitur quæ nondum eſt ſoluta quam tamen maritus ſe accepiſſe ſcriptura confitetur: hæc eſt quam maritus revera accepit, ubi, diſtinguendi ſunt tres caſus: 1. ſi matrimonium intra biennium ſolutum ſit. 2. ſi poſt biennium, ſed intra decennium 3. ſi poſt decennium. Primo caſu, exceptio dotis non ſolutæ, durat annum a tempore matrimonii ſoluti. Secundo, tres menſes. Tertio, ceſſat. *l. f. C. de dot. caut. auth. Quod locum, C. d. t.* Uti autem intra dicta tempora

pora proteſtationem dotis non ſolutæ facere licet, ita eadem tamen in ſcriptis facienda eſt. *Nov.* 100 *c.*1.§.1. Alciat. 2. *parerg.* 13. (4.) in Veram & Putativam. Hæc eſt quæ acceſſit matrimonio, ut loquuntur, putativo. vid. *ſupr. Part.* 4. §. 15. *& infr. part.* 7. §. 101. *in fin.* & Gothofred. *not. ad l.* 22. §. *ult. ff. ſolut. matrim.* (5.) in Propriam & Impropriam. *vid. d. l. un.* §. 15. vid. *h.* §. *num.* 2. *in fin.*

§. 114. Hic controvertunt: an pater dotare cogatur filiam locupletem? Quod affirm. quoniam & huic *legitimam* debet *portionem*. Hujus enim, non *alimentorum*, vicem, dos ſuſtinet. *Nov.* 39. *c.* 1. Demonſtratur id & exemplo *matris*, quæ *ali* debet, non *dotari*. Ex Lege Voconia idem probo *tract. de J. Filior. m.* 3.

§. 115. Ex his fluit, emancipatæ filiæ dotem dare patrem non cogi. Cum huic portio *legitima* olim debita non fuerit. Et quamvis jure novo id mutatum, obtinet hoc jus novum tamen non niſi poſt mortem patris. Accedit, emancipatas non acquirere patri: ut filiæfam. Ut hæ merito aliquo gaudeant commodo. Nec obſtat *l. f. C. de dotis promiſſ.* refert enim ſe ad leges antiquas non incognitas. Dixi *de jure filior. dict. m.* 3.

TIT. IV.

De Pactis Dotalibus.

§. 116. De dote (præterquam quod ejus cauſa favorabilis eſt *l. 73. de jur. dot. l. 85. de R. J. l. 1. ſolut. matr.* & piis cauſis connumeretur *l. 32. §. 2. de cond. ind.* Alexand. *ad. l. Si cum dotem. 22. §. eo autem, 5. ff. ſolut. matrimon. n. 10.*) notandum adhuc eſt (1) eam per Pacta Dotalia varie formari. *arg. l. 7. §. 5. l. 48. de pact.* Sunt autem Pacta Dotalia, conventiones de acquiſitione & reſtitutione dotis & donationis propter nuptias initæ. Dividuntur *hodie* in ſimplicia & mixta: Illa fiunt per modum conventionis de dote & donatione propter nuptias, hæc autem per modum aut conventionis, quo caſu teſtium ſubſcriptio neceſſaria non eſt. v. Schöpfler. *gerontolog. 1. 2. 1. n. 86. & ſeqq.* aut ultimæ voluntatis non ſolum de dote & donatione propter nuptias, ſed *hodie* etiam de futura conjugum ſucceſſione *v. l. 5. C. pact. convent. l. 15. C. d. pact. l. f. ff. de ſuis & 3. Aphoriſm. 1.* Dixi, *hodie.* vid. Stryck. *de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſ. 8. cap. 5.* & quæ dixi *Irner. inj. vap. c. 43. §. 10. & 3. aphor. 1. & Virgin. Florentin. cap. 4. §. 16.* Ut hodie hæc pacta non *dotalia*, ſed *conjugialia* aut *matrimonialia* magis appellanda ſint

ſint & appellentur. Unde nec dubitandum eſt, quin & jus repræſentationis per talia pacta hodie poſſit concedi: ut ſi quis ex Jure Civili contra diſputare velit, is ad Cothmannum 2. *reſp.* 78. *num.* 176. (ſcribentem, ei qui contra hæc pacta ſucceſſoria moribus approbata, ſcholaſtice diſputat, ignoſcendum & condolendum potius eſſe, quod quæ quotidiana ſunt, non didicerit, & jus in quo verſatur, ignoret) remittendus ſit. add. Chriſtin. 4. *deciſ.* 63, *n.* 2 Feltman. *de jur. in re. c.* 30. *n.* 113. Somern. *de repræſentatione cap.* 9. *n.* 2. Pacta autem talia Succeſſoria quod valeant, non eſt ex ſola vi pacti, ſed propter concurrentem individuam illam conjugum conjunctionem & mutui inter eos adjutorii indolem. Nec enim omnia pacta ſucceſſoria inter omnes valent. Enimvero parœmiam illam: *Ein wort ein wort, ein man ein man*: apud Dn. D. Davidem Dwerhagen. *de nullitat. jurisjur. cap.* 9. *ſect* 3. ad ſucceſſiones hereditarias Germani olim noluerunt pertinere. *arg. Tac. de Mor. Germ. c.* 20. *n.* 6. Admiſerunt deinde aliquando: veluti inter conjuges. Sed Jure civili, pacta talia non valent *l.* 5. *C. de pact. conv.* Quin & ratione ipſius dotis, nonnulla pacta ſunt reprobata, quæ ſcil. contra dotem, aut bonos mores, ſunt inita: ex. gr. ut maritus non niſi de *dolo* teneatur. &c. *vid. l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 14. *ſeq. ff. h. t. l.* 3. *C. eod.* Quid ſi nuptiæ ſecutæ non ſint?

Evaneſcunt hæc pacta *l.* 4. §. 2. *de pact.* *l.* 41. § 1. *h t.* Quod tu hodie limita, niſi aliud pactum conventum ſit. per 3. *aph.* 71. *Conf.* Schöpffer. *ſtat. vid.* 1. *cap.* 4.

TIT. V.

De fundo dotali.

§. 117. Nota (2) marito vigore juris ſui dotium, multos dominii effectus communicatos eſſe, quorum reſpectu, effectuum inquam, & dominus eſt & appellatur *pr. I. quib. alien. lic. vid.* 2. *aph.* 79. ex. gr. quod ſervis dotalibus libertatem (cujus favori & multa alia ſingularia leges indulgent. § *f. l. de donat.* §. 1. *in fin. l. de eo cui libertat. cauſ. l.* 122. *de R. J.* Confer. *part.* 6. §. 134. *verſ. Dixi hoc caſu. infra.*) poſſit dare, etiam uxore invita *l.* 3. *C. jur. dot.* Extra illos autem effectus per leges ipſi indultos, dominium uxor retinet ſola *l.* 30 *C. j. dot.* Quin quantum ad dotalem fundum, ſpeciali Legis Juliæ prohibitione cautum eſt, ne illum, etſi uxor ut domina vel maxime conſentiat, ullo modo alienare valeat. Ergo nec oppignorare. *d. pr. I. quib. alien.* Hanc prohibitionem ad fundum dotalem venditionis gratia æſtimatum non pertinere, ratio monet. *vid. l. un.* §. 15. *C. de R. V. A.* add *Admon. part.* 3. §. 129. & *part.* 4. §. 113. *n.* 2. & *part.* 6. *n.* 165.

§. 118. Cum ergo non niſi ratione *quorundam* effectuum communicatorum, maritus dotis dominus ſit: eadem inquam ratione qua uſufructuarius rei cujus uſumfructum habet, dominus vocatur, *quod ad multos* nempe *caſus*: ut dicitur *in l.* 4. *ff. de uſufr. conſ. l.* 1. *pr. de reb. aut. jud. poſſ.* Sequitur, in caſibus marito non communicatis, dominium apud uxorem manere. Exceptio enim firmat regulam in caſibus non exceptis *l.* 4. §. *f. de penu leg. l.* 1. §. 5. *de Prætor. ſtipul. Adm.* §. 175. *infra.* Unde porro ſequitur, maritum res dotales mobiles invita uxore alienare non poſſe: Cum ea vis & poteſtas marito per leges indulta non ſit niſi in rebus fungibilibus. *l.* 42. *jur. dot.* Nec obſtant *l,* 3. §. 2. *de ſuis. l.* 3. *C. de jur. dot.* reſponſio enim patet ex §. *præc.* 117. *verſ. cujus favori.* Sed nec moratur *Auth. Sive a me. C. ad SC. Vell.* nam (1.) nullam facit mentionem rerum mobiliũ. (2) Reſpond. argumentum a contrario, inibi velle, mulieris demũ conſenſu res dotales mobiles a marito alienari poſſe. (3.) referre ſe authenticam, ad jura *priora*, veluti *Novell.* 61. *c.* 1. §. 3. *in fin.* Diſſ. Vinn. *ad pr. I. quib. alien. lic.* Struv. *ff. de jur. dot. theſ.* 12. Plane, alienatio fundi dotalis a marito contra Legem Juliam facta, ex lege Juſtinianea convaleſcet, ſi uxor poſt biennium iterum conſentiat. *Novell.* 61. *c.* 1. §. 1. *in fin. & c.* 3. *in f.* Confer. 2. *Aphoriſm.* 79. Qui conſenſus, ex reve-

ren-

Evaneſcunt hæc pacta *l.* 4. §. 2. *de pact. l.* 41. § 1. *h t.* Quod tu hodie limita, niſi aliud pactum conventum ſit. per 3. *aph.* 71. *Conf.* Schöpffer. *ſtat. vid.* 1. *cap.* 4.

TIT. V.

De fundo dotali.

§. 117. Nota (2) marito vigore juris ſui dotium, multos dominii effectus communicatos eſſe, quorum reſpectu, effectuum inquam, & dominus eſt & appellatur *pr. I. quib. alien. lic. vid.* 2. *aph.* 79. ex. gr. quod ſervis dotalibus libertatem (cujus favori & multa alia ſingularia leges indulgent. § *f. I. de donat.* §. 1. *in fin. l. de eo cui libertat. cauſ. l.* 122. *de R. J.* Confer. *part.* 6. §. 134. *verſ. Dixi hoc caſu. infra.*) poſſit dare, etiam uxore invita *l.* 3. *C. jur. dot.* Extra illos autem effectus per leges ipſi indultos, dominium uxor retinet ſola *l.* 30 *C. j. dot.* Quin quantum ad dotalem fundum, ſpeciali Legis Juliæ prohibitione cautum eſt, ne illum, etſi uxor ut domina vel maxime conſentiat, ullo modo alienare valeat. Ergo nec oppignorare. *d. pr. I. quib. alien.* Hanc prohibitionem ad fundum dotalem venditionis gratia æſtimatum non pertinere, ratio monet. *vid. l. un.* §. 15. *C. de R. U. A.* add *Admon. part.* 3. §. 129. & *part.* 4. §. 113. *n.* 2. & *part.* 6. *n.* 165.

§.

§. 118. Cum ergo non niſi ratione *quorundam* effectuum communicatorum, maritus dotis dominus ſit: eadem inquam ratione qua uſufructuarius rei cujus uſumfructum habet, dominus vocatur, *quod ad multos* nempe *caſus*: ut dicitur *in l. 4. ff. de uſufr. conſ. l. 1. pr. de reb. aut. jud. poſſ.* Sequitur, in caſibus marito non communicatis, dominium apud uxorem manere. Exceptio enim firmat regulam in caſibus non exceptis *l. 4. §. f. de penu leg. l. 1. §. 5. de Prætor. ſtipul. Adm. §. 175. infra.* Unde porro ſequitur, maritum res dotales mobiles invita uxore alienare non poſſe: Cum ea vis & poteſtas marito per leges indulta non ſit niſi in rebus fungibilibus. *l. 42. jur. dot.* Nec obſtant *l. 3. §. 2. de ſuis. l. 3. C. de jur. dot.* reſponſio enim patet ex *§. præc.* 117. *verſ. cujus favori.* Sed nec moratur *Auth. Sive a me. C. ad SC. Vell.* nam (1.) nullam facit mentionem rerum mobiliũ. (2) Reſpond. argumentum a contrario, inibi velle, mulieris demũ conſenſu res dotales mobiles a marito alienari poſſe, (3,) referre ſe authenticam, ad jura *priora*, veluti *Novell. 61. c. 1. §. 3. in fin.* Diſſ. Vinn. *ad pr. I. quib. alien. lic.* Struv. *ff. de jur. dot. theſ.* 12. Plane, alienatio fundi dotalis a marito contra Legem Juliam facta, ex lege Juſtinianea convaleſcet, ſi uxor poſt biennium iterum conſentiat. *Novell. 61. c. 1. §. 1. in fin. & c. 3. in f.* Confer. 2. *Aphoriſm.* 79. Qui conſenſus, ex reve-

ren-

rentia magis erga virum *l.* 14. *fin. ſolut. matr.* quam per vim extortus credi debet. vid. Schwartzenthaler. *ad l. Siquidem*, 9. *C. de contrab. ſtipul. ſign. num.* 66.

LIBER XXIV.

TIT. I.

De donationibus inter virum & uxorem.

§. 119. Quartum (*vid.* § 112.) matrimonialis ſtatus concomitans, eſt Donatio inter virum & uxorem, quæ tamen regulariter nullius momenti eſt *l.* 3. §. 10. *h. t.* ne venalis inter conjuges amor fiat *l.* 1. *h. t.* Interim donatio inter virum & uxorem morte donantis & civili & naturali (etſi illa, quoniam adhuc revocari poteſt donatio, non plene) confirmatur *l.* 13. §. 1. *ff. l.* 24. *l.* 25, *C. h.* etſi per modum tantum conventionis abſque traditione facta ſit *Nov.* 162. *c.* 1. *pr.* Dixi, *virum & uxorem.* Ad ſponſum ſponſamque hæc prohibitio non pertinet. *l.* 5. *l.* 27. *h. t.* nec ad meretricem. *d. l.* 5. nec ad concubinam *l.* 3. §. 1. *h. t. l.* 31. *de don. vid. tamen Nov.* 89. *c.* 12. §. 1. Dixi, *regulariter.* Quoniam ſecus eſt, ſi uxor marito quid donet adipi-

piſcendæ dignitatis gratia aut ad ejus proceſſus *l.* 40. *ſeq. h.* Item, ſi ſepulturæ cauſa quid donatum ſit aut ad ædium refectionem vel uſum ſacrum *l.* 5. §. 8. §. 12. *l.* 14. *ff. h. t.* Adde, lucrum omitti poſſe, ut id conjugi acquiratur *l.* 31. §. 7. *h. t.* Addeſis *l.* 15. *l.* 21. *l.* 34. *l.* 43. *ff. l.* 11. *l.* 22. *l.* 26. *C. h. t.* & de donatione jurejurando confirmata, Gail. 2. *obſervat* 40. Bonjour. *ænigm. leg.* 12. Thyll. *ad Gail. d. loc.* Dwerhagen. *de nullitat. jurisjur. cap.* 6. *Sect.* 6. Dixi: *venalis.* Ita enim eſt *in l.* 27. *de jur. dot.* Unde lucem capit *l.* 1. *h. t.* ubi habes *mutuatus*, quaſi diceres, mutuo dato acquiſitus. confer. *l.* 31. §. 7. *h. t.*

TIT. II.

De Divortiis & Repudiis.

§. 120. Diſſentanea (*vid.* §. 92.) matrimonialis ſtatus, conſpicua ſunt in Divortiis & Repudiis. Divortium eſt diſſolutio legitima vinculi matrimonialis inter conjuges adhuc viventes ex juſta cauſa *l.* 1. *l.* 2. *l.* 9. *h. l.* 8. *condict. cauſ. dat. l.* 191. *fin. V. S.* Dico *vinculi*: unde differt a ſeparatione thori & menſæ. Illud ex perpaucis cauſis conceditur: hæc ex multis. hæc non niſi thorum & menſam ſeparat, illud præterea ipſum vinculum: un-

de poſt divortium novæ nuptiæ permittuntur, minime vero poſt ſeparationem thori & menſæ. Dixi *matrimonialis*: ad differentiam *repudii*, quo Sponſalia diſſolvuntur, etiam multas ob cauſas quoad ipſum vinculum, etiam Sponſalia, inquam, de Præſenti. Unde firmiſſimum argumentum, hæc ne quidem reſpectu vinculi, eſſe matrimonium. *v.* §. 95. *in fin. ſupr.* Aliquando tamen *repudii* vox & latius accipitur *l.* 101. §. 1. *V. S. l.* 3. *h. l.* 2. *R. N.* v. Alb. Gentil. 6. *nupt.* 1. Dixi, *legitima.* Quo reſpicitur non tantum ad juſtam cauſam, de qua mox: ſed & quod, veluti Jure Civili fiebat coram ſeptem teſtibus, præter libertum qui hic obſequium ſuum præſtabat *l.* 9. *h.* Ita hodie publica magiſtratus auctoritate fieri debeat. Dixi, *perpaucis cauſis.* Id ad hodiernos maxime Mores pertinet, qui non niſi duas admittunnt. Immo Romano-catholici, nullam. Unde dogma de duabus cauſis, *hæreticorum* vocat Chriſtyn. *ad Bugnyon. leg. abrogat.* 1. *cap.* 101. a quo cavendum ſit. Ridicule! vid. quæ ſcripſi *Irner. inj. vap. c.* 32. §. 9. *ſeqq.* ubi & de Romanis & Juſtinianeo ſeculo dixi. add. Chriſtin. *d. loc.* De *fribuſculo*, vid. *l.* 32. §. 12. *ff. h. t.* & quæ dixi *Virg. Florentin. c.* 4. §. *ult.*

§. 121. An Malitioſa Deſertio recte inter cauſas Divortii referatur? Neg. *Math.* 5. & 19. vid. Aut. a Mara *ſpec. diſcuſſion. de anno* 1686. Dixi

Irner.

Irner, coit. 32. §. 9. ubi in ſeqq. & aliorum ſententias adduxi. Saltim moneo, Bockelmanni ibi allegati Disputationem inauguralem & Apologiam quatenus huc faciunt, ſubjectas eſſe Dn. Polmanni Conſulis Embdani Racemationi ad Inſtitutiones *pag.* 550. *& ſeqq.* Add. Schilter. *Herenn. Modeſtin. in Mantiſſa.* Veram eamdemque unicam cauſam *vid.* §. 98. ibi: *πορν. λογ.*

§. 122. Divortio ob adulterium ſecuto, etiam nocens, ſi hujus vitæ parcatur, ut hodie fieri adſolet (cujus rationem dixi *de Jur. Filior. m.* 7. §. 11.) ad ſecundas nuptias admitti poteſt, utpote *vinculo* priori ſublato. Diſſ. Lauterb. *Comp. pag.* 454.

§. 123. Si per *mortem uxoris* matrimonium ſolutum ſit, dos *profectitia* revertitur ad patrem, etſi ex dicto matrimonio liberi adſint ſuperſtites. Mortua enim uxore, non poſſunt manere onera matrimonii, utpote exſtincti. *arg. l.* 76. *de ſolutionib. junct. l.* 20. *C. de i. dot.* Sed alimenta liberis præſtanda, manebunt onus patris. Add. *arg. l.* 26. *de pact. dot.* ubi dos apud viduam manet ex pacto convento. Opp. Pater de dote agit demum liberis non exiſtentibus. *l.* 40. *ſolut. matrimon.* Reſp. Eſt ibi caſus diverſus, quo poſt nuptias dotemque datam, conjuges paciſcuntur. vid. quæ dixi *Virgin. Florentin. c.* 3. §. 2.

TIT.

TIT. III.

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

§. 124. Soluto per divortium (idem eſt ſi per mortem) matrimonio, videndum eſt, quid juris ſit tum circa perſonas, tum circa bona. Circa bona inquirendum quó modo dotis petitio, ſoluto matrimonio (1) inſtituatur (2) minuatur.

§. 125. Dotis repetitio inſtituebatur per actionem *rei uxoriæ*, in actionem *ex ſtipulatu* hodie transfuſam §. 28. *I. act.* Quæ actio *ex ſtipulatu* eſt bonæ fidei, qua uxor ejusve pater aut heredes dotem repetunt conſumtam. *l. un.* §. 6. *C. de R. V. A.* Si dos adhuc exſtet, *rei vindicationi* locus eſt *l.* 30. *C. de j. dot.* Verum diſtinctione hic opus eſt. Dos eſt vel Adventitia vel Profectitia. De adventitia, pater nomine filiæ agit aut filiæ agenti conſenſum præbet, niſi 1. filia emancipata ſit, aut 2. extraneus eam ſibi reddi ſtipulatus fuerit *l. ult. C. h. l. un.* §. 6 & §. 13. *C. de R. V. A.* Dos autem Profectitia revertitur ad patrem viventem *l.* 4. *C. h.* quod amplia per §. 123. *ſupra.* Dixi, *viventem.* Eo enim *mortuo*, delabetur dos ad uxoris heredes: niſi uxor divortii cauſam ſolvendo matrimonio dederit, dote tum marito cedente. *l.* 71. *de evictionib. l. un.* §. 11. *C. de R. V. A.*

Nov.

Nov. 22. *c.* 19 Corollariorum loco notari poteſt (1.) maritum in dotalibus rebus præſtare culpam levem *l. ult. h.* (2.) dotem repeti, ſecundum *l.* 65. *de judic.* de qua *ſupr. Part.* 2. §. 19. *n.* 3. & latius Schrader. *miſcellan. c.* 2.

LIBER XXV.

TIT. I.

De impenſis in res dotales factis.

§. 126. Minuitur autem dotis repetitio inter alia, 1. ob impenſas in rem dotalem factas *h. t.* item 2. ob res ab uxore amotas. *tit. ſeq.* Dixi, *inter alia*. Nam huc etiam pertinet *beneficium competentiæ*, ut hodie vocatur, de quo vid. §. 37. *I. de act.* & 4. *aphor.* 64. item, ſi dotis partem maritus ex pacto lucratur: poteſt enim lucrari & totam ſi ita pactum/conventum ſit. *l.* 12. *l.* 20. §. 1. *de pact. dotal.* quo caſu dotis repetitio in totum ceſſabit: ut & in caſibus *l.* 49. *l.* 52. *h. l.* 8. §. 4. *C. de repud. Nov.* 117. *c.* 8.

§. 127. Quantum ad impenſas, diſtinguendum, inter impenſas in *fructus* & in *res ipſas dotales* factas. Fructuum impenſas fert ipſe maritus,

tus, quia fructus abſque impenſarum deductione fructus eſſe non intelliguntur *l.* 3. §. 1. *l. fin. h.* veluti & tributa maritum manent *l.* 12. *h. t.* Quantum ad impenſas in rem dotalem ipſam factas, diſtinguendum eſt, in impenſas neceſſarias, utiles, & voluptarias. *l.* 79. *de V. S. l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *h. t.* Neceſſariæ, dotem ipſo jure minuunt *l.* 5. § *f. pact. dot.* ut & compenſationi locus ſit *l. f. C. de compens.* Utiles impenſas maritus repetet actione mandati vel negotiorum geſtorum *l. un.* §. 5. *C. de R. V. A.* Item Condictione indebiti *l.* 5. §. 2. *l.* 7. *in fin. h. t.* non obſtante *l.* 33. *de cond. ind.* quippe quæ de eo qui adhuc poſſidet, loquitur. Eſt autem propter impenſas utiles, retentio hodie ſublata rerum in dotem datarum *l. un.* §. 5. *C de R. V. A.* immo & quod ad neceſſarias *d.* §. 5. ſalva, ut dixi, compenſatione. Propter impenſas autem voluptarias, & ſi uxoris voluntate factas *l.* 11. *h. t.* marito nil niſi ablatio conceſſa eſt, modo hæc ſine detrimento rei & cum mariti utilitate fieri poſſit *d. l. un.* §. 5. *Confer. l.* 2. §. 5. *aq. & aq. pluv.* Quod ſi hæ res, in quibus impenſæ factæ ſunt, promercales fuerint, tales impenſæ non voluptariæ, ſed utiles ſunt. *l.* 10. *h. t.* Item: pro voluptariis impenſis, niſi parata ſit mulier pati maritum tollentem, exactionem patitur, ſi modo recipiant ſeparationem & futurum ſit mariti quod abſtulit *l.* 9. *h. t.*

TIT. II.

De actione rerum amotarum.

§. 128. Ob *res amotas*, dotis repetitio imminuitur non tantum per compenſationem *l. f. C. de compenſ.* (non autem per retentionem *l. un. §. 5. C. de R. V. A.*) ſed & earum nomine actio ſingularis, quæ *Rerum Amotarum* vocatur, locum habet. *Hæc* eſt qua inter eos qui quondam conjuges erant, ad res conſtante matrimonio, divortii cauſa, amotas, agitur adverſus conjugem ejusque heredes quatenus ad hos pervenit *l. f. C. h. t. arg. l. un. C. ex del. def. junct. l. 21. in fin. l. 25. h. t.* Dixi: *conjuges.* Datur enim & uxori & viro: *l. 14. l. 21. §. f. h. t.* Dixi: *divortii cauſa.* Alias enim dabitur actio *utilis*, aut condictio ex l. 32. ff. de reb. credit. *ibi: proprius eſt, ut obligari te exiſtimem, non quia pecuniam tibi credidi, ſed quia pecunia mea quæ ad te pervenit, eam mihi a te reddi, bonum & æquum eſt.* vid. Lauterbach. 2. *diſputat.* 17.

TIT. III.

De agnoſcendis vel alendis liberis, vel parentibus, vel libertis, vel patronis.

§. 129. Sequitur (§. 124.) quid juris ſit ſoluto matrimonio circa perſonas liberorum communium. Hi ſunt vel jam nati, vel naſci-

 turi

turi ſive ventres. De liberis jam natis agnoſcendis, agitur actione præjudiciali familiæ de partu agnoſcendo, qua uxor agit adverſus maritum, ad partum ex ſe editum agnoſcendum tanquam ſuum & legitimum *l.* 1. *l.* 3. §. 2. *h. Vid.* 4. *Aphoriſm.* 57. Effectus præcipuus eſt in præſtatione alimentorum: non tantum enim parentes liberos, ſed & liberi parentes egenos alere tenentur *l.* 4. *l.* 7. *pr.* §. 7. *&* §. 12. *h.* Intelliguntur autem hic alimenta *Civilia*, pro modo ſcilicet facultatum & dignitatis: Aſt alimenta *Naturalia* tantum, magis *neceſſaria* quam *alimenta* vocanda ſunt. *Vid.* 3. *Aphoriſm.* 13. *& Irner. c.* 49. Dixi: *parentes liberos.* Intelilge regulariter ſolum patrem. Non, matrem: niſi (1.) quo ad lac maternum infantis nondum trimi: quomodo Doctores (credo, male. lac enim ſolum alimenta denotare nequeunt) accipiunt *legem* 9. *C. de patr. pot.* (2.) pater mortuus aut inops ſit *l.* 5. §. 2. *l.* 1. *h. t.* (3.) pro parte, in terris quæ inter conjuges bonorum communionem receperunt. *vid.* 2. *aph.* 26. Pater ergo regulariter, & interdum etiam mater liberis alimenta præſtabunt: niſi liberi ſe ipſos exhibere poſſint aut exheredationis cauſam jure cognitam admiſerint. Nam nec ipſe *pater* hoc caſu, utroque ad alimenta obligatur. *l.* 5. §. 7. *&* 11. *l.* 6. §. 1. *h.* Ceterum, præter *parentes* & *liberos*, vides in rubrica ff. h. t. etiam libertos & patro-

tronos. De fratribus ibi nihil. Vide tamen *Novell.* 89. *cap.* 12. §. 6. Gothofred. *not. ad. l.* 5. *h.* ubi & vides liberorum ἀντιπελαργεῖν, & filiam patrem uberibus ſuis lactantem & alentem. Confer. Plin. 7. *hiſtor.* 36. & Thürman *apocryph. Daniel. Suſ. part.* 9.

TIT. IV.

De inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu.

§. 130. Circa naſcituros homines, præter ea quæ *l.* 1. §. 1. *ſeqq. titulo præced.* habes, uſu venit ut venter (1) inſpiciatur (2) in poſſeſſionem mittatur.

§. 131. Inſpectio (quæ hic eſt, diligens rei alicujus conſideratio: quo ſenſu Petronius *fidem maris & vires patrimonii nec non litem ſive querelam inſpicere*, Cato *vitam & mores hominum inſpicere*, Phædrus *alios inſpicere*, dixerunt add. 1. *de* ?. *Ventr.* 1.) fit, ut ordinum dignitas familiarumque ſalva ſit *l.* 1. §. 13. *h. t. vid.* 1. *de jur. ventr.* 2. Fit autem hæc inſpectio per mulieres (ita tamen ut ne quidem tangant ventrem muliere invita *l.* 1. §. 10. *h.*) ut ſciatur an mulier prægnans ſit nec ne: & ſi talis ſit, ut *partus* cuſtodiatur, ſed & mulier mater, *ejus* nomine in poſſeſſionem mittatur absque 1. dolo & 2. calumnia. De quibus, titulis duobus ſequentibus.

TIT. V.

Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo modo ad alium tranſlata eſſe dicatur.

§. 132. Dolo malo ſi mulier in poſſeſſionem ventris nomine miſſa ſit, ut eandem in alium transferat, tenetur in factum actione in id quod intereſt *l.* 1. §. 1. *h. t.* & dos minuitur. Dixi 1. *7. Vent. ſect.* 2.

TIT. VI.

Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa fuiſſe dicatur.

§. 133. Si calumnioſe id eſt ſciens prudensque ſe prægnantem non eſſe, in poſſeſſionem mulier miſſa fuerit, itidem dotis petitio imminuitur, & uxor actione in factum famoſa tenetur, in id quod intereſt. Dixi *famoſa.* ratio, quia hoc factum non multum abhorret a Falſo, quod famoſum eſt *l.* 7. *ff. de public. judic.* add. Admonit. *Part.* 1. §. 174. *n.* 1. Dixi, *ſciens prudenſque.* Ubi tum delationi juris jurandi locus eſt. *l.* 3. §. 3. *de jurej.* Dixi *d. ſect.* 2. Præfata infamia etiam patrem manet, qui paſſus eſt filiam quam in poteſtate habet, ita in poſſeſſionem mitti. *l.* 19. *de his qui not. infam.* Quod hodie ceſſat, per 1. *aphor.* 62. *num.* 1.

TIT.

TIT. VII.

De Concubinis.

§. 134 Reſtat matrimonii affine, Concubinatus *vid. ſupra* §. 92. Concubinatus eſt viri & mulieris vilioris, legitima conjunctio, vitæ conſuetudinem matrimoniali fere ſimilem continens. *l.* 3. §. 1. *h. l.* 5. *C. ad SC. Orfic. Nov.* 18. *c.* 5. *l.* 49. §. 4. *de legat.* 3. Dubio ergo procul, Jure Civili permiſſus. *vid.* Kleinſchmidt. *præcogn. tract.* 3. *ſect.* 2. *num.* 53. Bockelmann. *commentar. ff. tit. de concubin.* Dixi, *mulieris vilioris:* veluti ancillæ, libertinæ, adulteræ, vulgaris. Alias ſtupri pœna imminet: niſi proteſtatio acceſſerit. *l.* 3. *h* Dixi, *legitima.* Id enim leges modo allegatæ manifeſte volunt. adde effectum de quo 3. *aphor.* 15. *ſeq.* Unde & una tantum concubina conceditur. *arg. d. l.* 49. §. 4 *fin. de legat.* 3. Commodus tamen Imperator Romanus habuit trecentas: apud *Lamprid. vid. l.* 31. *de legib.* Totidem gaviſus eſt & Rex Salomon, præter ſeptingentas adhuc uxores. 1. *Reg.* 11. *verſ.* 3. Differt ergo & Concubinatus a *Fornicatione*, quæ eſt Venus vulgaris a ſubmoenianis olim *fornicibus* ita dicta. Militum autem concubinæ, dicuntur *focariæ. l.* 2. *C. de don. int. vir. & uxor.* Maritorum concubinæ

næ ſunt *pellices. l.* 144. *de V.S.* Sed hæ reprobantur *l. un. C. h. t.* Sed, an non concubinatus cum Jure Canonico pugnat? Dixi *Sicil. Man.* 1. *n.* 72. *add. tr. de Jur. Fil. m.* 7. §. 11. *& Irner. inj. vap. c.* 32. §. 18. §. 20. §. 21. Certe nec Juri Naturæ aut Gentium repugnat concubitus poſitivo Eccleſiæ ritu deſtitutus. v. Gelehrte Fama *part.* 27. *pag.* 185. add. Calvor. *ritual. eccleſiaſt. pr.* & quæ dixi *diſſ. de Cornib. & Cornut.* 1. § 47.

LIBER XXVI.

TIT. I.

De Tutelis.

§. 135. Sequitur materia tutelæ & curæ *vid. ſupra* §. 1. Tutela alibi latius, etiam Curam complectitur *l.* 101. §. 2. *de C & D. l.* 5. *C. de cur. fur. Horat.* 2. *ſat.* 3. nam & tutela in genere *tuitionem notat l.* 3. *de J. & J. l.* 1. *C. Unde vi. Juven.* 8. 711. Hic ſtrictius accipitur, & deſcribitur. §. 1. *I. h.* Dividitur in teſtamentariam, legitimam & dativam. *l.* 52. *C. Epiſc. & Cl.* Admoneo tamen, vocem *dativa* in trimembri hac diviſione ſtrictius accipi. Alibi latius ſumitur, ut & *Teſtamentariam* comprehendat. *l.* 7. *rem pupill. ſalv. for.* quemadmodum & in latiore hoc ſenſu acci-

pi-

pitur in *l. ult. C. de legit. tutel.* cum ibi minores dicantur repelli a tutela legitima & dativa; ut dativa ibidem intelligi ſimul debeat de teſtamentaria, *per §. un. in fin. I. de fiduc. tut.*

TIT. II.

De Teſtamentaria Tutela.

§. 136. Tutela teſtamentaria eſt vel proprie vel quaſi teſtamentaria. Hanc *Confirmandam* etiam appellare poſſis *arg. rubric. ff. & C. de confirmand. tut.* illam *abſolutam*, quia per ſe abſolvitur, nec ullo confirmationis adjutorio eget. Cujus diſtinctionis uſum pete *ex l. 2. C. confirm. tutor.* Vid. Gelehrte Fama *part. 27. pag.* 122. Vid. & 1. *Aphoriſm. 67. ſeqq.*

§. 137. Creditores pupilli, ne quidem teſtamentarios tutores conſtitui poſſe, etſi pater vel avus fuerint, ex eo conſequitur, quod non niſi matri & aviæ jure novello indultum, ut non obſtante credito tutelam ſubire poſſint *Novell. 72. c. 1.* Reliqui ergo repellentur aut removebuntur *l. 32. ſ. C. appell.* creditumque ſi diſſimulaverint tutelam ſubeuntes, amittent *d. N. 72, c. 1. c. 2. c. 3. Novell. 94. princ.* Ergo duæ tum pœnæ ſunt: 1. remotionis, quia creditores ſunt 2. amiſſionis crediti, quia diſſimulaverunt. Quod intelligendum etiam de debitis notoriis. *arg. l.*

8. *de Publician. in rem act.* ut ſcil. & hæc ſub generali lege & ratione comprehenſa cenſeantur *l.* 110. *l.* 113. *de R. J. d. l.* 1. differunt enim utique comprehenſio & extenſio. *Conf.* Caſtill. Sotomajor. *quotidian. controverſ. cap.* 22. *num.* 95. Contra, notanda eſt & limitatio, ut ſecus ſit, quod ad debitum ſuperveniens: tum enim adjungitur curator. *Novell.* 72. *cap.* 2. add. Fibig. *exerc.* 3. *ſemid. q.* 2. *&* 3.

§. 138. In teſtamento parentum privilegiato, tutor dari poteſt, ita ut nec confirmatione egeat: cum hoc in ſuo genere forma ſua conſtans, adeoque juſtum ſit *l.* 1. *qui teſtam. fac. poſſ. junct. N.* 107. *c.* 1. & acceſſorium ſuo principali (tutelæ datio, teſtamento) cedat *l.* 19. §. 13. *de aur. & arg. leg.*

TIT. III.

De confirmando tutore vel curatore.

§. 139. Confirmatur tutela teſtamentaria, quoties defectu aliquo laborat *vid.* 1. *Aphoriſm.* 69. Adeoque dubitandum non eſt, quin Teſtamentariæ, tutela Confirmanda accenſeri aut ſaltem ad Dativam referri non debeat; cum & ex teſtamento ortum trahat *vid. l.* 1. §. 13. *ff. depoſ.* & a Juris conditoribus tum in Inſtitutionibus tum in Pandectis tum in Codice eidem ſubjiciatur, & ipſi Legitimæ tutelæ præ-

præponatur *rub. ff. & C. de conf. tut. §. 3. & 5. I. qui teſt. tut.* Veluti tutor confirmatus & ipſi matri aviæque præfertur *N.* 118. *c.* 5. Marcabr. de Anguillis *conſil. 97. in fin.* Poteſt & Confirmata, ſeparata ſpecies conſtitui: ut nec Teſtamentariæ inquam ſpecies ſit, nec Dativæ, cum ad Neutram per omnia pertineat, & rubricæ ff. & C. eandem ſeparent.

§. 140. Variæ hujus Tutelæ Confirmandæ ſpecies ſunt. Famoſa & illa eſt qua mater liberis tutorem dat, quippe qui, etſi mater liberos heredes non inſtituerit, a Prætore confirmari plerumque ſolet: etſi non neceſſario, ut datus a Patre *l.* 4. *d. teſt. tut. l.* 4. *C. de teſtam. tut.* Conf. Balck. 2. *elector.* 16.

§. 141. Ergo Tutela hæc hoc cum Cura minorum commune habet, quod etſi curatorem teſtamento dare non liceat, datus tamen confirmetur §. 1. *I. curat. Rubr. ff. h. t.* Plura Tutelæ Curæque communia videbimus infra *tit.* 5. *& ſeqq.* Differunt tamen, 1. quod Tutela Teſtamentaria & ſine confirmatione aliquando valeat: Cura, non. Hodie tamen Confirmatio ad Tutelæ & Curæ Communia pertinet. 1. *aph.* 69. 2. Quod Tutela detur capiti §. 1. *I. tutel.* Cura, bonis *l.* 8. *C. de nupt.* 3. Tutela finiatur, pubertate. Cura minorum, anno vigeſimo quinto completo. v. tamen *l.* 2. *l.* 3. *C. de his qui ven. ætat.* 4. Illa detur invitis: Hæc, quod ad adoleſcentes, non. *Add.* 1. *Aph.* 89.

TIT. IV.

De legitimis Tutoribus.

§. 142. Tutela Legitima eſt quæ immediate defertur a lege proxime ſucceſſuris ab inteſtato. Dixi *immediate*, quoniam tutela teſtamentaria & dativa etiam a lege eſt, ſed mediante teſtamento vel magiſtratu. *v. l.* 130. *de V. S.* Dixi *ſucceſſuris &c.* Hi jure antiquo erant ſoli agnati, patroni, & parentes manumiſſores *v. l.* 1. *h.* His poſtea adjecti ſunt Fiduciarii. *pr. I. de fiduc. tut.* Quod ad patronos, nihil mutatum. Interim tamen a Patronorum tutela ad illam quæ dominis feudi ratione vaſallorum competit, argumentum minus recte ducitur *arg. l. f. cal.* vid. Gelehrte Fama *part.* 25. *pag.* 40. *ſeq.* Quod ad ceteras tutelas Legitimas, Jure Novello, omnis differentia inter agnatos & cognatos circa ſucceſſiones & tutelas haſce eſt ſublata *Nov.* 118. *c.* 4. *&* 5. Ut regula ſit: Proximus ſanguine, proximus eſt in ſucceſſione & tutela. Quæ regula principaliter limitatur, niſi ſanguine juncti ſint minores, vel feminæ *d. c.* 5. Singulare tamen eſt quod ad duas feminas, nempe matrem & aviam, quæ ſi ſecundis nuptiis & SC. Vellejano coram judice ſive apud acta renuntient, ad tutelam volentes admittuntur *d.*

c. 5, unde harum duarum tutelam poſſis *irregularem* vocare. Vid. Plathner *centur. 2. qu.* 79. & quæ dixi *ad Inſtit.* 1. *Aph.* 74.

§. 143. Videbis ibidem: errare illos, qui renuntiationem illam nuptiarum volunt, debere jurato fieri. Hoc enim prohibetur *Nov.* 94, *c.* 2. ob perjurii metum. *arg. l.* 9. *pr. de lib. & poſt. l.* 3. *ſeqq. d. legib.* v. J. Virg. §. 64. Rabus *Boeckzaal.* 1695 *Jul. c.* 5. Item: Matrem, avo paterno præferri: aviam maternam cum avo paterno ſimul admitti: quoniam mater & avia *ſecundum hereditatis ordinem* vocantur *d. Nov.* 118. *c.* 5. Diſſ. Lauterb. *comp. pag.* 463. *per l.* 2. *l.* 3. *C. Quand. mul. tut. off.* quæ leges ſcil. quoad aſcendentes non ſint mutatæ. Tu dic: Immo eſſe mutatas *Nov.* 118. *c.* 5. verbis *ſec. hered. ordin.* Opp. Hic ordo tantum præſcribitur quoad Collaterales. Reſp. Neg. Enimvero mater & avia collateralibus, debent omnino *præponi. d. c.* 5. Non parentibus. Cum his enim *concurrunt*. Adde: Teſtamentarios matri & aviæ *præponi ſolos. Solos* inquam. *d. c.* 5. Ergo non præponuntur illis aſcendentes legitimi.

§. 144. Ex dictis etiam fluit, non habere neceſſe matrem aviamque ut a Principe ſpecialiter liberorum tutelam poſtulent. *arg. l. un. C. de theſ.* Olim erat ſecus. *l. f. de tutel.* manente hujus juris obſervantia in feminis extra dictas duas reliquis. *arg. l.* 31. *de legib. junct. l.* 1. §. 5. *de ſtip. Prætor.*

TIT. V.

De tutoribus & curatoribus datis, ab his qui jus dandi habent, & qui & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

§. 145. Indicat Rubrica ſecundum (*vid.* §. 141.) Tutelæ & Curæ minorum commune, quod utraque ſit *Dativa.*

§. 146. Tutela dativa eſt quam magiſtratus alio tutore teſtamentario & legitimo deficiente *v. l.* 11. *pr. teſt. tutel.* §. 1. *I. Att. tut. l.* 52. *C. Epiſc. & Cler.* conſtituit: non equidem vi imperii excellentioris, neque vi jurisdictionis ordinariæ, ſed ex ſpeciali legis conceſſione *l.* 6 §. 2. *tutel.* vid. *Admon. Part.* 1. §. 75. Unde a Notariis, niſi ſpecialiter id ipſis conceſſum ſit, tutores dari non poſſe, conſequitur. Gel. Fam. *part.* 25. *p.* 38. *p.* 27. *p.* 192. Qui autem jus dandi habet, is audiat Modeſtinum *l.* 21. §. 5. *h. t. Cum reliquis oportet magiſtratum & mores creandorum inveſtigare. Neque facultas enim, neque dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, ut bona electio vel voluntas & benigni mores.* Nec ideo dubitabit, filium, ſi ſobrie vivat, patri curatorem dare *l.* 12. §. 1. *h. l.* 1. *in f. l.* 4. *C. de cur. fur.* Non autem creditorem aut debitorem. *Nov.* 72. *c.* 2. *vid.* §. 137 *ſupr.* nec eos qui ſe ingerunt tutelamve captant: ergo nec ſe ipſum *l.* 4. *l.* 21. *fin. h. t. l.* 9 *tutel. l.* 3. § 15. *ſuſp. tut.* add. *l. un. C. Si contra matr. valunt.*

TI-

TIT. VI.

Qui petant tutores & curatores & ubi petantur.

§. 147. Fit autem hæc conſtitutio vel ex officio magiſtratus nobili ſi nemo ſit qui pupillis tutores petat *l. 6. C. qui dare tut. arg. l. 1. de juriſd.* vel ad aliorum petitionem. Petunt autem quidam tutores neceſſario neceſſitate hypothetica, quidam ſponte. Neceſſario petere tenentur, mater & libertus: Illa enim (modo 1. majorennis fuerit *l. 2. C. Si adv. del.* 2. ipſa tutrix eſſe nolit. *N.* 118. *c.* 5.) ſi intra annum liberis non petierit tutorem, hereditate legitima ſe facit indignam, etſi puritatis gratia tutorem petierit. Eadem ratio eſt aliorum cognatorum qui ſucceſſionem ab inteſtato petunt. Libertus extra ordinem punitur *l. 2. §. 1. h. §. 6. Tert. l.* 10. *C. de leg. her.* Sponte libera, pupillis tutores petunt cognati reliqui, affines, amici, familiares *l. 2. pr. §. 3. h. vid. l. 2. C. de N. G.* Huc pertinent & Creditores: qui etiam minoribus invitis curatores ad lites petere poſſunt *l. 1. l. 4. l. 7. C. h. t.* Add. Marcabrunus ab Anguillis *conſil.* 19. Debet autem petitio omnis fieri, ibi ubi minor maximam partem bonorum habet, vel unde oriundus eſt *l. 27. tut. dat. l. un. C. ubi pet. tut.*

§. 148. Tertium commune tutelæ & curæ eſt, ut tutores & curatores ſuo fungantur officio. Hoc conſideratur (1) in partibus ſuis (2) in contrariis (3) in effectibus (4) in perſonis acceſſoriis.

TIT. VII.

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum qui geſſerunt, vel non: & de agentibus vel conveniendis uno vel pluribus.

§. 149. PArtes officii ſunt 1. adminiſtratio & 2. auctoritas: Adminiſtrationem ſuſcipiat tutor ſtatim, ubi delatam ſibi tutelam percepit, prævio tamen inventario & jurejurando, quin & ſatisdatione rem pupilli ſalvam fore. *vid. l. 5. §. f. l. 6. h. l. 2. C. de conf. tut. & 1. Aphoriſm. 95.* ubi & de Decreto. De hoc ait Guido Papæ *deciſion.* 330. Judices id non omittere, propter emolumenta ſigilli. add. Ayrer. *proceſ. 1. c. 10. obſ. 7. num. 9.* De Inventario habes *l. 7. pr. h. t.* Memorabilis etiam eſt *d. l. 7. §. 1.* ubi Ulpianus. *Si tutor ceſſaverit in diſtractione earum rerum quæ tempore depereunt, ſuum periculum facit. debuit enim confeſtim officio ſuo fungi. Quid ſi contutores expectabat vel differentes vel etiam volentes ſe excuſare? an ei ignoſcatur? Et non facile ignoſcetur: debuit enim partibus*

bus ſuis fungi, non quidem præcipiti feſtinatione ſed nec moratoria cunctatione.

§. 150. Si plures tutores tutelæ adminiſtrationem *privata* diviſione inter ſe partiti ſint, tenentur in ſolidum *l. 55. pr. adm. tut. l. f. C. div. tut.* ſalvo beneficio diviſionis ſi omnes ſolvendo ſint *l. 1. §. 11. ſeq. de tut. & rat. diſtr. add. Acc. Irn. 1. §. 1.* Si tamen agatur propter malam adminiſtrationem *committendo* male geſtam, adminiſtrantes prius ſunt excutiendi. Aſt ſi propter neglectam adminiſtrationem, *omittendo* puta non factam: ceſſat exceptio *ordinis ſive excuſſionis*: etſi *diviſionis*, & *cedendarum actionum* locum adhuc inveniant *l. ult. C. ſi tut. vel cur. non geſſ. l. 38. l. 39. §. 11. adm tut. l. f. C. de div. tut. l. 6. C. arbitr. tut. l. 1. §. 4. tut. & rat. diſtr.* Brunnemann. 3. *deciſ.* 83. Tulden *C. ſi tut. vel cur. non geſſ. n. ult.* Struv. *ff. exerc.* 31. *th.* 39. Add. Eckold. *ff. de fidej. tut.* §. 2. Dixi: *privata.* Aliud eſt ſi diviſio facta ſit a Magiſtratu vel Teſtatore: tum enim quilibet tutor pro ſua tantum adminiſtratione tenetur. *l. 46. §. 6. h. t.*

TIT VIII.

De auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum.

§. 151. Auctoritas eſt tutoris approbatio, ejus, quod cum pupillo infantiam egreſ-

egreſſo vel minore extraneus gerit *l. 3. h.* Eſtque vel neceſſaria, quando pupillus ſe obligare aliis: vel voluntaria, quando pupillus vel minor alios ſibi obligare vult. *pr. I. h. Vid. 1. Aph.* 83. Dixi: *tutores.* Saltem unus ex pluribus *l.* 4. *l.* 5. *l.* 7. §. 1. *h.* modo adminiſtratio ei non fuerit negata *l.* 4. *l.* 6. *h.* Unde Honorarius, auctor non fit. Opp. *l.* 49. *d acq. heredit.* ibi: *qui tutelam non gerat*. Reſp. Supple: *& gerere tamen poſſit.* *d. l.* 4. *l.* 6. Bockelman. *ff. h. t.* Diſſ. Gothofr. *ad. d. l.* 4. *d. l.* 49. Dixi: *extraneus.* Nec enim tutor ipſe in rem ſuam auctor fieri poteſt. § *f. I. h. t.* Unde nec emet rem pupilli *l.* 5. §. 2. *h.* Niſi 1. altero contutore auctore *d. l.* 5. §. 2. Nec officit 2. ſi per conſequentias in rem ſuam auctor fiat, ut ſi conſentiat, pupillum debitoris tutoris heredem fieri. *l.* 1. *pr. h. t.*

§. 152. Sunt, qui auctoritatem & conſenſum ita diſtinguunt, ut illam ſolis tutoribus, hunc curatoribus adſcribant. Sed refutantur *rubr. ff. h. t. junct. l.* 8. *adopt. l.* 8. *C. nupt. l.* 3. *h.* Ut auctoritas aliud nihil ſit quam conſenſus. Unde ſequitur, eandem & ratihabendo interponi poſſe *l. f. C. SC. Maced. l.* 25. *C. de don. int. vir. & ux.* ſecus ac olim *l.* 9. §. 5. *h.* §. 2. *I. h. t.*

§. 153. Cumque impuberes minoresque ſine tutorum curatorumque quos habent conſenſu ſive auctoritate obligare ſe nequeant, utpote ab eorum conſenſu penduli, *d. pr. I. h. l.* 8. *C. nupt.*

l. 49.

l. 49. *V. S. junct. l.* 3. *C. de reſtit. in int. min.* poteſtate circa bona (adeoque & obligationes *l.* 49. *de V. S.*) iſtis ademta, his conceſſa §. 2. *I. de tutel.* ſequitur, leges, quæ iſtos de Jure Civili obligari aſſerunt, de exceptis caſibus intelligendas eſſe *v. l.* 101. *de V. O.* Eademque JCtorum Romanorum de obligatione naturali, hic ſententia eſt: ut patet, ex Regularum Licinii Rufini libris *in l.* 59. *ff. de O. & A.* pupillos ſcilicet qui ſub tutela ſunt, ne quidem naturaliter obligari. Quæ quia *regula* eſt *d. l.* 59. ſequitur, leges aliter ſentientes, de exceptionibus accipiendas eſſe: quod & Paulus Pomponiusque, confirmant in caſu quo pupillus locupletior eſt factus *l.* 13. *l.* 14. *de cond. indeb.* Cumque dicta lex 13. ſit Pauli, ſequitur, eundem Paulum *in l.* 43. *de O. & A.* (mox *h.* §. ſubjicienda) loqui de Regula viſa Licinii Rufini. Plane, an extra JCtorum Romanorum aut Juſtiniani leges (quæ Jus Naturæ conſtituere non valent *arg. l. f. de juriſd.*) pupilli minoresque abſque tutorum curatorumque conſenſu paciſcentes, Jure Naturali obligentur? hæc alia quæſtio eſt: ne quidem a Grotio 2. *de jur. bell. & pac. c.* 11. deciſa: credo, quod pupillis & minoribus, ſi rebus ſuis ipſi præeſſe recte poſſint, tutores curatoresve ex Juris Naturæ regulis non dentur: ſaltem non invitis. Si volentes capiant, credo nec

Grotium interceſſurum, quominus tales abſque tutorum curatorumque ſuorum, quibus & in quos omnem poteſtatem ſuam ſponte conceſſerunt, conſenſu, obligari non poſſe, ſtatuatur. Impoſſibile enim eſt, ut poteſtate quis utatur, qua ſe privavit. Quantam alio in capite poteſtatem curatoribus indulgeat Grotius, vides *libr.* 1. *c.* 3. §. 11. *n.* 2. Sed revertendo ad Jus Civile, admoneo, ſupra adductam Pauli *legem* 43. *de O. & A.* commodiſſime hoc modo interpungi: *Obligari poteſt paterfamilias, ſuæ poteſtatis, pubes, compos mentis. Pupillus ſine tutoris auctoritate non obligatur: Jure Civili ſervus autem ex contractibus non obligatur.* Ut mens Pauli hoc loco ſit, aliam rationem eſſe ſervi, aliam minoris, aliam pupilli. Servum Jure Naturali obligari, at non Jure Civili. Puberem autem qui curatorem non habet, obligari Jure utroque. Pupillum, neutro. Cur neutro? Quia ſcilicet omnis eidem tutore dato ademta eſt ſe obligandi facultas. Par ratio autem cum ſit in minore curatorem habente, ſequitur, & idem quod ad eundem jus obtinere debere. Noli credere, huic ſententiæ noſtræ obſtare dictam legem 43. Quocunque enim modo eandem legas interpungaſve, nullam ibi invenies mentionem *curatoris dati.* Quemadmodum ſimili modo evaneſcit omne dubium quod Diſſentientes

ob

obmovent ex *l.* 1. *&* *t. t. ff. de minorib.* quod ſcilicet Prætor reſtitutionem polliceatur minoribus, quos proinde oporteat obligatos fuiſſe. Quid enim? Agitur ibidem de *minoribus*: non autem de minoribus *curatorem habentibus.* Opponunt etiam *l.* 2. *C. Si tut. vel cur. interven.* Reſp. illud ibi occurrens *etiam*, reſpicere ad minores qui curatoribus carent, ut ſenſus ſit, non tantum reſtitui minores, ſi curatoribus careant, ſed & ſi eos habeant iique præſentes ſint. Dixi plenius *de Jure Ventris part.* 9. *ſect.* 4. Add. *ſupra Part. Admon.* 1. §. 149. *& de Jur. Virgin.* §. 22.

§. 154. Ceterum ſi quis ſolvere velit minori, ne quidem auctoritas tutoris curatorisve ſufficit ut pleniſſima (reſtitutioni in integrum ſcilicet non obnoxia) ſolventi inde naſcatur ſecuritas, utpote quæ interpoſito demum judicis decreto exoritur *l.* 25. *C. adm. tut.* §. 2. *I. quib. alien.* Limita tamen per *d. l.* 25. *& l.* 27. *C. eod.* ut ſcil. penſiones & reditus, etiam abſque tali decreto, ſolvi poſſint: ut & uſuræ quæ biennii metas & centum ſolidorum ſummam non excedunt. Neu dixeris, theſi noſtræ obſtare *l.* 46. §. 5. *&* §. *f. ff. de admin. tutor.* Vides enim nos theſin noſtram fundare Jure Codicis & Inſtitutionum: At dicta *l.* 46. eſt Pandectarum. Sed & præterea dici poteſt, liberationem ipſo jure contingere *d. l.* 46. ſed

interim uſque dum reſtitutio impetrata ſit.

TIT. IX.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri poſſint.

§. 155. Hic nota, ex contractu adminiſtrantis tutoris vel curatoris, minores (quales etiam ſunt pupilli, *rubr. h. &* §. 2. *I. quib. alienar. lic.* vid. Ayrer *proceſſ.* 1. *c.* 7. *obſ.* 1.) agere vel conveniri poſſe *l.* 5. §. 1 *l.* 7. *ff. l.* 1. *C. h.* quod intelligendum eſt de utili actione *vid. l.* 11. *de O. & A. l.* 73. §. *ult. de R. J.* §. 4. *&* 18. *I. de inutilib. ſtipul.* item, poſt finitam tutelam: quia tum tutores curatoresve amplius conveniri nequeunt. *l.* 1. *C. h. l. f. C. arb. tut. vide tamen l.* 13. §. 7. *de act. emt. l. un. C. ut cauſa poſt pub. ad ſit tut. l.* 15. *C. de adm. tut.* Dixi, *ex contractu.* Sed in rubrica hoc titulo habes generalius: *ex facto.* Unde cogitare poſſes, an non & de dolo & culpa tutoris, minor conveniri poſſit? Et ſciendum eſt, tunc exinde teneri minorem, ſi illum aut hanc admiſerint in adminiſtratione tutelæ & minor inde locupletior ſit factus aut a tutore ſuum recipere poſſit. Alias enim cedet actiones ſibi contra tutorem competentes *l.* 1. *l.* 3. *ff. h. t. l. f. de admin. & per. tut.*

TIT. X.

De ſuſpectis tutoribus & curatoribus.

§. 156. **C**Ontraria ſunt (1) Tutoris Curatoriſve ſuſpecti remotio *h. t.* (2) Excuſatio *t. ſeq.* Tutor Curatorve ſuſpectus eſt qui non ex fide tutelam gerit. §. 5. *I. h.* Ergo nemo ſuſpectus eſt niſi propter dolum: Ita ut dolus etiam latam culpam comprehendat. Ob culpam ergo latam tutor etiam removeri poteſt, ſed non ob levem §. 5. *I. h. j. l.* 7. §. 1. *ff. h.* Etſi levem quoque culpam pupillo tutor debeat præſtare, hactenus inquam ut actione tutelæ directa civiliter poſſit conveniri *l.* 20. *C. neg. geſt.* minime autem ut ſuſpecti crimen ipſi ob eam intentari poſſit. Ergo regula: Lata culpa dolus eſt *l.* 226. *V. S. l.* 32. *depoſ.* non fallit in tutore ſuſpecto, ſed in tutore ſuſpecto *remoto.*

§. 157. Unde patet quo ſenſu accipiendum ſit quod dicitur: *tutorem remotum ob culpam, infamem non fieri.* §. 6. *I. h.* ſcilicet ob culpam latam, infamiam tutori remoto non irrogari. Cum enim dictus §. 6. agat de tutore *remoto*, non poteſt dici, eundem loqui de culpa levi. Ob hanc enim tutor removeri nequit *d.* §. 5. *d. l.* 7. §. 1. Etſi ob culpam levem detur actio

civilis, directa ſcil. tutelæ ad conſequendam indemnitatem *l.* 20. *C. de neg. geſt.* ſed hæc differt a *remotione.* Unde nec obſtat §. *pen. I. de pœn. tem, lit.* de quo *ſupra Adm. part.* 1. §. 175. *in fin.* cum ibidem ſimiliter agatur de dicta actione dum ſcil. pupillus finita tutela agit: ergo non ad remotionem. Ubi tum infamiæ locus eſt ob continuationem flagitii *arg. l.* 67. §. 2. *furt. l.* 41. *ſ. de pœn.*

LIBER XXVII.

TIT. I.

De excuſationibus.

§. 158. DE his dixi 1. *Aph.* 97. *ſeqq.* Addo (1.) in *l.* 16. *h.* comma poſt τὸ *etiam*, collocandum eſſe. Hoc modo: *cum liceat Nigidio a curatione etiam, citra appellationem ſe excuſare. conf. Admon. I.* §. 22. *in fin.* Ita dicta lex 16. confirmat ſententiam, a tutelæ datione appellari non poſſe, ſed demum a cauſarum rejectione. (2.) Ædilitatem a tutela curave non excuſare. Nam a privatis tantum muneribus excuſat ædilitas. Aſt tutela, eſt publicum munus, ſecundum Divi Marci reſcriptum *l.* 17. §. & §. 4. *h. t. pr. l. h. ibi: placuit.*

placuit. Nec obſtat, decuriones tamen excuſari *l.* 6. §. 16. *junct. l.* 15. §. 8. *ibi: civitatis princeps. h.* per ea quæ vides *infra part.* 7. §. 156. Quæ autem de ædilitate diximus, etiam ad magiſtratus alios minores pertinent. Nam poteſtas (id eſt imperium majus. *vid ſupr. Part.* 1. §. 85.) ſola excuſat. §. 3. *l. h. t.* (3.) De feminis in acie occumbentibus, de quibus eſt *l.* 18. *ff. h. t.* vide ſis Valer. Maxim. *libr.* 4. *c.* 6. *extern. n.* 2. Bernegger. *ad. Tac. quæſtion.* 83. Teſmar. *ad Grot. libr.* 1. *c.* 5. §. *ult. & libr.* 9. *c.* 11. §. 9. Paullini *Philoſoph. L. St.* 1. *cap.* 23. Hubner. *Politic. hiſtor. part.* 4. *lib.* 1. *p.* 22. *in fin.* Moonen. *Chron. Daventr. ad annum* 1616. Xiphilin. *in vita M. Antonini.* (4.) Vitricum, tutorem recte fieri ſuo privigno, cum nullibi repellatur: immo excuſare ſe non poſſe, cum nullibi id ipſi permittatur. *add. l.* 32. §. 1. *ff. adopt. l.* 2. *C. de interd. matr. l.* 3. *C. de contr. tut. jud. l.* 15. *C. d. N. G.* vid. Rebhan. 3. *paralipom.* 9. Gerhard. 2. *exerc.* 15.

§. 159. Ad intellectum *legis* 13. §. 1. *ſeq. h. t. &* §. 16. *l. eod.* ſciendum eſt, Romanos ſingulis mille paſſibus lapides collocaſſe, ut inde lapis denotet ſpatium mille paſſuum ſive milliarium, quod partem dimidiatam horæ noſtratis efficit. Paſſus continet pedes quinque: veluti pes, quatuor palmis id eſt ſexdecim digitis conſtat. vid. Gothofred. *not. ad l.*

154. *de V. S. & ad l.* 21. §. 3. *h. t.* Wiſſenbach. *ad d. l.* 154. *ib.* 16. *& ad l.* 3. *de V. S. ib.* 14. Höpffner. *Rom. antiq. libr.* 5. *cap.* 11. Deinde ſciendum, viginti mille paſſus id eſt milliaria viginti, ſive decem horas, aſſignaſſe Romanos itineri diurno. *d l.* 13. §. 2. *d.* §. 16. *& l.* 3. *ff. de V. S.* Nunc tenendum pro regula: Debere excuſationem proponi intra dies quinquaginta. Cum exceptione, niſi quis ultra centeſimum lapidem habitet. Hoc enim caſu abſolvet ſingulis diebus iter dictum diurnum id eſt viginti milliaria Romana ſive decem horas noſtrates: & præterea ad huc habebit triginta dies, id, eſt menſem. *Nov.* 115. *cap.* 2. ita tamen ut nunquam minus habeat quam dies quinquaginta *d. l.* 13. §. 1. *ſeq. d.* §. 16. Ut ergo triginta illi dies uſum inveniant, oportet, tutorem datum ultra quadringenta milliaria (ducentas horas) abeſſe. Finge jam aliquem a quadringentis quadraginta milliariis (220. horis) habitare, hic viæ habebit dies viginti duos, ad excuſationem autem alios dies triginta. *d. l.* 13. §. 2. *fin.* Ergo dies 52.

TIT. II.

Ubi pupillus educari vel morari debeat & de alimentis præſtandis.

§. 160. Effectus conſpiciuntur (1) circa educationem & alimenta pupillorum. *Rubr. h. t.* Educatio apud matrem fieri debet,

debet, niſi aut vitricum ſuperinduxerit *l.* 1. *C. h. N.* 22. §. 38. aut pater alium prætulerit *v. l.* 1. §. 1. *h.* Alimenta pro facultatibus pupilli Prætor determinat *l.* 2. §. 1. *h.* niſi tutor ipſe ea velit conſtituere, ne patrimonii ſecreta vulgentur *l.* 2. *C. de alim. pupill.* (2.) In Actionibus quæ ex hoc negotio naſcuntur. Tales ſunt: actio tutelæ, actio de rationibus diſtrahendis, actio utilis curationis cauſa, actio tutelæ contraria & utilis, actio protutelæ ſi quis pro tutore prove curatore negotia geſſit, actio in factum ſi falſo tutore quid geſtum eſſe dicatur. De quibus *Titt. ſeqq.* ſecundum Pandectarum ordinem agemus. Verum Jure Novo, propter *tutela lubricum* (de quo *l.* 3. §. 3. *de uſur.* & Henel. *Ot. Uratisl. cap.* 1.) conceſſa eſt pupillis & minoribus hypotheca tacita (& hinc actio Hypothecaria ſive Quaſi-Serviana) in omnibus tutorum curatorumque bonis *l.* 20. *C. de adm. tut. l. un.* §. 1. *C. de R. U. A. Nov.* 22. *c.* 40. *Nov.* 118 *c.* 5. Lauterbach, *Colleg. libr.* 20. *tit.* 2. §. 40. add. *ſupra part.* 4. §. 19.

TIT. III.

De tutela, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa actione.

§. 161. Actio tutelæ eſt vel directa vel contraria. Actio tutelæ directa eſt

 quæ

quæ finita tutela datur pupillo adverſus tutorem, ut reddat rationem ſuæ adminiſtrationis, & reſtituat omne id quod ex adminiſtratione apud ipſum reſiduum eſt, & damna per levem ejus culpam data reſarciat *l.* 1. §. *f. l.* 4. *h. l.* 20. *C. de N. G.* Dixi: *levem.* Aliquando ſecus eſt: vid. 3. *a.* 64. ubi & de herede tutoris. *add.* §. 170. *infr.*

§. 162. Actio de rationibus diſtrahendis eſt, quæ finita tutela datur pupillo adverſus tutorem ad duplum ejus, quod tutor ex bonis pupilli abstulit & in rationes non retulit *v. l.* 1. §. 23. *h.* Actio tutelæ de qua §. *præc.* cum hac concurrens, quoad ſuam ſpeciem id eſt ſimplum perimitur *d. l.* 1. §. 21. Vid. *infra Adm. part.* 6. §. 289. Diſſent. Fibig. 3. *ſemid.* 4.

§. 163. Actio utilis directa (ut directa actio hic non opponatur utili, ſed contrariæ. vid. 3. *aph.* 59. & 4. *aph.* 95.) curationis cauſa eſt quæ competit illis qui ſub curatoribus fuerunt, adverſus curatores ut eadem præſtentur quæ in actione tutelæ *l.* 1. §. 2. *h.* Dixi: *fuerunt.* Datur enim finita cura *l.* 14. *C. de admin. tut.* Opp. *l.* 4. §. *f. l.* 16. §. 1. *h. l.* 26. *adm. tut.* Reſp. Loquuntur de utili negotiorum geſtorum actione, quæ etiam ſuper cauſa ſpeciali, durante cura (quæ etiam certam cauſam concernit) inſtitui poteſt. *l.* 7. *C. arbitr. tut. l.* 17. *C. neg. geſt.*

TIT.

TIT. IV.

De contraria tutelæ, & utili actione.

§. 164. Actio tutelæ contraria eſt quæ finita tutela datur tutori adverſus pupillum ut reſtituat impenſas in rem ejus factas & in genere ut ſervetur indemnis, *arg. l.* 61. §. 5. *de furt.* Vid. *l.* 3. §. 4 *& ſeqq. l. f. h. t. l.* 3. §. *f. ubi pup. educ. l.* 2. *C. alim. pup.* Hæc actio utiliter datur curatori adverſus minores ad conſequendam indemnitatem *l.* 1. §. 2. *l.* 3. § 1. §. *f. l. f. h.* add. Mercer. 1. *Opinion.* 13. Nec illi tamen nec huic datur ad petendum ſalarium *l.* 38. *de neg. geſt. l.* 33. *l.* 58. *de admin. tut.* Bernegger. *ad Inſtitut. tit. Quib. mod. tut. fin' quæſt.* 7.

TIT. V.

De eo qui pro tutore vel pro curatore negotia geſſit.

§. 165. Actio protutelæ eſt quæ competit impuberi adverſus protutorem ut præſtet quæ a vero tutore præſtanda forent *l.* 1. §. 8. *ſeq. l.* 4. *h.* Protutor vocatur qui cum tutor non eſſet negotia tamen pupilli geſſit ac ſi tutor

tutor eſſet vel quod bona fide exiſtimaverit, ſe tutorem eſſe, vel quod ſciens non eſſe ſe tutorem, talem ſe, absque maligno tamen animo *vid. tit. ſeq.* finxerit *l.* 1. §. 1. *h.* Hinc actio eſt contra eum qui pro tutore negotia geſſit: & protutoribus & procuratoribus datur adverſus minores ad indemnitatem *l. f. h.* Datur ante pubertatem. *l.* 1. §. 3. *h.* Unde differt ab actione tutelæ. §. *f. l. Att.* Alias differentias collige ſis ex *l.* 2. *C. h. l.* 28. *ff. ſolut. junct.* §. 154. *ſupr.* Aliam notabilem habes in *l.* 19. §. 1. *reb. auct. jud. poſſ.* ubi, licet pupillus in bonis tutoris habeat hypothecam tacitam, non gaudet tamen eadem in bonis protutoris, obtinente ſolo privilegio perſonali. vid. *Part.* 6. §. 197. Etſi uſus fori non raro diſſentiat. vid. Lauterbach. *Colleg. ff. tit. in quib. cauſ. pig. tac. contr.* §. 47.

TIT. VI.

Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicetur.

§. 166. Falſus tutor eſt qui ſciens ſe tutorem non eſſe, dolo malo ſe talem finxit & ad alterum decipiendum auctoritatem præſtitit *l.* 1. §. 2. *l.* 7. §. 1. *h.* Contra hunc Prætor edictum propoſuit: cujus duæ ſunt partes. Prima parte Prætor decepto ex cauſa

juſti

juſti erroris, aliquando & ſcienti, reſtitutione in integrum ſuccurrit. Secunda parte Prætor decepto actionem in factum ad omne id quod decept intereſt largitur *l.* 1. *pr.* §. *f. l.* 4. *l.* 5. *h.* Vid. *ſupra part.* 1. §. 197. *n.* 5. *in fin. &* §. 221. *in fin.*

TIT. VII.

De fidejuſſoribus & nominatoribus & heredibus tutorum vel curatorum.

§. 167. Acceſſoriæ perſonæ *v. ſupra* §. 148. quæ occaſione tutelæ adminiſtratæ tenentur ſunt (1) fidejuſſores (2) nominatores (3) tutorum & curatorum heredes (4) magiſtratus (5) poſſeſſores rerum pupillorum vel minorum alienatarum vel pignori ſuppoſitarum §. 160. *fin. ſupr.* (6) Curatores furioſorum & alii curatores aliis quam minoribus dati.

§. 168. Fidejuſſores conveniuntur actione ex ſtipulatu, qua fidejuſſores tutorum & curatorum, his excuſſis (olim, ſecus. *l.* 1. *C. h.*) conveniuntur a pupillis in id quod intereſt *l.* 6. *h. l.* 11. *rem. pup. ſalv. Novell.* 4. *cap.* 1. Habent tamen beneficium diviſionis, ſi plures a pluribus tutoribus fuerint dati, non autem ſi ab uno *l.* 6. *l. f. h.* Vid. Diſput. *de duob. reis. c.* 1. *& c.* 2.

§.

§. 169. Eodem modo tenentur, qui paſſi ſunt a tutoribus *nominatoribus* ſe ut fidejuſſores nominari & nomina ſua in acta publice tanquam fidejuſſorum referri: & affirmatores, qui idoneum eſſe tutorem affirmarunt *l.* 2. *l.* 4. *ſ. h.*

§. 170. Heredes defuncti tutoris regulariter non obligantur niſi ob latam illius culpam: idem eſt ſi heredes ex facto proprio, quoad inchoata per defunctum a ſe perfecta (in reliquis enim tutela per mortem tutoris extincta eſt *conf. l.* 21. §. 2. *de N. G. l.* 14. §. 1. *mand. l.* 40. *pro ſoc.*) conveniantur *v. l.* 1. *C. de her. tut. l.* 39. §. 6. *adm. tut. l.* 152. §. 3. *de R. J. l.* 4. *pr. & §.* 1. *h.* add. Virg. Florent. *mantiſſ.* §. 2. Diſſ. Strauch. 5. *diſſ. ad l.* 32. Aliter Mev. 8. *deciſ.* 22. Dixi: *regulariter.* Aliquando enim etiam de culpa *levi* tutoris tenebitur heres, veluti, lite conteſtata cum defuncto, item, ſi quid inde ad heredem pervenerit. *l.* 1. *C. h.* Sed ipſi jam præmiſſæ regulæ, heredem de defuncti culpa levi non teneri, obſtare quis putet, quod ipſe tutor levem culpam præſtet *l.* 20. *C. de N. G.* ut conſequenter & heres tutoris eandem præſtare debeat: *Non enim ex perſona heredum, conditio obligationis immutatur. l.* 2. §. 2. *de V. O.* Sed ſciendum, in herede tutoris eſſe exceptionem: cum enim ipſe tutor non ſit, nihilque commodi ex contractu defuncti habeat, merito non niſi

ad

ad latam culpam adſtringitur *arg. l.* 5. §. 2. *commod.*

TIT. VIII.

De magiſtratibus conveniendis & heredibus eorum.

§. 171. Contra magiſtratus minores datur actio tutelæ ſubſidiaria ſi in conſtitutione tutelæ vel exactione fidejuſſorum dolum vel culpam admiſerint ad omne damnum refundendum *l.* 1. *pr.* §. 7. *h.* 1. Heredes autem de lata iterum duntaxat defuncti culpa tenentur *l.* 4. *h.* Add. 1. *Aph.* 96. *num.* 4. Ei autem quod hanc actionem *ſubſidiariam* dixi, fruſtra opponitur *l.* 1. §. 15. *de tut. & ration. diſtr.* ut vides *Virg. Florent. c.* 3. §. 13.

TIT. IX.

De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis aut ſupponendis.

§. 172. Contra poſſeſſores, datur rei vindicatio aut alia in rem actio pupillis minoribusque ſi res eorum ſine decreto judicis competentis (vel ratione domicilii *l.* 5. §. 12. *h.* vel rei ſitæ *l.* 16. *C. de præd. min.*) alienatæ

tæ fuerint. *l.* 3. §. 4. *l.* 5. §. 2. *h. l.* 4. *C. de præd. min.* Cum enim alienatio, ipſo jure nulla ſit. *arg. rubr. h. t. junct. l.* 5. *C. de legib.* ſequitur, Rei Vindicationem contra quoſcumque poſſeſſores competere *l.* 1. §. 2. *l.* 5. §. *p. ff. l.* 2. *l.* 16. *C. h. t.* Unde & reſtitutio in integrum, hic locum non habet. *vid. Adm. part.* 1. §. 196. *num.* 2. Amplia, ut idem jus obtineat quod ad minores qui curatores non habent *l.* 4. *l.* 15. *l.* 16. *C. d. t.* Limita, ut ceſſet, non tantum 1. quando venia ætatis, minori cum expreſſa conceſſione facultatis alienandi, indulta eſt. *l.* 31. *de legib.* Zſchackwitz *de feud. part.* 10. *th.* 28. ſed & 2, quando major factus alienationem factam ratam habuerit: vel expreſſe, inquam, vel tacite *l.* 2. *C. ſi maj. fact. alienat. fact. rat. hab.*

§. 173. Tacite id fit, ſi major factus per quinquennium tacuerit, ubi res ipſius titulo oneroſo alienatæ ſunt. Sin titulo lucrativo: decem vel viginti annorum ſilentium requiritur *l. f. C. Si major fact. al. fact.* Nec obſtat, reſtitutionum tempora *quatuor annis terminari*, ſecundum *l. f. C. de temp. in int. reſt.* cum agat de negotio *valido:* at nos hic de *nullo.* Conf. *Adm. part.* 1. §. 196. *num.* 2. & §. 201.

§. 174. Sciendum etiam eſt, decreto præmittendam eſſe cauſæ cognitionem. Nec enim utilis cauſa ſufficit, requiritur ut ſit neceſſaria,

veluti

veluti æs alienum urgens, dos, donatio propter nuptias *l.* 5. §. 9. *in f. h. l.* 6. *l.* 12. *C. de præd. & al. reb. min.* alimenta *l.* 2. *C. de alim. pup.* Nec obloquitur *d. l.* 12. ſi recte interpungatur, comma ponendo poſt verbum: *alienum.* Hoc modo: *Ob æs alienum, tantum cauſa cognita, præſidiali decreto, prædia minoris diſtrahi pemittitur.* Conf. §. 158. *ſupra.*

§. 175. Quod de *dote* dixi, id intellige, ſi ſponſus maritusve ipſis rebus dotalibus contentus eſſe nolit, pecuniam pactus numeratam: ut ad hanc parandam, alienatio neceſſaria ſit. Alias enim, ſi ipſa prædia in dotem danda ſint, decreto opus non eſt *l.* 61. §. 1. *l.* 62. *ff. de jur. dot.* Cujus ratio ex eo patet, quod dos data, rei veritate inſpecta maneat in dominio uxoris, conſequenter ei alienatio non inſit *l.* 30. *C. j. dot. Conf.* §. 118. *ſupr.* Aſt cum in donatione propter nuptias (utpote quæ pignus, conſequenter & alienationis dote non reddita effectum ſecum vehit) hæc ratio ceſſet, ſequitur, in hac decretum requiri. Velut & in Sponſalitia largitate *l.* 8 *C. de præd. & al. reb. min.* Conf. *l.* 16. *C. de don. ant. nupt.*

§. 176. Adde ſis: 1. Titulum hunc, etiam ad res mobiles pretioſas pertinere *l.* 22. *C. admin. tut. Rubr. C. de præd. & aliis reb. min.* 2. Alienationem hic notare omnem dominii transferendi modum *l.* 1. *C. de fund. dot.* Amplia,

ut & oppignoratio vetita ſit *l.* 1. §. 2. *h. t. rubr. ff. h. t. in fin. & rubr. C. de præd. & al. reb. min. in fin.* item: ſervitutis impoſitio *l.* 3. §. *pen. h.* nec non remiſſio: & legati repudiatio. *l.* 5. § 8. *h. arg. l.* 5. *fund. dotal.* 3. Præfato decreto aliquando opus non eſſe. *Rubr. C. Quando decr. opus non ſit.* veluti quod ad res quæ ſervando ſervari non poſſunt, aut ſi veſtis ſit detrita, aut animal ſupervacuum *l. f. C. h. l.* 22. *C. adm. tut.* item ſi pater vel alius cui minor ſucceſſit, alienationem permiſerit *l.* 1. *l. d. t.* aut princeps *l.* 2. *C. d. t.* Alium notabilem caſum habes *Nov.* 115. *c.* 3. §. 13. *in fin.* de quo dixi *ad carm. legal. IV. n.* 5. *in fin.* Add. *l.* 3. *pr.* §. 2. & 5. *ff. l. p. C. h. t.*

TIT. X.

De Curatoribus furioſo & aliis extra minores dandis

§. 177. Per eos quibus extra minores & furioſos, Curatores dantur *rubr. ff. h. t.* intellige prodigos, mente captos, & ceteros animi vel corporis vitio, propter quod rebus ſuis ſupereſſe nequeunt, affectos *Vid.* 1. *Aph.* 88 *ſeqq.* Add. Montan. *de tutel. c.* 27. & 28.

§. 178. Prodigo, abſque decreto magiſtratus, bonorum adminiſtatione non interdici, patet ex *l.* 1. *pr.* 10. *l.* 15. *l.* 16. §. 1. *h. junct. l.* 27. *de mi-*

or.

nor. l. 55. §. *f. adm. tut. l.* 18. *qui. teſt. fac. poſſ.* vel interprete Horatio 2. *ſatyr.* 3. ibi: *interdicto huic omne adimat jus Prætor & ad ſanos abeat tutela propinquos.* Montan. *d. cap.* 28. *num.* 43. *ſeq.* Bronchorſt. 1. *enantioph.* 34. Unde cum legis, *lege* id fieri, aut *ipſo* etiam *jure*: *d. l.* 1. *pr. h.* id intellige, mediante interdicto Prætorio. *confer. l.* 130. *de V. S.*

§. 179. Ad Rubricam autem hujus tituli non pertinent (1) Meretrices. Cum *capiti* aut *corpori* curator non detur, ſed *bonis*: at quod ad hæc, iſtæ lucra vitam vitam degunt. Nec obſtat *l.* 15. *h.* agit enim de prodiga: ut dixi *de Jur. Filior. m.* 5. §. 2. (2) Uxores reſpectu maritorum. Hi enim ab illarum cura repelluntur. *l.* 14. *h. l.* 4. *l.* 17. *C. excuſ.* Mirum aut abſurdum! *arg. l.* 21. *de R. J. junct. arg. l.* 2. *C. ne fidejuſſ. dot. l.* 8. *C. pact. conv.* §. 1. *I. patr. pot. l.* 1. *rit. nupt.* Unde & hodie id repudiant Mores. Vid. *de Jur. Filior. m.* 2. §. *f.* Dicto Juri Romano, obloqui §. *p. I. excuſ.* noli credere. Admoneo enim, eum eſſe appendicem §i præcedentis, & ad hujus caſum poſſe reſtringi. Scilicet, ut regula quæ vult, maritos a cura uxoria arceri, exceptionem patiatur in caſu quo maritus tutelam jam geſſit, ut tali caſu poſſit de jure continuari, ſalva ipſi tamen excuſatione, ſi velit. Aliter Vinnius, Martini, aliique DD. comm. *ad d.* §. *p.*

FINIS PARTIS QUARTÆ.

ADMONITORIA
AD
PANDECTARUM
PARTEM V.
LIBER XXVIII.
TIT. I.

Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant.

§. 1.

Pars Pandectarum Quinta tota *Succeſſione teſtamentaria* occupata eſt: eandemque conſiderat, tum *in ſe*, tum *in Acceſſoriis. Conf.* §. 83. *infr.*

§. 2. *In ſe* conſiderando, ſciendum eſt, eam deferri Teſtamento.

§. 3. Definitur autem Teſtamentum in *l.* 1. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* quod ſit, *voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.* Dicitur, *ſententia.* Subintellige, ore aut calamo declarata. Signis enim non poteſt.

teſt. *l.* 29. *C. de teſtam.* Dicitur, *noſtra.* Intellige ut eadem ſit & in ſubſtitutione pupillari & exemplari: quia non fiunt ex liberorum voluntate, ſed parentum. Ad illa: *de eo:* excipe, *feudalia.* Hactenus enim non eſt voluntas *juſta:* veluti nec ea quæ occurrit §. *ſeq. verſ: Tum &.* Add. quæ ſcripſi 2. *aph.* 91.

§. 4. Ubi collige, non eſſe Teſtamenta de Jure Gentium tam favorabilia, uti quidem ſunt de Jure Juſtinianeo aut Romano. De Groninganis & Omlandis, vid. *ſupr. Adm. Part.* 1. §. 67. *in fin.* De Gelris, Goris *adverſ.* 4. §. 10. *ſeq.* De Drenthinis, *Landr.* 3. 49. Sed nec Jure Naturali ſunt paris laxitatis; ut monui 4. *de jure ventris* 2. §. 1. Tum & ſecundum ipſum Jus Civile antiqua libertas teſtandi reſtricta eſt quod ad portionem legitimam, quartamque Falcidiam. *v. l.* 120. *d. V. S.* Quin & quod ad Quartam Conjugum *de qua Nov.* 53. *c. ult & Nov.* 117. *C.* 5. nam & hanc teſtamento facto conjugibus deberi, per dictos textus evici *in Acceſſionib. Irner. acceſſ.* 3. *cap.* 1. §. 9.

§. 5. Jus Civile vetus agnoſcit quatuor teſtamentorum ſpecies: §. 2. & 3. *I. teſtam.* vid. 2. *aph.* 92. & uſum 3. *aph.* 45.

§. 6. Jure Civili novo duplex teſtamenti diſtinctio manſit: 1. Teſtamentum eſt Solenne vel Privilegiatum. 2. Vel Scriptum vel Nuncupativum. Horum quædam ſunt re-

quiſita communia, quædam ſingulis ſpecialia.

§. 7. Communia ſunt quatuor: *Primum* eſt, ut teſtator habeat poteſtatem teſtandi. *Secundum*, ut recte fiat heredis inſtitutio. *Tertium*, ut teſtamentum fiat uno contextu §. 3. *I. h.* quod ex veteri in Comitiis, quoscunque indifferenter actus non admittentibus, teſtandi more, fluxiſſe videtur. *add. 2. aph.* 94. *Quartum* eſt: ut adhibeantur teſtes *d.* §. 3.

§. 8. Ceterum quod ad teſtes plura leges deſiderant. Primo enim requiruntur teſtes *ſeptem* §. 3. *I. de teſtam.* vid. tamen *l.* 17. *l.* 21. *pr. C. h. l.* 8. *C. qui teſt. fac.*

§. 9. *Secundo* requiritur, ut illi ſeptem teſtes ſint conſociati. vid. tamen infra §. 68. *n.* 6. *Tertio* ut teſtes ſint puberes, §. 6 *I. h. Quarto* Cives Romani *d.* §. 3. *Quinto* ad hunc actum ſpeciatim invitati *l.* 21. §. 1. *ff. h.* nam & olim ad comitia fiebat convocatio. *Sexto* ut non ſint ſurdi nec muti *d.* §. 6. *Septimo*, ut teſtes ex teſtamento ſibi aliisve acquirere poſſint *d.* §. 6.

§. 10. *Octavo*, huc referimus coecum. Etſi enim Juſtinianus §. 6. *I. h. t.* de eo taceat: non tacet tamen in Codice *l.* 9. *C. de teſtament.* Ubi verba: *in conſpectu teſtatoris*: non poſſunt intelligi de conſpiciente *teſtatore*: nam & cœcus teſtamentum facere poteſt §. 4. *I. quib. non eſt perm. teſt. fac. l.* 8. *C. qui teſt. fac. poſſ.* aſt hic teſtes conſpicere nequit. Dicendum ut ſit,

con-

conſpectum teſtium in d. l. 9. requiri, ut hi ſcilicet teſtatorem conſpiciant. Quod & ratio requirit, quæ *teſtamentorum ſinceritatem* depoſtulat §. 4. *I. de teſtam. ord.* ne Jacobus Eſavi vocem præter manus imitetur & mentiatur. Gothofred. *ad d. l.* 9. In teſtamento ſcripto accedit ratio ſpecialis, quod cœcus ſignum recognoſcere nequeat ceu requiritur. *l.* 4. *l.* 7. *teſtam. quem. aper. add. l.* 1. §. 5. *verſ. caſum ff. de poſtul.* Verum tamen eſt, verbis illis: *in conſpectu teſtatoris:* non tantum repelli teſtes cœcos, ſed & illos qui cortina, pariete, aut velo, impediuntur ut teſtatorem conſpicere nequeant. Delrio *ad d. l.* 9.

§. 11. *Nono* arcetur a teſtimonio teſtamentario *heres* §. 10. *I. h.* neque enim quis teſtis habilis eſt in propria cauſa *l* 10. *ff. de teſtib. Decimo*, qui in heredis eſt familia: ita ut conjunctio & familia hic æſtimetur ex vinculo patriæ poteſtatis. *d.* §. 10. *ibi, ut diximus, juncto* §. 9. *ibi, poteſtate.* Unde frater ex. gr. *emancipatus*, in teſtamento fratris ſui teſtis idoneus erit: 1. *Sicilim. ad ff.* 78. Ergo teſtimonium *domeſticum de quo* §. 9. *I. h.* in materia teſtamentaria non accipimus tam late ut in *judicialibus l.* 24. *ff. l.* 3. *C. de teſtib.* Conf. *l.* 21. *C. de hæretic. & Adm. part.* 4. §. 81. Similiter *Undecimo*, ſi quis eodem patriæ poteſtatis vinculo ipſi teſtatori conjunctus (emancipati non inſtituti alia ratio eſt

§. 4. *in f. I. inut. ſtip.*) & hic a teſtimonio teſtamentario removebitur. *d.* §. 9. *h. t. ibi*: *enim. junctis illis: in poteſtat.* Quod ampliatur, ut nec pater teſtis habilis ſit, in teſtamento filii de caſtrenſi peculio poſt miſſionem teſtantis, *d.* §. 9. quia talis teſtator poſt miſſionem (honeſtam aut cauſariam *l.* 26. §. 1. *teſt. mil. vid. Part.* 7. §. 151.) utitur jure communi §. 3. *I. de teſtam. milit.*

§. 12. *Duodecimo*, teſtis debet lubens ibi teſtimonii cauſa eſſe, neque invitus detineri. *d. l.* 20 §. *ult. h. Decimo tertio.* Feminæ in teſtamentis ſolennibus ad teſtimonium nulliter adhibentur. §. 6. *h.* rationem pete ex antiquis comitiis ad quæ feminæ non calabantur. A. Gell. 5. *noct. Attic.* 13. Quæ ratio cum in codicillis (qui nunquam in comitiis facti ſunt: ſed primiter in Aſia *pr. I. de Codicill.*) aliisque ultimæ voluntatis actibus ceſſet, ſequitur, jus hoc ſingulare teſtamentarium, ad hos trahi non debere. *Denique* muti, prodigi, (niſi intervalla habeant lucida *l.* 20. §. 4. *h.*) furioſi, teſtes in teſtamento eſſe nequeunt *d.* §. 6, nec hæretici quidam. *v. l.* 21. *C. de haret.*

§. 13. Adhuc noris, 1. Hanc teſtium conditionem debere inſpici tempore facti teſtamenti *l.* 22 §. 1. *D. h. t.* Ita tamen 2. ut vitium occultum non noceat: ex. gr. ſi quis omnium conſenſu mas creditus ſit cum feminam vapi-

do

do ſervaverit ſub pectore §. 7. *I. h. t.* Quod ad feuda extendit Stryck. *exam. feud. cap.* 12. *quæſt.* 14. Sed neſcio: an teſtamentorum favor: privilegii item (*vid.* §. 7. *ibi*: *liberalitate I. h.*) & juris ſingularis novi indoles, extenſionem ad feuda permittat. *v. l.* 14. *ff. de LL.* Ceterum ſi quis quærat, an is qui rogatus teſtamentum ſcribere, ſignaverit, teſtis eſſe poſſit? hæc quæſtio eſſet Domitiana, id eſt inepta aut ſtolida, *vid. l. Domitius* 27. *ff. h. t.* Plane in teſtimoniis judicialibus defectus teſtium facilius ſuppletur: vid. *Admon. part.* 4. §. 79. Struv. & Muller. *ff. de teſtibus. theſ.* 36.

§. 14. Specialia requiſita ſcripti teſtamenti ſunt vel uſitata, vel abrogata.

§. 15. Uſitata ſunt tria: (1) Ut teſtator ipſe ſcribat. §. 3. *h.* niſi α. totum teſtamentum manu teſtatoris ſit ſcriptum, aut β. teſtator ſcribere nequeat, ubi tum teſtis octavus adhibendus qui ſubſcribat. *l.* 21. *l.* 28. §. *f. C. h.* (2) Ut teſtator tabulas teſtamenti teſtibus oſtendat, eiſque voluntatem ſuam contineri declaret, cujus ſe bene conſcium adeoque ſibi prælectas, ſi ipſe non ſcripſerit, affirmet. *d. l.* 21. (3) Ut teſtes ipſi petente teſtatore ſubſcribant & ſubſignent. *d. l.* 21. *C. de teſtam.* Dixi *teſtes ipſi*, ad excludendam manum vicariam *l. pen. D. h. t. v. tamen l. ult. C. de teſtam.*

§. 16. Abrogata ſunt (1) §. 4. *I. h. junct.*

Nov. 119. *c.* 9. (2) in *l.* 22. §. 5. *ff. h.* vid. 1. *aph.* 95. Pertinebant ea ſcilicet ad nimiam & miſeram diligentiam de qua JC. *in l.* 88. §. *ult. de legat.* 2.

§. 17. Nullibi autem vetantur duo (ex. gr. conjuges) in iiſdem tabulis teſtari. Non obſtante, unum requiri contextum: Cum poſſit quisque conjugum, eumdem ſeparatim peragere *v.* §. 15. *n.* 2. Diſſ. Vinn. *ad* §. 13. *I. h. t.* Nec ullibi præſcribitur, qua in materia teſtamentum debeat ſcribi. vid. Sorberiana *pag.* 231. *ſeqq.*

§. 18. Propria requiſita teſtamenti Nuncupativi vide ſis 2. *aph.* 95. *in fin.*

§. 19. Solennitatibus teſtamentariis non obſervatis, teſtamentum eſt ipſo jure nullum, adeo ut nec in conſcientiæ foro ad illud ſervandum, ſuccedens ab inteſtato obligetur. Magiſtratus enim Politicus in rebus *adiaphoris* poteſtatem habet *conſcientias* ſubditorum illigandi vel exſolvendi. *Paul. ad Romanos cap.* 13. *verſ.* 1. 2. 3. 4. & 5. *add. l.* 9 §. 3. *ad exhib.* §. *p. I. quib. mod. teſt. inf. arg. l.* 76. *de ſolut.* & *Epiſt. ad Galat. cap.* 3. *verſ.* 15. v. Van der Muelen. *for. conſc.* 3. *c.* 23. Sanderſon *de obligat. conſcient. prælect.* 5. Struv. *ff. h. t. th.* 16. Huber. 1. *digreſſ.* 4. *c.* 34. *ſeqq.* Lauterbach. *comp. ff. pag.* 487.

§. 20. Teſtamenta autem juxta ſolennitates

tes loci, (aliud, ſi ſtatuta diſponant circa ipſam rem. Muller *ad Struv. ff. h. t. th.* 15.) ubi teſtator deceſſit, condita, etiam ab advena, vires etiam exercent in locis aliis ubi major aut alia ſolennitas requiritur, etiamſi alibi bona forte ſita ſint. Locus enim in quo negotium geritur, regit ipſum negotium. *l.* 6. *ff. de evict.* Sande 4. 1. *dec.* 14. Struv. *h. th.* 15.

§. 21. Quantum ad poſteriorem rubricæ tituli hujus partem, tenendum pro regula eſt: Omnes habere jus activæ teſtamenti factionis *l.* 43. *in fin pr. D. vulg. & pup.* eſt enim ſpecies alienationis, adeoque domino ad lubitum permiſſæ. vid. Grot. 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 6. §. 14 niſi lex impediat vel prohibeat. Cauſa prohibitionis eſt duplex, eam enim inducit (1) *Defectus capitis ſive ſtatus:* ſive defectus ſit familiæ, qui prohibet filiumfam. teſtari, excepto peculio caſtrenſi vero vel quaſi *pr. I. h. t.* (*v. Part.* 3. §. 60.) ſive libertatis civitatiſve. *d. pr.* Limita tamen 1. quoad jus Imperatoris Friderici Secundi, qui omnibus peregrinis & advenis teſtamenti factionem conceſſit: *Authent. Omnes peregrini C. commun. de Succeſſionib.* add. Grot. *d.* §. 14 *in fin.* Nota ſis etiam 2. jus quod exhibet §. *ult. I. h. t.* qui vult teſtamentum ejus qui apud hoſtes eſt quod ibi fecit non valere (nec enim fictio Juris poſtliminii ad alia pertinet quam quæ in civitate geſta ſunt. *v. l.* 8. *pr.*

h. t.

h. t. l. 10. *teſtam. mil. l.* 12. §. 5. *& ſeq. de captiv. l.* 1. *C. de poſtl. rev. l.* 15. *ff. de injuſt. rumt. irr. l.* 15. *pr. de uſ. & uſucap. l.* 25. *de captiv.* Nec obſtat Nov. 115. *c* 3. §. 13. agit enim tantum de teſtamento *parentum;* & prӕterea de eo quod ante captivitatem ab iis factum eſt. eadem tamen ratio eſt, ſi poſt eam fecerint. Add. quӕ dixi *Virgin. Florentin. c.* 3. §. 1.) diſplicuiſſe Leoni *Novell.* 40. & hodie, cum captivitate ſervitus non inducatur, non obtinere: niſi quod quidam Juri Juſtinianeo in captivis noſtris apud Turcas adhuc locum faciant. *arg. l. f. ff. de juriſd.* Diſſentit Bockelman. *differ. jur. Civil. & Canon. cap.* 33. *num.* 15.

§. 22. A teſtamenti factione activa excludit (2) *Vitium animi aut corporis.* Heic prohibentur A. impuberes §. 1. *I. h. t.* ut tamen ultimum diem cœptum eſſe ſufficiat. *l.* 5. *ff. h. t.* & B. furioſi §. 1. *h.* C. prodigi §. 2. *h.* non autem minores *l.* 4. *C. h. t.* neque ſenes *l.* 2. *ff. & l.* 3. *C. h. t.* nec ӕgri *ad. ll.* v. tamen 2. *aph*, 98. *n.* 2. D. Surdi & muti, niſi quatenus voluntatem ſuam ſcribendo aut loquendo perfecte exprimere poſſunt, a teſtamenti factione arcentur §. 3. *I. h, l.* 1. *C. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 29. *C. de teſtam.* unde derogatur *l.* 7. *ff. h.* quӕ volebat ſurdum mutumque debere poteſtatem teſtamentum condendi a Principe impetrare. *v. l. un. C. de theſaur.* E. Cœcus hactenus prohibetur, ut 1, nun-

nuncupare debeat voluntatem ſuam coram ſeptem teſtibus, adhibito 2. tabellione vel octavo teſte qui ſcribat omnia, teſtibus ſubſcribentibus, expreſſis 3. certis heredis indiciis: *l.* 8. *C. h. t.* Amplia, ut eadem forma obſervanda ſit & in *Codicillo* cœci *d. l.* 8. *verſ. quæ in eundem.* Limita, ut non pertineant hæc ad teſtamenta cœcorum privilegiata, parentum, aut ad pias cauſas. *add.* §. 85. *infr.*

§. 23. Ad animi vitia pertinet & *Improbitas.* Hujus reſpectu arcentur 1. Carminis famoſi damnati *l.* 18. *h.* 2. Hæretici. *Auth. Hæretic. & Auth. Credentes C. de Hæret. v.* §. 34. *infr.* 3. Apoſtatæ *l.* 4. *C. de Apoſt.* 4. Qui ſe inceſtis nuptiis funeſtarunt: horum enim bona, ſi liberi legitimi adſint, confiſcantur. *Authent. ex complexu C. de inc. nupt. l.* 6. *C. d. t.* 5. Uſurarii manifeſti *c.* 2. *ſ. de uſur. in* 6. 6. Transfugæ *l.* 19. §. 4. *ff. de capt. & poſtlim.* 7. Capitis damnati *l.* 8. §. *fin. h. t.* Jure veteri arcebat capitis damnatos præterea (præter *improbitatis* ſcil. cauſam) & defectus capitis, nempe ſervitus pœnæ in quam redigebantur, *d. l.* 1. *fin.* quod ſuſtulit *Nov.* 12. *C.* 8. Cum ergo *improbitas* in damnatis adhuc remaneat, ſequitur, ſolam *ſublationem ſervitutis pœnæ* iiſdem teſtamenti factionem activam non largiri. Saltim, cum *libertas* ipſis ſola conſervetur dicto jure novello, non ſimul & *civitas:* ſequitur, talibus ob defe-

ctum

ctum civitatis, adeſſe & defectum activæ teſtamenti factionis *l.* 32. *in f. C. de appell.* etſi matrimonii antea cœpti capacitas ipſis ſit indulta *d. cap.* 8. quod & alibi fit reſpectu matrimonii inter noncives durantis. *l.* 1. *C. de repud.* Nec moratur *Nov.* 134. *c. ult.* agit enim de ſucceſſione ab inteſtato. vid. *part.* 7. §. 122.

§. 24. Sed an infamia teſtamenti factionem activam excludit? Neg. regulariter *l.* 1. *C. ſec. nupt.* v. *Adm.* 1. 176. Unum denique huic titulo addamus ex Jure Feudali, quo vaſallus regulariter de Feudo ſuo teſtari nequit, 2. *Feudor.* 8. Sereniſſimus tamen Elector Brandenburgicus & hac in parte privilegium habet. Thulemar. *de Octoviratu cap.* 17. *num.* 18.

TIT. II.

De liberis & poſtumis heredibus inſtituendis vel exheredandis.

§. 25. Reſtat Requiſitum Teſtamentarium Quartum ſupra §. 7. indicatum, ut recte ſcil. fiat heredis inſtitutio. Hæc enim omnium teſtamentorum ſolennium fundamentum & caput eſt, §. 34. *Inſt. de legat.* immo etiam quod ad teſtamenta privilegiata §. 1. *I. d. teſt. milit.* *l.* 8. *C. d. teſtament.* *Nov.* 107. *c.* 1. Dividi poteſt *primo* in Voluntariam, quæ tota pendet

a vo-

a voluntate teſtatoris: & Neceſſariam, certarum perſonarum quas teſtator lege tenetur inſtituere aut rite exheredare.

§. 26. Neceſſario inſtituendi vel exheredandi ſunt (1) liberi *l.* 39. *de lib. & poſth. Nov.* 115. *c.* 3. (2) ſi hi non adſint, parentes, *Nov.* 115. *c.* 4. (3) quadam ratione fratres & ſorores, *Nov.* 22. *cap.* 47. *Nov.* 1. *præfat.* §. 2. Vid. §. 31. *infra.*

§. 27. Forma exheredationis eſt vel communis quod ſcil. a tota hereditate debeat fieri *l.* 19. *de lib. & poſt.* Vel uni alterive exheredationi ſpecialis: veluti, quod liberi debeant exheredari nominatim. item, quod liberi & parentes exheredandi veniant ex juſta cauſa. In fratribus ſecus ſe habet utrumque. *v.* §. 31. *infra. &* 2. *aph.* 102.

§. 28. Parentes tantum ob ſeptem vel octo, liberi ob tredecim aut quatuordecim cauſas exheredantur *Nov.* 115. *c.* 3. *&* 4. *vid.* quæ dixi *de jure filiorum membr* 5. Add. *infr. part.* 7. §. 148.

§ 29. Si exheredatio ejuſque cauſa non exprimatur, teſtamentum quod ad inſtitutionem heredis, erit ipſo jure nullum: liberi tamen parenteſve præteriti vel non exheredati legitime, ab inteſtato admittuntur ad hereditatem, quia teſtamentum tale imperfectum eſt, adeoque nullum: cetera autem capitula, ſalva manent. non obſtante regu-

la,

la, ſublato pincipali, tolli acceſſorium *l.* 2. *pecul. legat.* ea enim falſa eſt toties quoties legiſlatori aliud viſum eſt. *l. ult. ff. quand. de pecul. act. annal. junct. l.* 31. *de legib. & §.* 6. *princ. I. de jur. natur. vid.* 2. *aph.* 103. *d. c.* 3. *junct. l.* 8. *ff. de Publ. act. & Irner. coit.* 44.

§. 30. Ubi ſciendum eſt, ſuperiorum deciſionem, jure novo procedere abſque ulla liberorum parentumve diſtinctione *d. Nov.* 115. *cap.* 3. *&.* 4. *v.* 2. *aph.* 103. De Naſcituris, in ſpecie dixi *de jure Ventr. part.* 1. *ſect.* 4. *& part.* 4. *ſect.* 3.

§. 31. Fratres & ſorores, eo ſolum caſu, quo ipſis turpis perſona, eaque vel gravis vel levis notæ macula laborans, præfertur, inſtituendi ſunt: ita ut exheredari tali caſu nullo modo poſſint, etſi admiſerint unam ex tribus illis cauſis, puta 1. quod inſidias vitæ ſtruxerint, aut 2. criminis accuſaverint, 3. damnum grave bonis intulerint, de quibus *Nov.* 22. *capite* 47. Nec obſtante dicto *cap.* 47. utpote quod de lucro ſecundarum nuptiarum duntaxat agit & ſucceſſionem hereditariam liquit intactam *d. Novel.* 22. *c.* 46. *in fin.* Dixi *Irner. injur. vap. c.* 43. add. *Part.* 4. §. 109. *n.* 2. etſi Doctorum communis Schola contra ſtat. Notandum autem (1.) id quod de fratribus & ſororibus aut communis Doctorum de qua dixi Schola ſentit, aut nos diximus, in uterinis locum non habere *d. l.* 27. *C. de inoff. teſt.* niſi quod

quod ſecundum Juris noviſſimi principia aliter ſentiendum eſſe exiſtimemus. Cum non tantum quando teſtamentum nullum eſt *vere* ſed & cum querela inofficioſi teſtamenti movetur, *ficte* ab inteſtato ſuccedatur. *vid.* §. 22. *ſupr. & Part.* 2. §. 29. At ab inteſtato conſanguinei & uterini ſuccedunt pari jure. *per Nov.* 118. *c.* 4. *Dixi* 1. *Sicilim.* 17. (2) Non opus eſſe (ſi vel maxime cum Doctoribus communiter, fratres ob tres cauſas præfatas per infamem heredem plane excludi poſſe, ſentire velis) quoad fratres & ſorores, ut cauſa expreſſe teſtamento inſeratur, *Nov.* 115. *c.* 4. *in fin. ibi: prædictas perſonas:* ſed incumbet fratri excluſo, ut probet ſe tale quid non commiſiſſe *arg. l.* 32. *inf. C. de appellat. junct. l.* 5. §. 1. *ff. l.* 28. *C. inoff. teſt.*

§. 32. Cauſæ exheredandi de quibus dixi, a Veteribus olim verſiculis incluſæ ſunt, quos, cum a veritate & a textu *Novellæ* 115. ſubinde alieni eſſent, *v.* §. 33. *ſeq.* quin & prolixitate nimia offenderent, aliter aliquando diſpoſui, ut ſequitur:

His natum ex cauſis exheredare licebit:
Si (1.) feriat, graviter (2.) dedecoretve patrem,
Vel (3.) damno afficiat, nec (4.) ab hoſtibus ære luebat,
Si (5.) magus aut (6.) mimus, (7.) natave ſit meretrix.

(8.) Criminis (*hæc etiam valet excluſiſſe parentes*

Et reliqua) accuſans, (9.) inſidiaſve ſtruens.

Aut (10.) patris, aut nati capiti impia cornua ponens:

(11.) Teſtari prohibens, (12.) hæreticoſque ſequens.

(13.) Non curans teneant ſi vincla, (14.) furorve, parentem.

Octava an fratri, *Tertia*, *Nona*, datur?

§. 33. Nota ſis, cauſam *Septimam* vitæ meretriciæ non petinere ad filios, veluti *decima tertia* cauſa non liberantis patrem a carcere, non pertinet ad filias. Ergo falſi, & filii & filiæ intuitu, ſunt verſiculi iſti vulgati: *Bis ſeptem ex cauſis exheres filius eſto.* Falſi, inquam: ut liquet. *add. Irner. injur. vapul. coit.* 31. *ſect.* 3. §. 3. Sed & alia in parte iidem fallunt: ut cum dicunt: *ſe ſocietve malis*: quod non eſt in textu. Textus habet: *Si cum maleficis hominibus ut maleficus verſatur.* Ergo 1. ſola ſocietas heic non ſufficit: ſed debet quis ita eſſe ſocius, ut ſimul ſit maleficus. 2. Aliud eſt *maleficum* eſſe, aliud *malum*. Hoc nimis generale eſt: Illud autem, ſpecialiſſimum, ad eam veneficii ſpeciem pertinens, ubi magicæ artes exercentur, idque aut incantationibus ſolis *v. Part.* 7. §. 111. aut etiam adhibitis medicamentis. In textu Græco dictæ Novellæ 115. *c.* 3. §. 4. eſt: μετὰ φαρμα-

κῶν

κῶν ὡς φαρμακός. junct. ſeq. 5. ibi: φαρμακείας: quod & incantationem notat. Unde & nonnulli *veneficos* interpretari hic malunt: nam & venena incantationibus connumerantur. Sane illud: *malis:* quod eſt in vulgatis iſtis, ut dixi, verſiculis, poſſet quem in perverſiſſimam ſententiam abripere: quod magno iſti Grotio *Inleyd. libr.* 1. *p*, 18. (ubi interpretatur **hoogdadertz**) aliisque accidit. vide ſis Poll. *tract. de exhered. & præter. c.* 51. De crimen accuſante, adhuc ſcias, exceptionem eſſe quoad crimen Majeſtatis. *d. Nov.* 115. *cap.* 3. §. 3. quod & alia ſingularia habet. *vid.* 4. *aph.* 130. De hæreticis nota, eam cauſam ceſſare, ſi reſipiſcant. Idem eſt in mimis & arenariis. *d. c.* 3. Unde ſimul patet, cui bono hæretici exheredentur, qui tamen ipſa lege a ſucceſſione & teſtamentaria & legitima repelluntur *d. c.* 3. ſcil. ut ſit inſtar benevoli conſilii aut admonitorii. Alii Doctores hic recurrunt ad vulgatum: Abundantem cautelam non nocere. *l.* 17. *C. de teſtament.*

§. 34. An igitur præter cauſas memoratas nullæ admittuntur aliæ, ne quidem ſi ſimiles ſint vel atrociores? Neg. Expreſſe enim Cæſar prohibet alias adducere cauſas quam quæ *nominatim* in contextu *Novellæ* 115. continentur. *d. Nov.* 115. *cap.* 3. *pr.* Ut adeo contra expreſſam legiſlatoris voluntatem, argumentum a pari-

tate vel majoritate, ut ajunt, rationis non procedat§.*6.l.de jur natur.*crimina ut reliqua heic non expreſſa, ſatis Deum & Legislatorem habeant ultorem, leviore exheredationis fulmine non ferienda. *arg. l.2.pr. C.de reb.cred.*Ergo ob id quod liberi in nuptiis contrahendis, parentum voluntati obluctentur, exheredari nequeunt. *Part.*4.§. 107. Ergo nec ob id quod Reformatam, Lutheranam, Mennoniticam, Arminianam, aut Pontificiam Religionem amplexi fuerint: cum omnes hæ religiones ſint hoc ſenſu Catholicæ, utpote amplexantes articulum illum Fidei catholicum, credentes ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Patris & Filii & Spiritus Sancti unam Deitatem ſub parili Majeſtate & ſub pia Trinitate: ut eſt in *l.* 2. *C.Th.de fide Cathol. add. l.6. C. Th. de hæret. & l.2. & 6. C.Th. ne Sanct. Baptiſm.* ad quæ referenda eſt mentio quatuor Conciliorum, de quibus Juſtinianus *d. Nov.* 115. *c.* 3. §. 14. *& alibi. arg. l.26.ff. de LL.* Secus eſt ergo, ſi liberi tranſirent ad Socinianos, Judæos, Mahumedanos, aliosque (quales olim Neſtoriani & Acephali, de quibus ſpeciatim *Novell.* 115. *c.* 3. §. 13. vide Horn. *hiſtor. Eccleſiaſtic.*) memorati articuli nequiſſimos impugnatores. *v. l.* 2. §. 1. *C. de hæretic. Nov.* 109. *præfat.* Poll. *d. act.* 59. In ſpecie hæretici dicuntur, qui non obſtante dicta hæreſi, ſe tamen Chriſtianos profitentur *l.* 21. *C. de hæret.*

§. 35.

§. 35. De effectu exheredationis addo, per eam jus ſuitatis non abſcindi ſed in ſuſpenſo teneri. Ex. gr. ſi filium exheredavero, nepotemque ex eo præteriero, & alium heredem inſtituero, & ſupervixerit filius poſt mortem meam, licet ante aditam hereditatem deceſſerit, non tamen rumpet nepos teſtamentum meum: quia filius meus per exheredationem non amiſerat jus ſuitatis, ſed quodad hereditatem in ſuſpenſo relictum ad filium ſuum tranſmiſerat. *l.* 9. §. 2. *h. t.* vid. Schröter *de jure Suitatis cap. ult.* & quæ dixi *Part.* 2. §. 31. *verſ. Nec obſtat.*

TIT III.

De injuſto, rumpto, irrito facto teſtamento.

§. 36. Quod ſi ſuperiora illa quatuor requiſita obſervata non fuerint, ſequitur, teſtamenta talia eſſe nulla *arg. l.* 9. §. 3. *ad exhib* & (verbo Juris) *injuſta. rubr. h. t.* a quibus differunt *Rumpta & Irrita.* Quæ tamen latius accepta non differunt. Vid. §. 5. *I. quib. mod. teſtam. infirm.*

§. 37. Rumpuntur autem teſtamenta duobus modis: puta (1) agnatione poſtumi: Vera, vel Quaſi. Vid. 2. *aph.* 130.

§. 38. Rumpuntur (2) per teſtamentum poſterius perfectum. §. 2. *I. h. t. v. l.* 97. *de acq. her.* Dixi 2. *aph.* 130. ubi & exceptiones. Adde *l.* 13. *de lib. & poſt.* ubi filia capit ſeptimam partem, quia pater voluit, debere matrem filiæ capere altero tanto plus quam filiam, & filiam & filium altero tanto plus quam matrem. Unde filius accipit quatuor partes, uxor duas, filia unam. Hæc una hoc caſu eſt ſeptima. Aſt hodie danda eſt filiæ pars ſexta. Dixi *Acceſſ. Irner.* 3. *c.* 3. §. 8. *& ſeq.*

§. 39. Irrita fiunt teſtamenta: *Primo*, per revocationem: Vid. *L.* 27. *verſ. ſin autem C. de teſtam.* Singulare eſt in teſtamento militari, cui revocatio quædam tacita ineſt, ſi teſtator miles militia honeſte vel cauſarie miſſus ſit & ultra annum ſupervixerit. §. 3. *I. de teſtam. milit.* *Secundo*, irrita fiunt teſtamenta Capitis deminutione teſtatoris. Quod, quod ad minimam, limitatur in teſtamento militis vel quaſi per *l.* 2. *ad SC. Mac.* §. *pen. I. de teſtam. milit.* *Tertio*, Deſertione heredis non adeuntis hereditatem §. 4. *I. h. t. l.* 1. *D. de inj. rumpt. l.* 181. *ff. de R. J.* Verum hodie hoc rarius accidit, poſtquam non tantum Beneficium inventarii introductum, quod adeuntem ab omni damno præſtat immunem, immo & lucro afficere poteſt. 2. *aph.* 143. *ſeq.* Sed & ex Jure noviſſimo, ſi heres a judice monitus, per annum in adimplenda

da defuncti voluntate moroſus ſit, facultas adeundi, poſt 1. filium 2. ſubſtitutum 3. coheredem 4. fideicommiſſarium univerſalem. 5. legatarium 6 fideicommiſſarium ſingularem 7. heredes ab inteſtato, 8. extraneo & 9. tandem fiſco data eſt, per *Novellam* Juſtiniani primam *cap.* 1. quam de utroque caſu & quo heres adiit & quo adire noluit, agere, & loqui, latius demonſtravi *Irner. injur. vapul. coit.* 21. Sunt Doctores qui hanc irritati teſtamenti ſpeciem *l.* 1. *ff. h. t.* malint *deſtitutum* teſtamentum vocare, & non *irritum*, moti *pr. I. de hered. quæ ab inteſt.* Verum *ibi* reſpectus duntaxat eſt factus ad tempus mortis. *ibi. decedit.* at Deſtitutum etiam poſt mortem teſtatoris irritum fit: ut recte non dicatur irritum eſſe, ſed fieri. Sed &, *Quarto*, irritum fit teſtamentum ſi quis conſcientia criminis mortem ſibi conſciverit. *l.* 6. §. 7. *ff. de injuſt. rumpt.*

TIT. IV.

De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, inſcribuntur.

§. 40. Denique, *Quinto*, Irritum fit teſtamentum mutatione voluntatis reali, tabulis ipſis ſcilicet accidente, ut, teſtamenti facti deletione, inductione, cancellatio-

ne, ſuperinſcriptione; necnon inciſione, laceratione, ſigillorum turbatione &c. *l.* 1. *h. l. ult. D. de inj. rumpt.* ſcilicet quatenus deletum aut cancellatum &c. eſt. *l.* 7. *h.* item quatenus conſulto (quod in dubio præſumendum *l. p. h.* excepta libertate *d. l. p. junct. l.* 122. *de R. J.*) id omne factum eſt. *vid. l.* 1. *pr.* §. 1. 2. 3. *h. tit.* ceterea ut ſalva maneant, etiam Legata & Fideicommiſſa, heredum nominibus deletis *l.* 2. *ſeq. h. l.* 1. §. *p. ff. ſi tab. teſt. non ext.* Conſ. *Diſp. ad L. Vinum.* §. 21. *in fine.* Dixi, *tabulis ipſis accidente*: Ergo ſi aliter voluntas mutetur, non obeſt: veluti ſi teſtamentum judiciale a judice repetatur. *arg. l.* 12. *ff. R. J. l.* 1. *C. SS. Eccl. Nov.* 18. *c.* 5.

TIT. V.

De Heredibus Inſtituendis.

§. 41. De Heredum inſtitutione (*vid.* §. 25. *ſupr.*) adhuc nota, *Primo*, Si liberi vel parentes non extent, vel etiam certa ratione (de qua reſpice ſis ſupra §. 31.) fratres non adſint, alios heredes quoſlibet extraneos inſtitui poſſe, dummodo habeant teſtamenti factionem paſſivam, id eſt, capere quid ex teſtamento poſſint (ita enim Paſſiva hæc Teſtamenti factio, phraſi Doctorum differt ab Activa,

quam

quam habent illi qui teſtamentum facere poſſunt *v.*§.4.*I.de her.qual.& differ.*)ubi tum locus ſit regulæ: *uti quiſque rei ſua legaſſit, ita jus eſto. l.* 120. *de V. S.* Sed & hic non una tenenda eſt limitatio: ut vides 2. *aphor.* 137. Ubi de binubis adde ſis, quæ dixi *Part.* 4. §. 110. Adde liberos ex damnato coitu natos *Nov.* 89. *c.f.* Item, liberos naturales qui non ultra unciam ex teſtamento patris capere poſſunt ſi legitima aut ſoboles aut uxor extet *l.* 2. *& auth. licet. C. de natural. liber.* Item: aliquando incapaces ad hereditatem ex aſſe admitti, ſi heredes ſc. ſint inſtituti ab eo qui ſolvendo non eſt. *l.* 72. *h. t.*

§. 42. Prohibitis ergo excluſis, videndum, quid ad inſtitutos habiles atque capaces *add.* §. 127. *infr.* tranſeat. Et quidem ſi unus tantum ſit inſtitutus heres, etſi ex re certa *l.* 1. §. 4. *h. l.* 7. *R. J.* is capit totam hereditatem. §. 5. *verſ. & unum I. h. t.* Vid. 2. *aph.* 108,

§. 43. Si plures ſunt inſtituti, quomodo ſuccedatur, Vid. §. 6. 7. 8. *Inſt. h. t.* Si duo pluresve conjungantur, habentur juncti pro una perſona *l.* 13. *pr. l.* 59. §. 2. *ff. h. t.* quod limita, niſi additum ſit: *aque. d. l.* 13. *pr.* item, niſi teſtator celerius tantum locutus eſſe probetur. *l.* 66. *h.*

§. 44. De Captatoriis inſtitutionibus *vid. l.* 70. *h. t. l. ſ. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib. l. ult. ff.*

eod. Hæ, quæ hereditatis alienæ aucupandæ gratia fiunt, non valent *d.l.* 70. etſi a milite factæ *l.* 11. *C. de teſt. mil.* Non ſunt autem captatoriæ, quæ ſe ad præteritum referunt *l.* 71. *h.* Adde: non valere inſtitutionem incertam *l.* 62. §. 1. *h.* Nec contumelioſam *l.* 9. §. 1. *h.* niſi a patre *l.* 48. §. 1. *h.*

TIT. VI.

De Vulgar. & Pupill. Subſtitutione.

§. 45. Nunc notanda, *Secundo*, ſecunda Heredis Inſtitutionis diviſio. Eſt enim Heredis inſtitutio, vel *Inſtitutio in ſpecie ita dicta* ſive prima: vel *Subſtitutio*, quæ deſcribitur quod ſit, ſecundo vel ulteriori gradu facta heredis inſtitutio, facta in caſum vel negativum ſi heres inſtitutus heres non erit, vel affirmativum ſi heres inſtitutus heres erit ſed intra ex. gr. pubertatem mortuus fuerit. Dixi, *heredis.* Ergo fidei commiſſaria huc non pertinet: niſi in ſenſu laxiori *l.* 41. §. 3. *l.* 46. *h.* Dividitur Subſtitutio communis de Jure antiquo Pandectarum non niſi in Vulgarem & Pupillarem. Vulgaris fit in dictum caſum negativum: Pupillaris fit in dictum caſum affirmativum. Aſt Jure Novo per Juſtinianum inductus eſt & alter caſus affirmativus, in quem Subſtitutio fieri poſſit, puta ſi liberi mente capti aliove vitio

vitio ob quod teſtamentum condere nequeant, affecti, heredes facti & cum tali vitio mortui ſint: in quem caſum tum fit ſubſtitutio *Exemplaris*, ut Doctores plerique eam vocant. Ut Subſtitutionis communis jure novo tres ſint ſpecies: *Vulgaris*, *Pupillaris*, *Exemplaris*. Immo eſt & quarta, ſed privilegiaria: *Militaris*. Miles enim *ex privilegio* ſubſtituit in caſum affirmativum, ſi heres erit, & tempus militi placitum venerit quodcunque. Fit ergo ſubſtitutio in quatuor caſus: unum negativum, & tres affirmativos. Caſus negativus: *Si heres non erit:* duos iterum alios ambitu ſuo complectitur: *Impotentiæ* ſcilicet, & *Noluntatis:* id eſt: 1. *ſi heres eſſe non poſſit*, & 2. *ſi heres eſſe nolit.*

§. 46. Hæc ita communiter, & recte. Credo tamen, inveniſſe me ſpeciem Subſtitutionis Juſtinianeæ alteram, quam *Novellam* docendi & diſtinguendi ergo poſſis vocare, de qua *ſupra* §. 30. *& infra* §. 56.

§. 47. Vulgaris ſubſtitutio eſt quæ fit a quolibet teſtatore (ergo etiam a matre *l.* 33. *pr. h.*) cuilibet, in caſum negativum, ſi inſtitutus heres non erit. *pr. I. h. l.* 8. *Cod. de imp. & al. ſubſt.* Sub verbis: *ſi heres non erit;* duo (ut dixi) caſus comprehenduntur: *ſi vel non voluerit, vel non potuerit l.* 3. *C. de her. inſt.*

§. 48. Ubi nota, caſum Noluntatis expreſſum, continere alterum caſum Impotentiæ non

non expreſſum, & vice verſa *per l. a Titio.* 108. *D. de verb. obl. l.* 12. *de reg. jur.* Vid. *tr. de Jure Ventris part.* 4. *ſect.* 2. §. 2. *ſeqq.*

§. 49. Exſpirat vulgaris ſubſtitutio præcipue quando heres primo gradu inſtitutus hereditatem adiit: deficit tum enim conditio: *ſi heres non erit*: ſub qua demum ſubſtitutus vocabatur. *l.* 5. *C, de imp. & al. ſubſt.* Exceptio eſt in caſu §. *ult. l. vulg. ſubſt.* de quo dixi 2. *aph.* 122. Eſt & a regula præfata, Secunda Exceptio, in caſu quo heres adiit & poſtea a judice ad relicta præſtanda admonitus per annum contumax eſt: Tum enim & aditio reſcinditur & ſubſtitutus admittitur. *Novell.* 1. *c.* 1. vid. *Irner. inj. vap. coit.* 21. §. 21. *vid.* §. 46. *ſupr.* Eſt & Tertia Exceptio: ſi minor hereditatem adierit, & contra aditionem reſtitutus fuerit *l.* 2. §. 3. *h. l.* 7. §. 10. *minor. l.* 44. *re jud.*

§. 50. Pupillaris ſubſtitutio eſt qua patresfam. liberis ſuis impuberibus quos proxime in poteſtate habent, ſubſtituunt in caſum affirmativum quo heredes exiſtentes in ætate pupillari deceſſerint. *pr. I. de pup. ſubſt.* Dixi 2. *aph.* 125.

§. 51. Nota 1. Subſtitutio hæc etiam tacite fieri poteſt. ex. gr. Si dicam: *Cajus filius meus impubes, mihi heres eſto: &, ſi heres non erit, Titius mihi heres eſto.* Heic non niſi de caſu negativo verba concepi: Sed Legiſlator fingit, me

me & de caſu affirmativo pupillari locutum fuiſſe (quæ tamen non addidi) talia verba: *aut ſi heres erit, & impubes mortuus ſit.* Hæc ſimiliave verba Legiſlator fingit me dixiſſe aut ſcripſiſſe, cum non dixerim ſcripſerimve. Unde Subſtitutionem Pupillarem divide in Expreſſam & Tacitam ſive legalem. Nam ex Conſtitutione Divi Marci, vulgaris expreſſa (inter eos inter quos poteſt eſſe pupillaris) continet tacite pupillarem, & expreſſa pupillaris tacite continet vulgarem *l.* 4. *pr. ibi: in alterum caſum. & d. l.* 4. §. 2. *ibi: in utrumque eventum ff. h. t.* Exc. vid. 2. *aph.* 126.

§. 52. Nota 2. regulam: Teſtamentum Pupillare pars & ſequela eſt Paterni §. 5. *I. de pup. ſubſt. verſ. nam pupillare.* de qua vid. 2. *aph.* 125. ubi adde, patrem ſibi prius debere facere teſtamentum quam filio, ſi ſeparatim teſtatur *l.* 2. §. 4. & 5. *h.* ubi vid. Brunnem.

§. 53. Evaneſcit pupillaris hæc ſubſtitutio (1) pubertate filii §. *penult. I. h.* Valebit tamen inſtar fideicommiſſi, ſi teſtator in longius tempus ſubſtituerit *l.* 2. *C. comm. de legat.* Plura *vid.* 2. *aph.* 116.

§. 54. Quaſi pupillarem, Doctores alii Exemplarem cognominant. *arg.* §. 1. *h. ibi: exempl.* Dicas & *Juſtinianeam*, non abſque utilitate, ut intelligatur, eſſe eam Juri veteri (olim enim a Principe debebat impetrari *l.* 43. *h. t.*) in-

cog-

cognitam, adeoque argumenta ex Jure antiquo Romano adverſus hanc novam, Græciæ inquam inventum, nil operari. Eſtque hæc, qua parentes liberis vitio aliquo animi vel corporis affectis ob quod ipſi teſtamentum condere nequeunt, etſi puberibus, heredibus inſtitutis ſubſtituunt, in caſum affirmativum quo heredes erunt & hoc vitio durante deceſſerint. §. 1. *I. h. l. 9. C. imp. & al ſubſt.* Dixi 2. *aph.* 127.

§. 55. Militaris ſubſtitutio eſt qua miles ex privilegio, cuivis a ſe inſtituto poteſt directis verbis heredem directum, adeoque abſque deductione quartæ Trebellianicæ (*diverſum eſt in paganis, niſi expreſſe vetetur Nov.* 1. *c.* 2. §. 2.) ſubſtituere, in caſum affirmativum tertium ſi heres deceſſerit ſive adjecto certo tempore ſive indefinite *l.* 15. *ff. l.* 8. *C. h. t.* Ceterum Doctores & uſus fori ad paganorum quoque ſubſtitutiones (non ad fideicommiſſa ſimplicia) hanc militarem extenderunt, inducti *cap. Raynutius.* 16. *x. de teſtam.* Exemplum notabile exhibet Teſtamentum Philippi IV. Hiſpaniarum Monarchæ, qui primum, deficiente ſobole, (qui poſtea fuit Carolus Secundus) vocavit Margaritham Tereſiam (dicti Caroli Secundi ſororem conſanguineam, quæ denupta eſt Leopoldo Primo Imperatori) poſt hanc ejuſve poſteros, Sabaudam familiam, hac deficiente domum Auſtriacam. vid Hübner. *polit. hiſtor. tom.* 2 *libr.*

1.

1. *qu.* 126. Aliud Philippi Principis Arauſionenſis, de quo Huber. *tom.* 2. *hiſtor. civil.* 2. *ſect.* 3. §. 4. Aliud Friderici Henrici Principis Arauſionenſis apud Eundem *tom.* 3. *hiſtor. civil. libr.* 1. *ſect.* 7. § 6. qui Wilhelmo filio (Wilhelmi III. M. Britanniæ regis patri) ſine liberis mortuo ſubſtituit filiam ſuam Louiſam Friderici Wilhelmi Brandenburgici uxorem.

§. 56. Denique, rogo Lectorem, velit obſervare *ſubſtitutionem* aliquam ex Jure Novello, *Tacitam*, quæ fit tacite in caſum negativum, & ſimul affirmativum, illum inquam Affirmativum de quo ex Nov. 1. *cap.* 1. monui ſupra §. 39. ubi eam *Novellam* cognominavi. *add.* §. 46. *ſupra.* Illud etiam admoneo ex Gothofredo *not. ad l.* 16. *h. t.* eſſe Doctores, qui argumento *d. l.* 16. ſtatuant, ſubſtitutione vulgari tolli jus ſuitatis. Sed errant, cum filius heres ibi eſſe non poſſit ob incertam poſtumi nativitatem, non autem propter ſubſtitutionem vulgarem. vid. Schröter *de jure Suitatis c. ult.*

T I T. VII.

De Conditionibus Inſtitutionum.

§. 57. Nunc obſervetur, *Tertio*, Modus quo Heredis inſtitutio peragitur. Inſtituuntur heredes vel Pure, vel Sub conditione, vel Ad-

jecto

jecto die. Adjicitur aliquando & Modus: ſed hic puritatem actui non adimit. *v. §.* 164. *infr.* Dies aut certus eſt, aut incertus. Certus, ſive apponatur ut terminus a quo, ſive ut terminus ad quem, pro non adjecto habetur. Ratio, tum quod nemo pro parte (etiam temporis) teſtatus, pro parte inteſtatus mori poſſit. *l.* 7. *ff. de R. J.* tum quod ſemel heres ſemper heres ſit. *l.* 88. *ff. de hered. inſtit.* Limita *per* §. 55. *verſ. Ceterum Doctores. ſupr.* De militibus, aliisque monui 2. *aph.* 111.

§. 58. De die *incerto*, eſt regula, eum pro conditione haberi adeoque obſervandum eſſe *l.* 75. *condit. & dem.* limita, niſi tantum incertus *quando* ſit exiturus (ſive dies *mortis*) ipſi inſtituto ſit adſcriptus, is enim pro non adjecto habetur *l.* 21. *quand. dies leg. l.* 62. *ff. l.* 9. *C. de her. inſt.* Dixi: *ipſi inſtituto.* Secus, ſi tertio. Hic enim ante teſtatorem, mortem oppetere poſſet. *vid.* 2. *aph.* 155. Confer. §. *ſeq.* 59. *verſ. quod ſecus eſt.*

§. 59. Conditio eſt qualitas actui quæ vim ejus in caſum futurum incertum differt, adjecta. §. 4. *I. de V. O. l.* 39. *de reb. cred. l.* 34. §. 1. *l.* 79. *pr. de cond. & dem.* Dicitur *adjecta.* Unde adjectiones illæ quæ non niſi ſupererogatorie adnectuntur, cum vel per rei naturam (ex. gr. id quod in utero eſt, lego, *ſi natum fuerit*) vel ex legum diſpoſitione (ex. gr. fundum lego, *ſi non iterum*

ademe-

ademero) tacite inſunt, proprie *conditiones* non ſunt *l.* 69. *de H. I. vid.* § 61 *in fin infr.* Sed *in diem*, dictæ adjectiones reſolvuntur, adeoque mortuo legatario ante talem eventum exiſtentem, legata in hujus heredes tranſmittuntur, quod ſecus eſt in conditionibus *l* 73. *pr. de V. O. l.* 99. *cond. & dem. l.* 6. §. 1. *junct. l.* 5 §. 1. *qu. dies legat.* Opp. *l.* 107. *ff. de condit. & demonſtr.* ubi *pure* ita relinquitur: Ergo non *in diem*. Reſpond. Sunt pro parte *puri* tales actus, ſcil. quoad *transmiſſionem*: at *in diem*, quoad *exactionem l.* 213. *ff. de V. S.* nam & conventiones *in diem* conceptæ, *pura* ſunt oppoſitive ad *conditionales. l.* 8. *pr. ff. de per. & commod. rei vend.* Vid. porro 2. *aph.* 112.

§. 60. Dividitur Conditio: quod ſit poſſibilis vel impoſſibilis. Poſſibilis rurſus eſt triplex: Poteſtativa, Caſualis, Mixta. §. 7. *C. de cad. toll.* Omnis generis poſſibiles conditiones, heredis inſtitutioni recte adjiciuntur, & uſque dum exiſtant, inſtitutio ſuſpenditur §. 9. *I. her inſt.* Excipiuntur liberi: quibus non niſi conditiones poteſtativæ faciles adſcribi poſſunt, *l.* 4. *C. de lib. præt. Nov.* 118. *cap.* 4. Immo portio legitima nullo modo gravari poteſt *l.* 32. *C. de inoff. teſtam.*

§. 61. Impoſſibilis conditio triplex eſt 1. Jure 2. Natura 3. Facto. Niſi tertiam etiam velis impoſſibilem natura vocare, ſed per acci-

dens, *cum* Lauterbach. *p.* 498 *compend.* Facto impoſſibilis etiam illa eſt, quæ *perplexitate verborum* (cum quis ſcil. adeo perplexe loquitur, ut voluntas ipſius intelligi nequeat) vulgo talis audit. *arg. l.* 1. *ff. qui teſt. fac. poſſ. l.* 1. *C. Eccleſ. l.* 23. *f. C. legat.* Heic regula eſt: Conditio impoſſibilis in ultimis voluntatibus pro non adjecta habetur. §. 10. *I. h. l.* 1. *l.* 14 *de cond. inſt.* (*ſecus ac in contractibus. l.* 31. *O. & A.* v. *Part.* 1. §. 155.) Limita (1) quoad liberos: his enim adſcripta impoſſibilis conditio totam inſtitutionem vitiat, cum commodius ipſis ſit, ab inteſtato hereditatem adire *l.* 15. *ff. condit. inſtit.* (2) quoad impoſſibiles perplexitate verborum *l* 73 §. 3. *de R. J.* v. quæ dixi *de Jure Ventris part.* 7. *ſect.* 3. Cum enim teſtamentum ſit voluntatis ſententia *l.* 1. *qui teſt. fac. poſſ.* hæc autem heic percipi nequeat, conſequitur, nec teſtamentum heic eſſe. Solent vulgo talis perplexi ſermonis exemplum producere ex Juliano *in l.* 16. *ff. h. t. Si Titius heres eris, Sejus heres eſto: Si Sejus heres erit, Titius heres eſto.* Ut hoc caſu neuter heres ſit. Ita vulgo. Immo contra: uterque erit. *l. Cornelius* 69. *ff. de Hered. inſtit.* Ut dicta lex 16. non niſi *narrativa* ſit ſententiæ Juliani *in d. l.* 69. Cur enim poſtquam Titius ex. gr. adiit, non adeat & Sejus: uterque ex ſemiſſe! Conf. *l.* 1. §. 16. *bon. poſſ. ſec. tab. l.* 23. *C. de legat.* Quin & ſi adjiciat teſta-

teſtator: *uter eorum volet:* Uterque, ſi velit, erit. Hoc enim per ſe ineſt. Ergo ſupererogatorie adjicitur. §. 59. *ſupr.* actusque valet. Nec obloquitur *l.* 21. *l.* 22. *h. junct.* §. 1. *in fin. l. qui teſt. tut. dar.* Dico enim, loqui de inutilibus diſpoſitionibus non in totum, ſed ex parte tantum. Intuitu ſcil. adjectionum quæ per ſe inſint, *arg. d. l.* 69. Ceterum, cum conditionibus Jure impoſſibilibus connumerari ſoleant & illæ quæ ſtolidæ & deriſoriæ ſunt *l.* 6. *l.* 14. *l.* 27. *h. l.* 113. §. *f. de legat.* 1. ſciendum eſt, tales verti in uſum meliorem *l.* 16. *de uſufr. legat. l.* 25. *f. pign. act.* vid. Limnæ. *j. public. addit. ad libr.* 4. *pag.* 601. & quæ dixi §. 165. *fin. infr.*

§. 62. Conditionis impoſſibilis exitum patitur (1.) conditio omnis quæ nuptiis (quarum libertati obex poni non debet *arg. l.* 7. §. 3. *de bon. damnat.*) infert impedimentum *l.* 28. *l.* 71. §. 1. *l.* 72. §. 4. *de cond. & dem.* qualis non eſt: *ſi caſte vixeris:* nam & in matrimonio caſte vivitur. *arg. Nov.* 18. *c.* 5. *in fin.* vid. Abele *metamorphos. tel. judiciar. part.* 2. *cauſ.* 11. Limita, ut valeant tamen hæ conditiones: *ſi ex conſilio patris vel alterius cognati nuptias copulaveris:* ſcilicet ut tanto honeſtiores nuptiæ contrahantur. Item, *Si Titio* (aut, *in familia*) *nupſeris:* quia tum nuptiæ non impediuntur, ſed promoventur. Item: *Si Titio non nupſeris:* ratio, quia nec tum nuptiæ impediuntur, cum plures viri ſint quam *Titius. Nov.*

22.c.44.l.6.7.& 92.ff.cond. & demonſt. l. 47.pr. de admin. tutel. De Conditione viduitatis ſervandæ, Jus novellum conſtituit, infra annum hanc conditionem debere obſervari: poſt annum autem, uſque dum cautio Mutiana præſtetur *l. 2. l. 3. C. de indict. vidust. Novell. 22. c.44.ſeq.* (2.) Quæ conditionem jurandi heredi imponit. *l. 8. ff. condit. inſtit. l. 20. de C. & D.* (3.) Tenemus, conditionem de amplectenda alia religione, pro impoſſibili habendam eſſe. Generaliter enim hic tenenda eſt regula *ex. l. 15. h. t. Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe, credendum eſt.* Etſi alio animo fuerit Tartarus ille Precopenſis qui cum inter alios coronam regni Poloniæ ambiret, hac animi moderatione ſe commendare voluit: *Tuus*, inquiens, *Lutherus, meus Lutherus: tuus Papa, meus Papa.* Eiſenhard. 14.*jur.natur.* 13.

Tit. VIII.

De Jure Deliberandi.

§. 63. Denique, *Quarto*, notentur Heredum inſtitutorum beneficia, ipſis indulta, ne ſub ſpecie & ſpe lucri hereditarii, damnum ſentiant. *arg. l. 2. de jur. & fact. ign.*

§. 64. Talia ſunt præcipue duo: 1. Jus Delibe-

liberandi. 2. Beneficium inventarii. De utroque dixi 2. *aphor.* 141. *ſeqq.* Add. §. 93. *infr.* & §. 101. *princ.* & *Part.* 6. §. 207. *in fin.* & *Part.* 7. §. 12. *n.* 6.

PANDECTARUM LIB. XXIX.

TIT. I.

De Teſtamento Militis.

§. 65. PRivilegiata teſtamenta (*jung. ſupra* §. 6.) ſunt varia: inter quæ tamen heic eminet Teſtamentum *Militare*: Miles enim, propter imperitiam (quæ pleriſque adeſt *v. Part.* 1. §. 36.) & favorem, quem propter ſubeunda innumera pericula meretur, militarem, *l. un. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* qui adhuc hodie durare debet *Irner. coit.* 43. *§.* 12. cum in expeditione eſt (hodie quando conflictui immixtus vel intentus. Alias in caſtris degens, duos teſtes adhibebit: extra caſtra, jus commune obſervabit. *vid. ſicilim. noſtr. ad ff. man.* 1. *nu.* 82.) poteſt teſtari uti vult. nullaque omnino ad hoc requiritur ſolennitas, ſed tantum probatio voluntatis: voluntas enim militis in expeditione occupati pro jure ſervatur: ait *l.* 1. *C. h. t. pr.* & §. 1. *I. h.* poſſuntque milites te-

 ſtari

ſtari *quomodo velint & quomodo poſſint* : *l.* 3. *&* 15. *C. l.* 1. *pr. l.* 40. *ff. h. t. l.* 15. *C. eod.* Limita *per. Part.* 6. §. 80. *in fin infr.* Idque valet poſt cauſariam vel honeſtam miſſionem, etiam intra annum §. 3. *I. h. t. junct. l.* 26. *pr. &* §. 1. *h. l.* 2. §. 2. *de his qui not. inf. l.* 13. §. 3. *de re mil.* Conf. *Part.* 7. §. 151. Hoc privilegium extenditur ad omnes qui non milites in militari periculo decedunt. *l. un. pr. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil. l. ult. D. h. t.* De limitaneis, præſidiariis, aut ſtationariis, militibus, quæritur, an & hi privilegio jam viſo militari gaudere debeant? Affirmant Hœnon. *ad Inſt. h. t. theſ.* 10. Gothofred. *ad l. pen. C. h. t.* Struv. *ff. h. t. th.* 4. Rebhan. 5. *paralip. quæſt.* 2. Negant Gail. 2. *obſervat.* 118. Vinn. *ad pr. I. h. t.* Tim. Faber 18. *Diſputat. anniv.* 16. Hos ſequor, propter *l. pen. C. h. t. junct. l. un. de bon. poſſ. ex teſt. mil. pr. I. h. t. l.* 1. *l.* 15. *C. h. t.* Ex quibus textibus ſuppleo §. 3. *I. h. t*, aliaque loca de *caſtris* loquentia. Enimvero non omnia caſtra cum expeditione ſunt conjuncta *l.* 17. *inf. ff. de excuſ. tut. l.* 31. *pr. C. de teſtament. l.* 15. §. 3. *ff. de adulter. l.* 2. §. 8. *&* 9. *C. de offic. præfect. præt. Afric. l. ult. C. de offic. militar. judic. Act. Apoſtolor. cap.* 21. *verſ.* 14. *&* 37. *Tacit.* 4. *annal.* 2. *Sueton. Tiber. c.* 37. *& Claud. c.* 21. *Lipſ.* 5. *de milit. Roman.* 1. Sed & ex dictis antea textibus, dictam Negativam limitandam cenſeo,

niſi

niſi ſcil. iidem milites expeditionis neceſſitati ſimul ſint innexi. *arg. l. 9. inf. ff. de j. & fact. ign.* maxime ſi ſint ſimul in hoſtico ſive hoſticolo, *v. l. f. ff. h. t. & d. l. un. ff. de bon. poſſ. ex teſt. milit.* ſubintellige, *periculo.* per *d. l. un.* Eſt autem expeditio nihil aliud quam eductio militis in hoſtem. Cic. 1. *de divinat.* 33. Salluſt. *Jugurth.* ibi: *milites menſe Januario ex hibernis in expeditionem evocat.* quem locum laudat & Vinn. *d. loc.* Unde expeditio ab *ex* & *pedibus*; quaſi *exertio pedum.*

§. 66. Subjungamus & alia nonnulla Teſtamenta Privilegiata. Enimvero pertinet huc (2.) Teſtamentum *Principi oblatum l. 19. C. teſtam.* (3.) Teſtamentum *actis* id eſt protocollo judiciali *inſinuatum d. l. 19.* Utrumque etiam in domo ægroti peragi poſſe, vult generalitas *d. l. 19.* & ratio de qua *Part. 1. §. 86.*

§. 67. Præterea huc ſpectat (4) Teſtamentum *parentum inter liberos. l. 21. §. 1. C. h. t.* De quo dixi *Irner. injur. vap. c. 1.*

§. 68. Porro ad Privilegiata Teſtamenta pertinent (5) Teſtamentum *ruri conditum*: Vid. *l. ult. C. h. t.* (6) Teſtamentum *tempore peſtis aut alterius contagionis factum*, in quo quidem jure Romano de numero teſtium nihil remittitur, ſed tantum teſtium tum inter ſe, tum cum teſtatore conſociatio *l. 8. C. h. t.* Nec neceſſe eſt, ut *in d. l. 8.* pro *oppreſſos*, legamus, *oppreſſis*:

 cum

cum Gothofredo *not. ad d. l.* 1. Nam *opprimere* in eadem lege explicatur per *deterrere.* Ut ſenſus ſit, teſtes per contagionem in regione graſſantem deterritos non conſociari, ſed ſeparatim ſingulos teſtari. (7) Teſtamentum *poſterius in quo*, cum id in priori neglectum erat, *ſcripti ſunt heredes qui ab inteſtato ad hereditatem vocantur*: hic (propter concurrens duplex, Voluntatis & Sanguinis, vinculum: duplicis enim vinculi major efficacia eſt *arg.* §. 2. *l. de adopt.*) ſufficiunt quinque teſtium juratorum depoſitiones *l.* 21. §. 3. *C. h.* nec tamen valet ut teſtamentum, quia deſunt ſeptem teſtes, ſed quaſi voluntas inteſtati. *d. l.* 21. §. *pen. add. l.* 2. *ff. de injuſt. rupt. irr.* Ergo ſi inſtituti ſint fratres, admittentur ſimul defunctorum fratrum filii. *Nov.* 118. *c.* 3. (8) Teſtamentum ad *pias cauſas.* Hoc coram duobus teſtibus ratum eſt, *juxta c. relatum x. h. t.* (9) In univerſum *Jure Canonico* ut ratum ſit quodlibet teſtamentum, ſufficit duos teſtes cum parocho adhibuiſſe *c. cum eſſes* 10. *x. eod.* Sed & (10.) Mores paſſim variant. vid. Kettler, 1. *deciſion. Oſtfriſic.* 24. & 33. Feltman. 2. *inſtit. jur. noviſſ. tit.* 10. §. 1. & *tr. de Feudis c.* 16. §. 7. *n.* 4. Zahn. *de jur. & jurisdict. municip. c.* 37. *num. ult.* Speckhan. 1. *quaeſt. jur* 49. & 50. Sande 4. 1. *def.* 14.

§. 69. Hactenus de Teſtamento Solenni, & Pri-

& Privilegiato, ſeparatim: nunc utriuſque notamus Commune, quod hereditas ſcil. eodem delata, poſſit *acquiri* & *omitti*, quam in rem teſtamenta *aperiuntur*, *inſpiciuntur*, & *deſcribuntur*. Ubi notandus eſt & omiſſionis & acquiſitionis effectus. De omiſſione eſt regula: *Qui hereditatem ex teſtamento non adiit, oneribus hereditariis non adſtringitur.* Ejuſque, inter alias, exceptio, niſi *quis* ſcil. *omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hereditatem*: contra talem enim comparata eſt *actio* ad relicta nihilominus præſtanda. De acquiſitione hereditatis itidem regula eſt: *Heres fit herus omnium prout in patrimonio defuncti fuerunt.* Excipe: *Niſi hereditas ipſi tanquam indigno, per fiſcum maxime, ablata ſit*: quod fit 1. ſi quis (quod vetatur SCto Silaniano & Claudiano) hereditatem adierit aut tabulas ſaltem teſtamenti aperuerit, antequam de familia id eſt ſervis, per vim occiſi domini, quæ familia auxilium non tulit domino iſti cum occideretur, quæſtio ſive tortura habita fuerit. 2. Si quis aliquem teſtari prohibuerit. Sed attingamus hæc paullo plenius ad ductum *quinque titulorum ſequentium*.

TIT. II.

De acquirenda vel omittenda hereditate.

§. 70. Si teſtamentum jure factum nec infirmatum ſit, acquiritur hereditas ab inſtituto duobus modis, vel 1. ipſo jure, vel 2. facto: pro heredum qualitate & differentia (id eſt heredum differente, ſive diverſa, qualitate) quæ triplex eſt: alii enim heredes ſunt Neceſſarii, alii Sui, alii Extranei.

§. 71. Ipſo jure acquiritur hereditas non tantum Neceſſariis ſive ſervis, ſed & Suis heredibus, id eſt, liberis proxime in Patria Poteſtate conſtitutis. Hi cum olim Patribus eſſent inſtar ſervorum, erant per conſequens ſimul *neceſſarii:* donec jus abſtinendi ipſis a Prætoribus indultum eſt. *l.* 14. *D. ſuis.* §. 1. *ſeq. l. de her. qualit.* Quod autem *ipſo jure* his acquiratur hereditas, id inſignem uſum habet quoad *tranſmiſſionem* in acquirentium heredes. *v.* 2. *aph.* 137. & 3. *aph.* 5. *in fin* Ex hoc eodem fonte pullulat, nuda ſui heredis exiſtentia, confirmari tabulas pupillares *l.* 30. §. 10. *de fideic. libert. l.* 12. *vulg. ſubſt. l.* 42. *acq. vel omitt. her. l.* 44. *de re judic.*

§. 72. Facto acquiritur hereditas Extraneis. Factum illud eſt duplex 1. Aditio 2.

Pro

Pro herede geſtio. Quæ duo ita differunt, quod illa fiat per declarationem animi de acquirenda hereditate verbis *expreſſam*, hæc per *tacitam* quæ ex re ipſa & facto colligitur. *l.* 20. *pr. &* §. 1. *de acq. vel omit. her. v. l* 48. §. 3. *de ædilit. edict.* ut ſi hereditarias res quis locet, vendat, &c. item, ſi defunctum ſepeliat: niſi alio animo, ex. gr. pietatis, id fecerit. Ut conſultum ſit, de animo teſtari. Adde, ſi quis debita hereditaria ſolverit. *l.* 2. *C. dej' deliber.* Non autem huc pertinet, ſi quis conditioni paruerit. *l.* 1. §. 1. *de condict. cauſ. dat.* quod tamen ſecus eſt in Suis *l.* 5. *de cond. & dem. l.* 86. §. 1. *her. inſt.*

§. 73. Effectus ſive ipſo jure ſive facto ſuſceptæ hereditatis eſt, (1) quod heres uti in univerſa onera, quamvis hereditatis vires excedant, ſuccedit §. 5. *I. d. t.* ita & ſibi acquirit omnia defuncti bona. Ratio eſt, quod heres ſit ſucceſſor univerſalis *l.* 24. *ff. de V. S.* & herus §. *ult. in fin. I. de her. qual.* Limita quod ad poſſeſſionem corporalem. *l.* 23. *pr. ff. de acq. poſſ. v. Part.* 6. §. 147. ita tamen ut & hæc fingatur adfuiſſe quoad uſucapionem continuandam atque adimplendam. *l* 30. *ff. ex quibus cauſ. maj. l.* 40. *de uſucap. v. part.* 6. §. 156. (2) Quod nemo ſemel ſuſceptam hereditatem queat repudiare, nec reſtitutionem in integrum petere. *l.* 4. *C. de rep. her.* §. 5. *I. d. t.*

l. 7.

l. 7. §. 5. *de min.* Cum enim heres in unam cum defuncto perſonam coaleſcat, *Nov.* 48. *princ.* (etſi non in delictis *l.* 26. *ff. l.* 22. *C. de pœn. l.* 5. *ff. de calumniator.* nec in *l. ult. C. de evictiоn. v. Part* 4. § 51.) non poterit hanc perſonam a lege ipſi impreſſam, per ſe exuere: adeoque valebit canon, *ſemel heres, ſemper heres. l.* 7. §. 10. *min. l.* 88. *ff. de her. inſtit. d. l.* 4. *C. rep. her.* §. 5. *I. d. t.* Amplia: etſi hereditas damnoſa ſit. *d.* §. 5. Limita per 2. *aphor* 139. [*Admonit. Part.* 1. § 214. & *Part.* 5. §. 39. & 56. & *Part.* 6. §. 6.] Adde: Suos heredes, etſi ipſo jure Civili heredes ſint, habere tamen jus abſtinendi ex Jure Prætorio. §. 2. *in fin. I. de her. qual. & diff.* Sunt ergo Voluntarii *v. l.* 57. *de acq. her.* Add. *Admon. part.* 6. §. 18. *in fin.* Tertius effectus ſuſceptæ hereditatis eſt, quod ſemel adita tranſmittatur in heredes: cum non adita regulariter ad heredes non transmittatur. Excipe Suos. Quod in ſucceſſione ad minimum legitima hodie ad omnes liberos pertinet. *v.* §. *ſeq. verſ. quod jus.* Excipe porro *per* 2. *aphor.* 137.

§. 74. Omiſſio hereditatis fit vel *Abſtinendo* vel *Repudiando:* quorum illud ad ſuos, hoc ad extraneos proprie pertinet. §. 2. *I. de her. qual. & differ.* Utrumque ut vel verbis poſſit fieri vel factis *l.* 17. §. 1. *l.* 88. *l.* 93. *l.* 97. *ff. de acq. vel om. hered.* Omiſſionis autem ef-

fectus

fectus eſt, quod ſemel omiſſa hereditas, iterum adiri nequeat *l.* 4. *C. de rep. hered.* quam aſſertionem limita quod ad minores, quibus per reſtitutionem in integrum ſuccurritur *l. ult. C. eod. v. part.* 1. §. 214. Sed & ſuis in *d. l. ult.* ſi res parentum nondum alienatæ fuerint, id datur, ut immiſcere ſe, etſi jam ſemel ſe abſtinuerunt, poſſint intra triennii ſpatium, quod *minoribus* ſuper quadriennium, ut ita hoc caſu habeant ſeptennium, etiam rebus jam per ſucceſſorem interim diſtractis, indulgetur. *Irn. c.* 22. §. 13. Quod Jus Suorum hodie ad omnes indiſtincte liberos pertinere, exiſtimo, *per Nov.* 118. *c.* 4. ibi: *in quacunque ſucceſſione aut hereditate. Add. Sictlim. Manip.* 3. *num* 21. Deinde limita, ut omiſſio pendente conditione facta, non noceat *l.* 4. *l.* 13. *ff. h. t. l.* 45. §. 1. *de legat.* 2. Adhuc limita, niſi omiſſio errore facta ſit, de quo *l.* 97. *ff. h. t.* etſi Papinianus contra ſenſerit, ut narratur in *dict. l.* 97. & ſecundum hujus viſionem reſponderit Wiſſenbach *h. t. th.* 15. Deinde omiſſionis is effectus eſt, quod repudians, nulla a defuncto ſentiat onera *l.* 1. *C. de rep. hered.* quod limita, tum quoad reorum criminis Majeſtatis deſcendentes maſculos *v. j. Filior. m.* 7 tum quoad cauſam primipilarem quæ filium tenet etiam non adeuntem. *l. f. C. de primipil.* tum per Titulum quartum hujus libri, *de quo mox* §. 77. *dicam.*

Ve-

Veluti nec ulla a defuncto ad omittentem devolvuntur commoda. vid. Tabor. *relat. Argentorat.* 42. *nu.* 9. niſi quod credamus, poſſe quem Legitima Portione accepta, reliquam repudiare hereditatem. *arg. Nov.* 1. *cap.* 1. Dixi *d. tr. de jure Filior. m.* 3 Conf. *ſupr. part.* 2. §. 34. Eadem ratio eſt Feudi Agnatici. Dixi *d. tr. ant.* §. 5.

TIT. III.

Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.

§. 75. Omnibus quicunque deſiderant (*& de calumnia jurant l.* 3. *C. h.*) teſtamenti inſpiciendi deſcribendique poteſtatem facturum ſe Prætor pollicetur. Ratio autem hujus edicti manifeſta eſt. Neque enim (*regulariter*) ſine judice tranſigi, neque apud judicem exquiri veritas de his controverſiis, quæ ex teſtamento proficiſcerentur, (*regulariter*) aliter poteſt, quam inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti *l.* 1. *ff. teſtam. quem. aperiant. junct l.* 3. *C. eod. vid. Part.* 1. §. 161. *n.* 4. Hunc in finem ergo fit Teſtamenti Apertura: eaque duplex. Una eſt ſolennis & regulariter obtinet. Altera Non ſolennis, & non niſi urgente juſta cauſa peragitur. Illa fit coram Magiſtratu, ad eam, omnibus iis quorum intereſt, & teſtibus

bus ad recognoſcenda ſigilla, convocatis, & pro majori parte comparentibus, aut ſaltim (ſi nempe alibi habitent) miſſas ad ſe tabulas recognoſcentibus. Hæc autem (minus ſolennis) fit, Proconſule aliove magiſtratu ad quem ea res pertinet curante, omnibus forte ſignatoribus abſentibus, & tamen cauſa aperturam urgente, coram honeſtis viris, ita ut coram iiſdem teſtamenti tabulæ rurſus occludantur, & deinde denuo ſed ſolenniter aperiantur. *l.* 6. *&* 7. *ff. l.* 4. *&* 5. *C. hoc tit.* Dixi, *regulariter.* Si enim aliunde tranſigentes gnari fuerint effecti eorum, quæ teſtamento comprehenſa ſunt, tranſactio etiam non apertis lectiſque tabulis ſubſiſtet. Quin & partes aperturæ & inſpectioni tabularum renuntiare poſſe, etiam tacite, credimus, cum quilibet commoditati jurique ſuo renuntiare valeat. *l.* 51. *C. de Epiſcop.* Add. Balck. 1. *elect.* 2. Diſſ. Vinn. 1. *qu.* 8.

§. 76. Ceterum ab hac Apertura diſtinguenda eſt Teſtamenti Publicatio, qua Teſtamentariæ tabulæ in Archivum aut Acta publica referuntur: quæ Publicatio geminum uſum habet, & 1. generalem, ut ſi forte exemplum unum perierit, ex Archivo, publicisve actis, ea jactura poſſit ſarciri: & 2. ſpecialem reſpectu Teſtamentorum privata fide nitentium, maxime nuncupativorum, ut ita publica teſtamentis hiſce fides paretur. Ob has, inquam, rationes

tiones, Aperturæ publicatio ſalutariter conjungitur aut ſubnectitur. add. Speckhan. 1. *quæſt. jur.* 78.

T i t. IV.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo, poſſideat hereditatem.

§. 77. Duo membra tituli indicat hæc Rubrica, quorum unum agit de eo qui *ab inteſtato* hereditatem poſſidet omiſſa cauſa teſtamenti: alterum de eo qui alio modo eandem poſſidet. De poſteriore (ex. gr. ſi quis pro emtore aut pro donato aliove titulo) modo non pro herede aut pro poſſeſſore, poſſideat, ſciendum eſt, eum actione ex Edicto hujus tituli non conveniri. *l. ult. ff. h. t.* At adverſus priorem, ſi nempe heres teſtamento ſcriptus, in legatariorum ſimiliumque fraudem, teſtamentum doloſe repudiet & ab inteſtato ſuccedere malit: aut etiam ab herede ab inteſtato veniente, vel a legatario fideicommiſſis onerato, pecuniam accipiat, ne adeat: tum Prætor utiles actiones legatariis ceteriſque concedit adverſus heredem ſcriptum, ceteroſque heredes qui heredi ſcripto, ut abſtineret, pecuniam dederunt, ad præſtandum omne id quod legatario ſimilibuſque ex judicio defuncti competiiſ-

tiiſſet, ſi ſcriptus ex teſtamento hereditatem adiiſſet. *l.* 1. §. 12. *l.* 4. §. 2. *ff. l. f. C. h. t.* Ubi tamen ſciendum adhuc, heredem ſcriptum habere exceptionem ordinis ſive excuſſionis, ita ſcil. ut poſſeſſor hereditatis prior excutiatur, maxime ſi lucrativam habeat poſſeſſionem *l.* 2. §. 1. *ff. h.* Habet præterea heres ſcriptus deductionem quartæ Falcidiæ in ſpecie ita dictæ aut Trebellianicæ *l.* 18. §. 1. *h. t.* niſi inventarium omiſerit *l. ult. C. de jure deliber.* Interim ceſſat hæc actio in totum 1. ſi ex defuncti voluntate heres ſcriptus poteſtatem omittendi cauſam teſtamentariam adeptus ſit *l.* 23. *in f. C. de legat. l.* 6. §. 1. *ff. h. t.* 2. Si alia juſta cauſa fuerit *dict. l.* 6. §. 3. qualis ſane eſt, ſi teſtamentum injuſtum fuerit. Quin & 3. jure noviſſimo ceſſabit regulariter, ſaltem legatariis ceteriſve ita volentibus: cum hi hodie gaudeant beneficio Novellæ 1. cap. 1. vigore cujus & legata aliave relicta ſua percipere, & hereditatem integram in ſe transferre valent. *vid. ſupra* §. 59. Immo ceſſat & 4. Jure anteriore, ſi fideicommiſſarius univerſalis (ſingulari id enim negatur) heredem ad adeundum velit cogere *l.* 17. *h. t.*

TIT, V.

De Senatus conſulto Silaniano, & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur.

§. 78. Hic duo nota ſis Senatusconſulta, unumque Edictum Prætorium, ad quæ tria & Rubrica noſtra reſpicit. Primum eſt Senatuſconsultum Silanianum, latum temporibus Auguſti, quod vult, ſi dominus morte violenta perierit, non debere tabulas teſtamenti aperiri, nec hereditatem adiri, antequam tortura in ſervos inſtituta, in violentæ cædis auctorem curate inquiſitum, & de noxiis ſupplicium ſumtum, fuerit: Si quis contra fecerit, ut huic ceu indigno hereditas a fiſco auferatur. *l.* 1. §. 17. 1. *l.* 5. §. 2. *l. ult. ff. h. t.* Secundum eſt, Senatuſconſultum Claudianum, quod Claudii temporibus præfatum illud Silanianum non tantum confirmavit, ſed & gemino augmento adauxit, nempe 1. ut SCtum etiam obtineat in iis ſervis quibus libertas a teſtatore data eſt. *l.* 1. §. 16. *h. t.* & 2. ut marito occiſo etiam locum habeat in uxoris ſervis, &, verſa vice, uxore occiſa in mariti ſervis *l.* 1. §. 15. *h. t.* *Tacit.* 13. *annal.* 32. *Paul.* 3. *ſentent.* 5. *Neroniano.* Tertium eſt Edictum Prætorium, ex quo actio datur popularis, adeoque unicui-

que

que ex populo, adverſus aperientes aut adeuntes quoſcunque, ad pœnam centum aureorum inter actorem & fiſcum hoc caſu dividendorum *l. 25. §. ult. ff. h. t.* Dixi: *hoc caſu:* quoniam actio popularis alias pœnam facit actori applicari ſoli: ita, inquam, regulariter. *Vid. Adm. Part. 7. §. 79.* Interim hæc tria hodie parvi admodum uſus ſunt, cum & ſervis careamus, & actiones populares parum frequententur, magiſtratu crimina inſpiciente & vindicante. Ut ita heres ad accuſationem inſtituendam nunc cogi non poſſit. *Ord. Crimin. art. 214.*

T I T. VI.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coegerit.

§. 79. **D**uas Titulus præ ſe fert partes: unam, ſi quis aliquem teſtari prohibuerit: alteram, ſi quis aliquem teſtari coegerit. Sed de poſteriori parte altum in legibus titulo huic ff. ſubjectis ſilentium eſt.

§. 80. Priori caſu, ei tanquam indigno aufert Fiſcus hereditatem, qui captans hereditatem ab inteſtato, prohibuit, ne defunctus teſtamentum conderet, aut dum ſperat hereditatem ex teſtamento, prohibet ne teſtator hoc mutet. *l. 8. ff. h. t. Conf. Adm. Part. 5. §. 158. ſeq.*

§. 81. Poſteriori caſu, teſtamentum ipſo

jure nullum eſt, eo quod in ultimis voluntatibus non ſolum voluntas, ſed & ejus *libertas* requiratur. *l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* adeoque non poteſt heredi, in tali injuſto ſive nullo teſtamento ſcripto, hereditas, aut hujus portio, ipſi data, auferri, cum nullam unquam jure acceperit. *arg. l.* 76. *de ſolutionib. junct. arg. l.* 9. §. 3. *ad exhib.* & alterius improbitas non debeat aliis nocere *l.* 155. *pr. de R. J.* adeoque nec heredibus ab inteſtato venientibus aut teſtamentariis per fiſcum aufferri lucrum ob factum tertii qui defunctum ad teſtamentum iſtis nocivum faciendum vi compulerat. Confer. Wiſſenb. *h. t. ff. th.* 13. & Struvius *Juriſp. Rom. German. forenſ. lib.* 2. *tit.* 20. §. 1. *nu.* 5. ſui immemor *ad ff. exerc.* 34. *th.* 52. ubi add. Muller. qui pro noſtra ſententia adducit Kurrer *de teſtam. coacto th.* 32. Brunneman. *diſſertat. de Spe: cap.* 2. *num.* 6. *ibi: Sed error hic manifeſtus, quia l.* 1. *ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. de prohibente loquitur: Lex.* 1. *C. eod. de cogente quidem agit, ſed de Fiſco nihil.*

§. 82. Utrique autem caſui communia ſunt 1. quod vim faciens, ad pœnam criminaliter poſſit conveniri *l.* 1. *C. h. t.* 2. Quod hoc titulo vis & dolus pari paſſu ambulent. *l.* 2. *pr. &* §. 2. *h. t.* ita tamen ut a dolo ſeparentur permiſſæ blanditiæ, ad quas pertinet & ſermo maritalis, de quo *in l. ult. ff. & C. h. t.*

TIT.

Tit. VII.

De Jure Codicillorum.

§. 83. Vidimus Teſtamentum hactenus in ſe: nunc videamus idem in acceſſoriis. *Reſpice ſis ſupr.* §. 1. In Acceſſoriis Teſtamentariis potiſſimum ſunt tria: 1. Codicilli. 2. Legata. 3. Fideicommiſſa. Pertinent huc & Tutelæ: ſed jam præmiſſæ *Part.* 4. *§.* 136.

§. 84. Codicilli (quaſi parvi codices. v. a Coſta *ad. rubr. I. h. t.*) hoc loco ſunt ſupremæ voluntatis noſtræ citra heredis inſtitutionem coram quinque teſtibus uno contextu facta teſtatio *l. ult. C. h. t.* Dixi, *hoc loco:* alibi enim Codicilli alia notant, veluti litteras atque diplomata Principum Ordinumve in Republ. quibus officia ſuis conferunt: immo & pro privatis litteris ad amicum ſcriptis *Tacit.* 1. *ann.* 6: 6 *&* 3. *ann:* 16: 5. *l.* 41. *pr. de excuſ. tutor. §.* 4. *I. quib. mod. patr. pot. ſolv.* Guther. 1. *offic dom. Auguſt.* 14. Oldendorp. *claſſ.* 5. *pag. mihi.* 807.

§. 85. Dixi: *citra heredis inſtitutionem.* In hoc enim principalis & fundamentalis inter teſtamentum & codicillos conſiſtit differentia §. 34. *ibi: caput & fundamentum. I. de legat. junct.* §. 2. *I. h. t.* In teſtamento illa ut neceſſario debeat adeſſe; in codicillis, abeſſe. Ad fideicommiſſa tamen hæc differentia non pertinet:

 fidei-

fideicommiſſarius enim, etſi univerſalis, heres non eſt §. 3. *I. de fid. heredit. l. 7. §. 10. de minor.* Unde & per fideicommiſſum hereditas codicillis recte relinquitur. *d* §. 2. *I. h. t.* Sed tum ſalva manet quartæ Trebellianicæ detractio: cujus prohibitio in ſolo teſtamento permiſſa eſt *Nov. 1. c. 2. §. 2. ibi: ne confund. l. b. l. 32. in fin. C. de appell.*

§. 86. Dico *quinque. d. l. fin.* Sed tu id limita quoad codicillos cœci, ubi requiruntur teſtes octo, *l. 8. verſ. quæ in eundem modum C. qui teſt. fac. poſſ.* Deinde limitatur quoad codicillos parentum inter liberos. *vid.* Goehauſ. 2. *peric. acad. 31. ſub. fin.* Item quoad codicillos coram actis, aliove modo privilegiato, factos. *arg. l. 21. de R. J.* Dico: *teſtibus.* Indiſtincte. Ut indicem, etiam feminino teſtimonio in codicillis locum eſſe. §. *ult. I. h. t.* niſi quod Coecus & hic maſculos adhibere debeat. *l. 8. verſ. quæ in eundem modum, C. qui teſt. fac. poſſ.* Nec obſtat: in teſtamentis tamen omnibus mares tantum ad teſtimonium admitti. Enimvero non debent confundi jura teſtamentorum & codicillorum. §. 2. *ibi: ne confundatur jus teſtamentorum & codicillorum. I h. t.* Nec magis obſtant argumenta ex Aulo Gellio 6. *noct. Attic.* 7. aut ex *l. 2. ff. de R. J.* juncta inſcriptione *d. l. 2.* & *l. 20. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Ex Auli Gellii dicto loco probatur, feminas non fuiſſe olim teſta-

ſtabiles, cum id lege Horatia uni omnium feminarum fuerit datum, quam Tarratiam vocat. Verum nec huic argumento quicquam ineſt ponderis. Jus enim illud antiquum poſtea mutatum eſſe, ex *l.* 20. §. 6. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* & *l.* 18. *ff. de teſtib.* abunde conſtat: ita ut jure poſteriori regula fuerit, feminas ad teſtimonium admitti: niſi exceptiones hujus regulæ probentur. Duas tales exceptiones proponunt *d. l.* 20. §. 6. & *d. l.* 18. Cum autem exceptio Tertia quo ad codicillos nullibi extet, ſequitur, quoad hos manere regulam Juris novi, feminas ad teſtimonium admitti. Etiam, inquam, in codicillis, quia nullibi apparet exceptio. *l.* 12. §. 43. *de inſtruct. l.* 1. § 5. *de Prætor. ſtipul. l* 63. §. 1. *de cond. & dem.* Alterum ſupra ex l. 2. ff. de R. J. ejuſque & d. l. 20 inſcriptione, indicatum argumentum, vult, teſtimonia, ad civilia pertinere officia. Verum, præterquam quod argumentum ab inſcriptionibus legum depromtum, lubricum ſit, propter notiſſimam mixturam rerum ſæpe ſubjectarum variarum & diverſarum: Sciendum eſt iterum, non confundendum eſſe, ut jam monui, jus teſtamentorum & codicillorum *d.* §. 2. *junct. l.* 7. *C. h.* Certe, iſi teſtimonii dictio ad civilia officia pertinuit ad arcendas ab iis feminas, non ſpectabit ad ea hodie regulariter *d. l.* 20. §. 6. *d. l.* 18. Argumentum ab auctoritate ſcholiaſtis Harme-

 nopu-

populi, de quo & Vinnius *ad.* §. 6. *I. de teſtam.* plane nauci eſt, non curandum magis quam ipſius Harmenopuli contra fundamenta Juris Romani quid aſſerentis, utpote cum hic ſeculo duodecimo & in Græcia vixerit. Maſtricht, *hiſtor. jur. Eccleſiaſt. n.* 283, *ſeqq.* Nunc revertamur ad codicillorum ſupra datam definitionem. Dixi ibi porro, *uno contextu:* quo diſtinguuntur, a mortis cauſa donatione. Imo hic excludit & ceteras, præter teſtamentum ſcil. quod prioribus jam excluſum ſatis erat, ultimas voluntates, etiam illam de qua §. *ult. I. de fideic. her.* & *l. ultim. C. eodem.* Quo ad unum ergo contextum, teſtamenta & codicilli conveniunt. Etiam quoad teſtium ſubſcriptionem. *d. l. ult.* §. *ult.* Eſt & tertium, in regula, quæ vult, eum qui teſtamentum facere non poteſt, nec codicillos facere poſſe *l.* 6. §. 3. *l.* 8. §. 2. *ff. h. t.* quam tamen nota ſis officium ſuum perdere quoad filiosfam. *l.* 25. §. 1. *de mort. cauſ. don.* Sed & dicta regula ad ſolum defectum juris teſtandi pertinet: non ad defectum teſtium aut formæ teſtamentariæ. *pr. &* §. *f. I. h. t* Plura ad caput de Codicillis ſpectantia exhibui *lib.* 2. *aphoriſm.* 368. *& ſeqq.*

PAN-

PANDECTARUM LIB. XXX. XXXI. & XXXII.

De Legatis & Fideicommiſſis.

§. 87. SEquuntur (*vid. ſupra* §. 83.) Legata & Fideicommiſſa: quæ duo 1. luſtrabimus tractatu Generali: tum 2. eorundem perpendemus Species: denique 3. Contraria.

§. 88. Et quidem in generali tractatu tres libri Pandectarum occupantur, nempe liber 30. 31. & 32. Quorum ille allegatur de Legatis Primo: Sequens, vocatur de Legatis Secundo: Ultimus, de Legatis Tertio. Subintellige ubique: *libro*.

§. 89. Legatum eſt donatio quædam a defuncto relicta ab herede præſtanda §. 1. *Inſt. de Legat.* Vid. *ad l. 2. aph.* 146.

§. 90. Legati olim quatuor erant ſpecies (ſive genera: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem) non formulis tantum, ſed & effectu multum inter ſe differentes. *Videſis 3. de Ventre 6. §. 3. ubi de legato damnationis, quod non gaudebat olim jure accreſcendi. l. 16. pr. de legat.* 1. add. §. 112. *in fine. infr.* & *Vinn. ad* §. 2. *&* 8. *I. h. t.* Sed olim. Hodie omnium legatorum, tum quod ad cetera, tum

tum intuitu dandæ actionis, regulariter una natura eſt, daturque pro ſingulis triplex potiſſimum actio *l.* 1. *C. Comm. de leg.* & §. 1. *I. h. t.* nempe 1. Actio ex teſtamento. 2. Rei vindicatio. 3. Hypothecaria. Vid. 2. *aph.* 147. add. *Adm. part.* 6. §. 224. *infr.*

§. 91. Sed & aliam novitatem quod ad legata introduxit Juſtinianus, exæquando ea fideicommiſſis, ita ut nulla inter iſta & hæc ſit differentia *l.* 2. *C. dict. tit.* §. 3. *I. h.* Quam tamen exæquationem intelligo de *permixtione*, ut Juſtinianus ſe ipſum interpretatur *dict.* §. 3. *I. h. in fin.* Quam ita iterum intelligo, ut maneant eſſentiales quæ inter legatum fideicommiſſumque intercedunt differentiæ, in legato tamen ſemper ſit fideicommiſſum tacitum, & contra: quemadmodum ſubſtitutio vulgaris continet tacitam pupillarem, & contra. *l.* 4. *ff. de Vulg. & P. S.* v. §. 51. *ſupr.* Quemadmodum (ſine, Lector, me uti hoc ſimili) vitrum continet vinum, & tamen idem non eſt cum vino: eodem fere modo legatum continet fideicommiſſum, & ab hoc iterum continetur. Hanc ſententiam volunt illa: *inhærere*, *accommodare*, *aggregare*, *creſcere*: quæ ſunt *in d.* §. 3. *I. h. t.* & *in l.* 2. *C. comm. de legat.* quæ *auctionem* notant & *incluſionem*. Vult eandem manifeſtiſſime *d. l.* 2. *C. comm. de legat.* ibi: *quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur eſſe legatum: & ſi*

ſpe-

ſpecialiter legati tantum faciat mentionem teſtator, hoc & legatum & fideicommiſſum intelligatur, & ſi fidei quid committatur, hoc & legatum eſſe videatur. Ergo, ſi dicam: *Titio do lego centum:* fingor ſimul dixiſſe: *Heres rogo te ut tu des Titio centum.* Ergo ſi iſtud dixerim alia extra teſtamentum ultima voluntate, nihil egi intuitu Legati expreſſi: recte egi intuitu Fideicommiſſi taciti. *vid.* §. 10. *in fin. I. de fideic. hered.* Ergo &, licet a legatario legari nequeat: *pr. I. de ſingul. reb.* fidei commiſſi tamen incluſi jure id ſuſtinebitur. Ergo & Fideicommiſſo Univerſali inhærebit Legatum, hujuſque (poſitis terminis habilibus) actiones. *vid. ſis tamen* §. 155. *infra.* Unde & fideicommiſſario univerſali dabimus actionem ex teſtamento. Stryck. *ff. de fideic. her. pet.* Poteſt & fideicommiſſarius univerſalis uti remedio altero de quo ex Novell. 1. c. 1. ſupra admonui §. 39.

§. 92. De rebus quæ legantur, eſt regula, legari poſſe cujuſcunque generis res *l.* 120. *de V. S.* Quæ ampliatur limitaturque varie, ut dixi 2. *aph.* 150. *ſeq.*

§. 93. Quod ex §. 4. *I. h.* conſtat, re aliena a ſciente legata, heredem cogi illam a domino emere, ſaltim ut emat, anniti: id ceſſare crede, in caſu inventarii facti. *l. f.* §. 4. *in f. C. de jur. delib.* *v.* §. 101. *infr.*

§. 94. Inter Collegatarios quibus *res eadem* le-

legata eſt: habet locum jus accreſcendi. §. 8. *I. h.* Etſi enim non omnes *verbis* ſint conjuncti; ſunt tamen omnes *re* conjuncti. Omnes ſunt conjuncti objective: ſed non omnes formaliter, aut modaliter, puta per particulam copulativam *&*, aut ſimilem. Objective, vel in totum: vel ex parte. Aut, quod idem eſt: vel ex utraque facie: vel ſaltim ex prima facie. Ergo, ſi dicam: Cajo & Titio fundum meum do lego, æquis partibus; utrique legavi fundum totum: adeoque ſunt conjuncti objective & realiter & prima facie. Sed poſterior ſive ſecunda verborum facies: *æquis partibus*: ſeparat eoſdem modaliter ſive forma verborum: at non niſi ſecunda facie. At ſufficit conjunctum eſſe vel ſola prima facie *l. un.* §. 11. *C. caduc. tollend.* Cum ergo prima facie habeant hi legatarii *etiam totum*, ſequitur, falſum eſſe quod Diſſentientes urgent, eos habere *tantum partes*. Habent partes: Concedimus. Tantum: Negamus. Habent enim ſimul etiam totum. Unde & gaudebunt Jure accreſcendi. Nec obſtat argumentum ex *l.* 16. *pr. de legat.* 1. cum nulla ibi adſit conjunctio: agit enim de perſona quæ in rerum natura non eſt, & quæ conſequenter conjungi non potuit: Deinde, quatenus de aliis perſonis agit, diluitur per §. 90. *ſupr.* Adde ſis *Admonit. par.* 2. §. 70. *& Jul. Paul.* §. 19. Maul. *theſaur. tr. de legatis, tit.* 13. *n.* 67. *ſeqq.*

ſeqq. Ungepaur, 8. *quæſt.* 15. Bronchorſt 3. *enantioph*. 65.

§. 95. Etiam debitum legari poſſe, ſciendum eſt. Debitum autem vel legatur debitori, & voçatur *liberationis legatum* §. 13. *l. h. vid* §. 143. *infr.* vel creditori, & eſt legatum *debiti* in ſpecie §. 14. *l. h.* vel extraneo tertio, & *nominis* legatum audit *l.* 44. §. 6. *de leg.* 1.

§. 66. Debiti in ſpecie legatum inutile eſt *d.* §. 14. *h.* Limita 1. ſi in diem vel ſub conditione debitum, pure legetur, *d.* §. 14. quod utile eſſe poteſt, etſi vivo adhuc teſtatore dies venerit vel conditio exſtiterit. *d.* §. 14. ubi tum utilitas eſſe poteſt non tantum quoad hypothecam legatariis acquiſitam. §. 2. *I. h.* Sed & quoad actionem ex teſtamento, quæ mixta ſtricti juris & bonæ fidei eſt, ſaltim hactenus bonæ fidei ut uſuras conſequatur ex mora. Item quoad remiſſam forte exceptionem. Add. *l. fin. C. de ed. Div. Hadr. toll. vid. Part.* 6. §. 224. *infr.* Obſtat *l.* 82. *pr. leg.* 2. Reſp. Apud Veteres erat diſſenſus. ibi: *quidam putant.* & *d.* §. 14. ibi: *non placuit ſententia exiſtimantium.* Adeoque Pandectis hoc loco conſtitutionum robur accommodatum non eſt. *vid.* 1. *aphor.* 2. Alii equidem Doctores aliter dictam legem 82. conantur explicare: vid. Berger. *ad Laut. comp. ff. de liber. legat.* Sed Juſtinianea explicatio in *d.* §. 14. aliorum viſiones explodit. v. A Coſta *ad d.* §. 4.

§. 97

§. 97. Porro præfatum de *debiti* in ſpecie ita dictiLegato canonem,id ſcil. inutile eſſe,Limita 2. quoad dotem a marito uxori relegatam, quod legatum utile eſt,non tantum propter citiorem ſolutionem (cujus intuitu dos dicitur *prælegari*) ſive repræſentationem (cum dos mobilis hodie non niſi annua die præſtetur: ceu olim in quantitate dos ſi conſiſteret, annua, bima, trima die) ſed & propter impenſarum in dotem a marito factarum (quas mariti heres alias repetere poteſt. *Admon. IV.* 127.) remiſſionem §. 15. *I. h.*Sed &actiones *ſupr.*§.96.*& ad inſtit. libr.* 2. *aph.* 147. memoratæ, utilitatem non nullæ hoc loco præſtare poſſunt. maxime ſi dotis aut quantitas aut illatio ab uxore probari non poſſit. *v.* §. 15. *fin. I. h. t. add.* §. 116. *infra.*

§. 98. Decrementum & augmentum rei legatæ ad legatarium pertinent §. 17. 18. 19. 20. *Inſt. h. t. v.* §. 142. *infr.*

§. 99. Ad *d.* §. 17. nota 1. rationem diverſarum inibi adductarum deciſionum,dum aliud ſtatuitur in legato ancillæ cum natis, aliud in legato ſervi cum peculio aut fundi cum inſtrumento: legato ancillæ, ſervi, fundi, poſtea ademto: ut nati non intelligantur ademti: ſecus ac juris eſt quo ad peculium & inſtrumenta: hanc inquam diverſitatem petendam eſſe ex *c.*42. *de R. J. in* 6. ibi: *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.* Unde ſi quis

fun-

fundum inſtructum vel cum inſtrumento legaverit, fundo nulla neceſſitate urgente alienato, & inſtrumenti legatum exſtinguitur *d.* §. 17. inſtrumenti inquam quod propter fundum habetur ejuſque acceſſorium eſt: Sed quod ob alium patris familias uſum ibidem habetur, id cum acceſſorii indolem non habeat, nihilominus debetur *l.* 5. *ff. de inſtruct. junct. l.* 12. §. 27. *eod. & d.* §. 17. *I. h.* add. §. 123. *infr.* Porrò tene ſis 2. deciſiones dicti §. 17. intelligendas eſſe, ſi vivo teſtatore quid acciderit §. 20. *pr. h.* §. 17. *ibi: alienato I. de legat. l.* 12. *ff. de pec. l.* 5. *de inſtr.* Poſt mortem ejuſdem ſi quid fit, legatarius dominus utitur regula ex *l.* 49. §. 1. *de R. V.* ibi: *Meum eſt quod ex re mea ſupereſt.* aſt legatarius a morte defuncti, rei in ſpecie legatæ dominus eſt *l.* 64. *furt.*

§. 100. Nunc tene regulam: Quicquid legatæ rei poſt factum teſtamentum accedit, id legatario cedit §. 19 *I. h.* Limita tamen quod ad fructus & uſuras, in quibus attenditur tempus moræ ſive in adeundo ſive in reſtituendo admiſſæ. *l.* 3. *l.* 14. *l.* 32. *l.* 34. *de uſur. l* 2. *l.* 3. *C. de uſ. & fruct. leg.* Ubi tamen & Sublimitatio notabilis eſt (etſi alias Doctoribus heic neglecta) in legatariis piis: hi enim legitima rei legatæ augmenta poſt mortem legantis, aſt tum demum ſi heres in præſtando lapſis ſex ab inſinuatione teſtamenti menſibus moroſus ſit,

exi-

exigunt. *Novell.* 131. *cap.* 12. cujus ſingularis juris ratio eſt, quod tales legatarii aliis iterum commoditatibus mactentur, veluti quod detractioni Falcidianæ ob piæ cauſa favorem, non in moræ pœnam, non ſubjaceant. *Dixi Irner. injur. vap. coit.* 4. §. 10.

§. 101. Legari poſſunt res etiam incorporales §. 21. *I. h.* exempla ſunt: legatum Nominis, Facti §. 21. *I. h.* Generis, Optionis §. 22. & 23. *I. h.* Genus aut natura ſui determinatum, aut facto hominis determinandum eſt. Illud valet: hereſque talem rem emere debet, ſi non ſit in hereditate *l.* 3. *de trit. vin.* quod limita, niſi inventarium confecerit. *vid.* 2. *aph.* 143. Hoc autem, cum ad minimum deduci adeoque nimis deriſorium fieri poſſet (ut ſi legato vino heres guttulam vini præſtaret) non valet *l.* 24. §. 3. *ff. de legat.* 1. *conf. l.* 71. *pr. eod.* & *l.* 69. §. 4. *ff. de jur. dot.* Limit. Niſi teſtator *talem* rem in bonis reliquerit *l.* 71. *pr. de leg.* 1. tum non expreſſa quantitate, præſtabitur omne relictum. *v.* §. 120. *infr.* Ceterum de generis legato notanda regula eſt hæc: *Si generaliter ſervus vel res alia legetur, electio legatarii eſt* §. 22. *I. h.* Excipe (1) Niſi aliud teſtator dixerit. *d.* §. 22. *arg. l.* 19. *pr. de C. & D.* ut in legato Optionis, de quo *mox h.* §. 101. *in fin.* (2) per *l.* 37. *de leg.* 1. ut ſcil. legatarius non eligat optimum: uti non cogitur peſſimum eligere. Exiſtimarunt (3) Doctores

ctores quidam, in caſu, quo teſtator res generis ſupra dicti deriſorii legatas ipſe reliquit plures, de quo caſu agit *l.* 71. *pr. ff. de legat.* 1. eſſe heredis electionem: non legatarii. Peſſime! ex infelici quippe criſi verbis dicti textus (dum pro *vellet* legatarius, legunt *vellent* heredes) adhibita. Adeo inſtabile jus eſt, ubi ab auctoritate probatiſſimi Florentini Codicis diſceditur. *vid. Part.* 1. §. 22. *in fin.* Sed & ratio a Doctoribus his pro ſtabilienda dicta tertia limitatione, adducta ex *l.* 67. §. 8. *ff. de legat.* 2. *teſtatorem* nempe *voluiſſe quam minimum onerare heredem ſuum:* contra expreſſum textum aliaque ſpecialiora juris fundamenta nimis generalis eſt. *v. l.* 80. *d. R. J. l.* 1. *pr. de reg. Cat.* Opp. *l.* 37. §. 1. *de legat.* 1. Reſpond. Non agit de legato Generis, ſed certæ ſpeciei. *ibi: cert.* Ut ſi teſtator leget fundum Cornelianum cum haberet duos, nec appáret de quo ſenſerit: eliget heres. Tu (4) limita quoad quantitatem legatam, ubi tum electio eſt heredis quod ad qualitatem, verbi gratia, cujus generis oleum præſtare velit *l.* 4. *ff. de tritic. vin. ol. leg.* Interim ab hoc Generis Legato, differt legatum Optionis: nam 1. in hoc electio expreſſe datur legatario, in iſto tacite §. 22. *I h. t.* 2. In hoc legatarius eligit etiam optimum *l.* 9. §. 1. *de dol. mal.* in illo non. *d. l.* 37. *de l.* 1. 3. Hoc olim (hodie enim conditio remiſſa eſt) conditionale

 erat

erat, unde & legatarii non optantis morte exſtinguebatur §. 178.*infr*: iſtud purum §. 23. *l.h.t.* 4. Hoc ab adita demum hereditate cedit, iſtud a morte teſtatoris *l.* 16. *ff. de opt. leg.* 5. Hoc ad actus refertur legitimos, iſtud non *l.* 77. *de R. J.* *add.* §. 118. *& ſeq. infr.* Generis Legato ſimile eſt Alternativum. *v.* §. 110. *infra*

§. 102. Si legatarius commercium rei legatæ non habeat, etſi heres teſtatorque habeant, legatum inutile eſt, ita ut nec æſtimatio debeatur. §. 4. *I. h. ibi: vel adipiſci non poteſt.* quæ verba diſtincta ſunt a generalibus iſtis præcedentibus, *cujus commercium non eſt*. *Adde l.* 49. §. 2. *de leg.* 2. *l.* 34. *de V. O.* Quod ſi quis tamen, privatorum voluntate (absque principis juſſu *l.* 39. §. *ult. de leg.* 1.) commercium alicujus rei ejuſve æſtimationis nanciſci poſſit, quo nunc per accidens careat, tum æſtimatio debetur. *l.* 114. §. 5. *de legat.* 1. *l.* 11. §. 16. *de legat.* 3. Berger. *ad Lauterb. h. t. quæſt.* 5. Ergo & legato *feudo*, hujus æſtimationem legatario præſtabit heres. v. Gothofred. *not. ad l.* 114. §. 5. *leg.* 1. Ludwell, *ad libr.* 6. *Cod. tit.* 54. *pag.* 455. Lauterb. *comp. ff. pag.* 512. *in fin.* Feltman *de feud. cap.* 7. §. 2. *num.* 5. Dixi *not. feudal. n.* 178. Stryck. *de feudis cap.* 14. *qu.* 16. Diſſ. Bronch. *feud. c.* 8. §. *adeo autem.* Rudiger. 1. *contr. feud. c.* 31.

§. 103. De perſonis quibus legari poteſt, regula eſt: Omnibus legari poſſe cum quibus teſta-

teſtamenti factio eſt §. 24. *I. h.* Cujus regulæ exceptiones olim erant duæ: 1. Quoad perſonas incertas, ad quas poſtumi alieni ſive non ſui petinebant. 2. Quoad heredis ſervum. §. 25. 26. 27. 28. 32. *Inſt. h.* Sed prius abrogavit ipſe Juſtinianus, modo ſcil. certitudo aut nunc aut ex futuro eventu, voluntati poſſit ſubvenire, *d.* §. 27 *ibi: juſt. emend. v. l.* 10. *ff. de reb. dub. l.* 24. *l.* 49. *C. de Epiſcop. & Cler.* Poſterius moribus noſtris uſum vix habet.

§. 104. Subſtituamus exceptiones duas alias. Harum (1) eſt in *l.* 2. *&* 3. *C. de his qui ſibi adſcr. in teſt.* ſcilicet teſtamenti ſciptoribus (qui *teſtamentarii* dicuntur *l.* 9. §. 6. *her. inſt.*) legata relinqui non poſſe. Amplia 1. etſi quis ſibi adſcripſerit ex ore dictantis teſtatoris *d. l.* 3. *C. de his qui ſibi adſcr.* 2. Ampl. ut talis etiam pœna falſi ex SC. Liboniano, quod legis Corneliæ de falſis augmentum & acceſſio eſt (de quo vid. *l.* 29. *de teſt. tut.* & *Briſſon. Lexic. lit. L. in Libonian. & DD. ad tit. ff. ad Leg Cornel. de falſ. Sueton. in Ner. c.* 17. *& ibi Pitiſc.* §. 10. *Vinn. ad* §. 7. *I. de publ. judic.* & infra *Admonit. part.* 7. §. 113.) teneatur *l.* 4. *C. d. t.* Amplia 3. per *l.* 6. *pr. ff. de falſ.* ut idem ſit, etiamſi teſtamentum poſtea invalidum effectum ſit. Lim. 1. quoad filium ſcribentem *l.* 1. *C. eod.* 2. ut aliquando & pœna falſi remittatur, ut in libertate adſcripta: item militi. *l.* 6. *&* 6. *C. eod.* 3. niſi ea vel teſtator ipſe

manu propria vel venia ejus, tertius adſcripſerit *d. l. 2. & d. l. 3. l. 15. f. ff. de falſ. add. infra* §. 106. *& ſeq.* Secunda, regulæ §. 24. *I. h. t.* comprehenſæ, exceptio eſt in *l. 11. de alim. leg.* nempe alimenta (utpote quæ & brutis debentur, ut a Civitatis jure minime dependeant) etiam iis recte legantur cum quibus non eſt teſtamenti factio. Addunt nonnulli Doctores (3) militis focariam, quod tamen non probat *l. 2. C. de don. int. vir. & uxor.* nec alia lex: niſi ſimul turpis perſona ſit, qualis concubina qua talis non eſt, *vid. l. 41. §. 1. de teſtam. mil. l. 14. de his quæ ut ind. auf. junct. l. 29. pr. l. 49. §. 4. de leg. 3. l. 31. de don.* vid. *Admonit. IV.* 134. Sane, ratio *d. l. 2.* addita (*ne ſcil. milites a focariis ſuis ſpolientur*) non habet locum niſi inter viventes.

PANDECTARUM LIB. XXXIII.

TIT. I.

De annuis Legatis & Fideicommiſſis.

§. 105. INter Species (*v.* §. 87.) Legatorum & Fideicommiſſorum primo loco occurrit Legatum Annuum (Menſtrui legati par ratio eſt *l. 12. §. 6. quand. di. legator.*) quod

quod ſcilicet quot annis eſt præſtandum, ſive ad tempus perpetuum, id eſt, uſque dum legatarius vivet, ſive ad tempus aliud præfixum, veluti uſque dum honores Doctorales conſecutus fuerit, vel uſque dum nupſerit *l.* 17. *h.t.* etſi non exprimatur, ſingulis annis debere præſtari *d. l.* 17. Conf. *l.* 58. §. 1. *de uſufr.* Unde differt a *L*egato, annua, bima, trima, die relicto: hoc enim nonniſi unum eſt, ſed tribus terminis per tres portiones præſtandum *l.* 3. *pr. h. t.* etiam legatarii heredibus *l.* 20. *ff. qu. di. legat. ced.* Sed legatum annuum eſt multiplex: ſunt enim in eo tot Legata quot anni: adeo ut ſingulorum legatorum jus quot annis in eorum principio cedat. *l.* 4. *l.* 11. *ff. h. tit.* ſi modo legatarius id anni principium vivendo attigerit: primi ut anni legatum purum ſit, reliquorum non niſi conditionalia, ſi legatarius vivat. *l.* 4. *l.* 11. *l.* 12. *ff. h.* Oppon, *l.* 16. §. 1. *ff. de V. O.* Non reſpondebo equidem ex Baldo apud Anth. Matthæum 1. *Colleg. Jur. diſp.* 11. *theſ.* 52. *ibi Pomponius ſtultus fuit & una beſtia in concipiendo hoc reſponſo: d. l.* 16. §. 1. veluti conſimilia Juris Civilis elegantia ſi placet elogia ibidem coacervantur. Sed hoc dicam: a diverſis male interri *l. ult. ff. calum. l.* 44. §. 1. *dam. inf.* Lex oppoſita agit de Stipulatione, at nos de Legatis. Verba textus *in d. l.* 16. §. 1. ſunt hæc: *Stipulatio hujuſmodi in annos ſingulos una eſt, &*

incerta, & perpetua: non quemadmodum ſimile legatum morte legatarii finiretur. Ecce ſeparatur Stipulatio a Legato. Ratio differentiæ eſt ſita in natura legati diverſa a ſtipulationis indole. Illud eſt donatio §. 1. *Inſt. de leg*, adeoque fundat ſe amore, quo legans erga certam perſonam fertur, qui non idem eſt erga hujus ſemper heredem, cum poſſit hunc odiſſe. At ſtipulationes fundamentum præcipuum habent, id quod noſtra intereſt §. 18. *I. de inutilib. ſtip. l.* 31. §. 17. *ff. de V. O.* in quo non amorem partis nobiſcum contrahentis, ſed noſtrum & noſtrorum commodum principaliter reſpicimus.

§. 106. Plane ex jam dictis non parum lucis accedit controverſiæ nobili: An ſcilicet annua legata, una præſcriptione tollantur, an potius ad quamlibet annuam præſtationem propria requiratur præſcriptio, adeo ut cum longiſſimum tempus elapſum eſt ab anno primo, anni tamen ideo ſecundi & ſequentium legatis præſcriptum minime ſit? Patet, hoc poſterius concludendum eſſe, cum actionis nondum cum effectu natæ nulla ſit præſcriptio. *l.* 7. §. 4. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. l.* 1. *in f. C. de ann. except.* at anni ſecundi & ſequentium ſunt legata non niſi conditionalia: ergo exigi non poſſunt ante diei adventum & conditionis exiſtentiam: ergo nec ante præſcribi.

§. 107.

§. 107. Si legatarii ſimul heredibus *l. 22. C. de legat.* aut Reipublicæ, vel Eccleſiæ (quo & pertinet quod ſacerdoti & cuſtodibus templi. *l. 20. §. 1. h.* aut in nomine magni Dei & Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti: aut uni Sancto, relinquitur. *vid. l. f. C. de SS. Eccleſ. Nov. 131. c. 9. Ulpian. fragm. tit. 22. §. Deos heredes.*) annuum legatum donatur, id purum eſt perpetuumque *l. 6. & pen. ff. h. t.* Etſi enim uſusfructus tali corpori aut univerſitati relictus, centum annorum lapſu extinguatur, quia is terminus vitæ longævi hominis eſt *l. f. C. de SS. Eccleſ. l. 56. ff. de uſuf.* & uſusfructus heredibus datus, non niſi ad heredes primi gradus pertineat *l. 14. C. d. uſufr.* conſtat tamen, ab uſufructu ad legatum annuum, non eſſe firmam conſequentiam, cum hoc capitis deminutione non extinguatur, ſed nec morte legatarii poſt anni ingreſſum accidente: quod utrumque ſecus eſt in uſufructu *l. 8. ff. h. t. §. 3. I. de uſufr.* vid. Buſ. *ad l. 21. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. num. 7.* Sed & in eo differunt, quod legatum annuum ad heredem legatarii tranſmittatur, ſi legatarius anni principium attigerit, ut vidimus: quod ſecus eſt in uſufructu, qui exſtinguitur, etiamſi maturis nondum tamen perceptis fructibus fructuarius mortuus fuerit. *d. l. 8. conf. §. 36. I. de rer. div.* Ex dictis nota, univerſitatem non aſſimilari ſimpliciter aut in genere homini, ſed abſciſſo

 ho-

homini *longævo*. Unde nec de vita hominis dictis legibus agitur in genere, ſed in ſpecie de vita hominis *longævi*. Ergo non agitur ibidem de quæſtione ad quod tempus homo *ſoleat* vivere? ſed, ad quod *poſſit*? Homines *poſſunt* longævi fieri, ſed non *ſolent*. De his quæ *ſolent* fieri, enaſcuntur præſumtiones. Unde ſequitur, non eſſe præſumendam vitam centenariam, etſi ſit poſſibilis. Ut in quæſtione, ad quod tempus homo præſumatur vivere, inhærendum ſit regulæ *l. 1. in fin. ff. de jur. del.*

§. 108. Et hoc obſervari heic meretur, ſi quid in annuis fructibus uno anno deſit, id ex fertilioris anni ſequentis fructibus debere penſari *l.* 17. §. 1. *h.* quod ſecus eſt in legato uno & non annuo *l.* 5. *ff. de tritic. vin.* vid Struv. *tractat. quem vocat.: Gothofredi Immo: ad d. l.* 5.

§. 109. Sed quid ſi legatum annuum non expreſſa quantitate relictum ſit? Præſtabitur, quod teſtator præſtare ſolitus fuerat: ſi id non apparet, ex dignitate perſonæ ſtatui oportebit. *l.* 14. *ff. h. t.* ubi intellige perſonam legatarii. *arg. l.* 69. §. 4. *in f. de jur. dot. l.* 22. *de aliment. leg. Confer* §. 133. *n.* 4 *infr.*

TIT. II.

De uſu & uſufructu & reditu & habitatione & operis per legatum vel fideicommiſſum datis.

§. 110. Succeduntaliæ legatorum ſpecies in Rubrica memoratæ quinque. Ubi Uſus legatum eſt quo alicui non domino jus re aliqua utendi, non ſimul fruendi, conceditur. *vid. ad. I. libr. 2. aph. 55. & 56.*

§. 111. Uſusfructus legatum eſt quo alteri jus & utendi & fruendi re aliena conceditur *vid. d. aph. 55. & 56.* Sciendum tamen adhuc, ſub legato *fructuum annuorum* idem comprehendi *l. 41. ff. h.* quin & cauſalis (quem vocant *v. Part. 2.* §. 64.) uſusfructus ſub legato *fundi*, etſi alteri ejuſdem fundi uſusfructus relictus ſit, continetur *l. 19. h. l. 26* §. 1. *eod. 58. de Verb. Obl.* Quod ſi autem uſusfructus cum pleniſſima poteſtate alienandi fundum: aut etiam fundus ad utendum fruendum, legatus eſt: his poſterioribus duobus caſibus, ipſum fundi dominium in dubio relictum eſſe cenſeri debet. *l. 15. ff. de aur. & arg. leg. l. 6. & 9. C. de uſufr.*

§. 112. Hic controvertitur (1.) quid juris ſit, ſi quis uſumfructum omnium bonorum alicui legato reliquerit, & bona habeat ex fideicommiſſo ipſi heredi præſtanda, an

ſcil. hoc caſu legatario debeatur & uſusfructus talium bonorum fideicommiſſo ſubjectorum? Mihi negativa ſemper placuit: *ſunt enim magis in legandis ſuis rebus quam in alienis comparandis & onerandis heredibus faciliores voluntates*: ut ſonat ratio *in l.* 67. §. 8. *ff. de legat.* 2. Ut quamvis ultimas voluntates ſoleamus plenius interpretari *arg. l.* 12. *de R. J.* id non legatariorum ſed heredum reſpectu intelligendum ſit *d. l.* 67. §. 8. aut ſi & legatariorum reſpectu, id tamen non oppoſitive ad heredes, ſed ad actus inter vivos & contrahentes intelligi debeat. *vid.* §. 130. *infra.* Unde ſequitur, legatario incumbere onus probandi, teſtatorem præfata bona ſub legato iſto uſusfructus comprehenſa voluiſſe, eoque in probatione hac deficiente, heredem a præſtatione uſusfructus talium bonorum abſolvendum eſſe: ſecundum *rerum naturam*, id eſt proceſſuum ſive litium ordinem & regulam, *de qua in l.* 23. *C. de probat. junct. l.* 4. *Cod. de edend.* §. 4. *in fin. I. de legat.* Conf. Weſel *ad Nov. Ultr. art.* 5. *n.* 3. & Huber. *prælect. ff. h. t. n.* 1. qui tamen a ſe ipſo diſſentit *in poſitionib. ad ff. d. t. num. ult.* citato Sandio *lib.* 4. *tit.* 4. *def.* 9. Plane ſi quis Sandium ſequi malit, is tamen neceſſario ejus ſententiam limitabit, duntaxat ut obtineat in caſu quo teſtator ea bona fideicommiſſo ſubjecta eſſe ſcivit, quod legatarius probabit. *d.* §. 4. *I. de leg.* Quin ſi

bona

bona ex Fideicommiſſo, tertio (non heredi) reſtituenda ſint, cur non eadem diſtinctio inter teſtatorem ſcientem & ignorantem, ita ut legatum valeat caſu quo fideicommiſſum cognitum fuit, obtinere debeat, ratio nulla eſt: immo hic idem jus efflagitat generalitas *dicti* §. 4. *Conf, l.* 10. *C. legat.* Alia (2) controverſia eſt, an legatum uſusfructus, ipſum jus in re poſt mortem legantis recta via ſine heredis traditione in legatarium transferat? Quod affirm. per. *l.* 10. *&* 29. *ff. h. t. l.* 25. §. *f. de uſuf. l.* 64. *de furt.* vid. *Admon. part.* 2. §. 74. Opp. *l.* 3. *pr. ff. de uſufr. l.* 2. *ff. ſi uſusfr. pet.* Reſpond. 1. loqui de poſſeſſione vel quaſi. 2. agere de legato damnationis quod olim ab herede præſtabatur.

§. 113. Legatum Reditus, de quo etiam Rubricam hujus tituli vides conceptam, continet in ſe jus perſonale *l.* 22. *h. t.* percipiendi quid ex re cujus poſſeſſionem non habet legatarius, ſed retinet heres, adeo ut legatarius nullum inde jus in re conſequatur, ſed ad rem; valente herede ipſam etiam rem vendere & quantitatem annuam legatario præſtare: ut ab Uſufructu, Reditus differat, *percipiendi modo*, etſi *objecto* cum eodem poſſit convenire. *l.* 38. *ff. h. t. add. Admon. part.* 2. §. 73.

§. 114. Habitationis Legatum eſt, quando quis alteri jus inhabitandi ædes alienas largitur.

v. §.

v.§.pen. & ibi DD. l. de uſu & hab. Conſimiliter, Legatum Operarum eſt cum quis jus capiendi operas a ſervo alteri legat: de quibus & ſupra *Adm. II.* 82. *ſeqq.* Adde tamen ſis 1. Legari etiam poſſe operas liberi hominis *l.* 3. *h. t. Conf. Aphoriſm. noſtr. ad Inſtit lib.* 4. *aph.* 57. *verſ. & frigidum eſt.* 2. Operarum legati diem cedere demum ex die quo petuntur. *l.* 7. *h.* Adhuc 3. Habitationem in ſingulos annos relictam deberi initio cujuſque anni *l.* 11. *h. t. ubi add. Goth. not.*

TIT. III.

De Servitute Legata.

§. 115. Alia (& quidem, ad Pandectarum ſeriem hoc loco, Septima) Legati ſpecies eſt Legata *Servitus*, intellige *Rerum* ſive *Realis*: ita enim in ſpecie & ſtricte ſumitur aliquando vox *Servitutis. rubr. ff de Servitutib. junct. rubr. h. t. Adm. II.* 87. Hic tene ſis 1. Servitutem a pluribus relictam, ſingulos debere integram, propter indiviſam ſervitutis indolem *l.* 86. *de V. S. l. ult. ff. h t.* 2. Poſſe eandem & per conſequentiam legari: ex. gr. ſi legem tibi partem poſteriorem fundi mei ad quam, niſi per priorem fundi ejuſdem partem, iter non patet. *l.* 1. *h.* add. *Aphoriſm. noſtr.* 2. *ad Inſt.*

Inſt. 58. *in fin.* 3. Diem a morte teſtatoris cedere & hoc caſu, fluit ex regulari legatorum natura, de qua *l.* 64. *de furt. conf. l.* 3. *ff. h.* add. §. 112. *in fin. ſupr. & Part.* 2. §. 74.

TIT. IV.

De Dote Prælegata.

§. 116. Octavo maritus uxori ſuæ recte (etiam generalibus verbis. *v. l. f. h. t.*) dotem legat, etſi hæc res uxoria ſit, & conſtante inquam matrimonio, & eo ſoluto, in bonis uxoris naturaliter exiſtens. *l.* 3. §. 5. *d. minorib. l.* 30. *C. de jur. dot. vid. Part.* 4. §. 117. *& ſeq.* Ubi ergo nota ſis exceptionem a regula, quæ vult, rem ſuam nemini legari poſſe. §. 11. *I. de leg.* cujus exceptionis ratio eſt, quod hoc dotis legatum varia contineat nova commoda, quibus abſque hoc legato uxor dotem repetens gaviſura non fuiſſet. *v. ſupr.* §. 97. Adde ſis, pacta, quæ doti in præjudicium uxoris annexa fuerant, hoc legato aboleri. *l.* 1. §. 1. *h.* Adde ſis, etiamſi maritus nullam omnino dotem vel non tantam acceperit, legatum hoc tamen dotis utile eſſe, modo certa dotis quantitas expreſſa fuerit, ſaltem relative ex. gr. facta relatione ad inſtrumenta dotalia. *l.* 6. *& pr. &* §. 1. *l.* 8. *h. t.* §. 15. *I. de leg. arg.* §. 30. *I. eod.* Quod ſi autem indefinite & ſimpliciter maritus uxori dotem rele-

relegaverit, quam non accepit, legatum erit inutile. §. 15. *l. d. t. vid. ſupr.* §. 101. *verſ. Hoc autem.* Etſi talis dos a *patre* promiſſa utilis ſit, pro modo facultatum patris & dignitate mariti, ejus tum quantitate conſtituenda *l.* 69. §. 4. *de jur. dot.* Quod autem inter commoda Prælegatæ Dotis nonnulli & hoc numerant, quod 1. uxor legataria acquirat actionem in rem. 2. quod ita amittatur exceptio competentiæ. *v. Lauterb. comp. ff. pag.* 519. id parum momenti habet: nam actionem in rem habet & uxor ceu dotis domina, & quidem cum pleno effectu poſt matrimonium ſolutum. Tum & tacitam hypothecam in omnibus mariti bonis pro dote cum habeat, habebit ſane & actionem hypothecariam. Exceptionem autem competentiæ heres extraneus mariti non habet, nec adeo eandem amittit: liberi habent, nec ob omiſſum patris legatum amittent. *v. l.* 12. *l.* 13. *l.* 18. *ſolut. matr. l.* 25. *de rejudic. junct. l.* 67. §. 8. *de legat.* 2.

§. 117. Diſtinguendum a Legato *Dotis prælegatæ*, eſt Legatum *Dotis*, quod etiam aliis feminis quam uxori relinqui poteſt, habetque in ſe conditionem, ſi nuptiæ ſequentur: neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt *l.* 3. *ff. de jur. dot. arg. l.* 20. *C. eod.* Unde ſi legtaria talis femina ante nuptias mortua ſit, legatum extinguitur, quoniam ea natura legatorum conditionalium eſt, ut legatariis ante conditionis

exiſten-

exiſtentiam demortuis, legata intercidant. *l. 71. §. 3. de cond. & dem. l. 41. §. 1. de j. dot. l. un. C. de caduc. toll. l. 4. pr. l. 5. §. 2. ff. quand. di. legat. vel fid. ced. vid. §. 178. infr.*

TIT. V.

De Optione vel Electione Legata.

§. 118. Nonam ſpeciem exhibet *Optionis* Legatum, quod idem *Electionis* cognominatur *l. 2. pr. h. t.* propterea quod legatárius electionem hic habeat omnino liberam: eſt enim Optionis Legatum quo alicui generaliter res legatur cum expreſſa clauſula, ut eligi queat quodcunque etſi optimum lubuerit. Unde differt a Legato Generis. *v. ſupra* §. 101. Adde: tria optari poſſe, ſi plurium optio ſit conceſſa. *l. 1. h. t. contra arg. l. 12. de teſtib.*

§. 119. Si plures ſint quibus optio relicta eſt, & circa electionem diſſentiant, ſorte lis dirimenda eſt. *l. ult. pr. C. commun. de legat.* Quin & ſi moras nimias traxerit legatarius, Prætor terminum præfigit, intra quem electio peragatur, aut non eligens, damno actionis legatorum, niſi omnia adhuc in integro ſint, multetur *l. 6. ff. h.* cujus legis ratio, ne venditio quandoque eligente legatario interpelletur, etiam

TIT. VI.

De tritico, vino, vel oleo legato.

§. 120. Decimam ſpeciem facit legatum Tritici, Vini, Olei: quod ſi datum ſit, abſque expreſſa quantitate, debetur omne id quod teſtator mortis tempore reliquit. *l. 7. pr. ff. hoc tit.* Quid ſi nihil reliquit? Legatum eſt deriſorium §. 101. *ſupr.* Quod ſi autem teſtator quantitatem expreſſerit, at tacuerit de qualitate, heres hanc eliget: ut repræſentavi *ſupra* §. 101. Obiter narro: Sextum Pomponium tritici ope a podagra liberatum fuiſſe: *apud Plinium 22. hiſt. nat. 25. & ita emenda* Feltman *tr. de Dea Podagra c. 28. n. 8.*

§. 121. Sub vini legato venit omne id quod ex vinea natum eſt & vinum permanſit *l. 1. 6. 9. ff. h. t.* Unde 1. Cereviſia (ſive, ut Florentiæ in d. l. 9. legitur, *cerveſia:* non ita dicta a Cerere, ut Gothofredus *ad d. l. 9.* tradit: ſed, quia Germanorum potio præcipue fuit, a Germanico *Zehren.* vid. quæ dixi *Virgin. Florentin. c. 2. §. 15.*) legato vino non comprehendetur, nec 2. acetum *d. l. 9.* niſi aliud voluiſſe teſtatorem probetur *l. 23. inf. C. de legat.* quod ex patris fam. affectione ex. gr. erga cerveſiam, & uſu, colligitur. *d. l. 9. pr.* ſed nec 3. vaſa,

 ſaltem

ſaltem non majora, quæ in cellis vinariis ad pepetuum uſum haberi, neque cum vino tradi vendique ſolent. *l.* 3. §. 1. *l.* 14. *l.* 15. *ff. h. t.* minora autem vaſa, acceſſionis quaſi vi, vina legata ſequentur. *d. l.* 3. §. 1. *vid. l.* 4. *de penu leg.* Utres autem & culei, legato vino non debentur *d. l.* 3. *inf.* cum & hi perpetui uſus gratia cellis vinariis addicti ſint. Par cum his ratio eſt corbium, de quibus *l.* 1. §. *ult. ff. de peric. & com. rei vend.* quo in textu intellige corbes gypſo, reſina, aliave conſolidante materia incruſtatos, ut nihil valeat effluere, qualibus corbibus Romanos olim uſos fuiſſe, conſtat. *v. Turn.* 7. *adv.* 23. *Cato. de re ruſt. c.* 11. *Caſ. de bel. Civ. c.* 54. add. ſimiles ferme naves apud *Gothofredum not. ad d. l.* 1. §. *ult.* conf. *Exod.* 2. *verſ.* 3. ut adeo corbes in *d. l.* 1. §. *ult.* intelligendi veniant inſtrumenta talia cellæ vinariæ, quibus vinum in dolia diffunditur atque hactenus, ad conſervandum inquam hoc caſu, menſuratur *d. l.* 1. §. *ult.* quod non vidit Cujac. 2. *obſerv.* 36. nec Gothofred. *not. ad d. l.* 1. *vid.* Richard. *diſput. inaug. de Spe. Recreatione* 15. Huc refer & cuppas cuppulaſque, utres, culeoſque, de quibus *l.* 3. §. 1. *h. t.* Finali monela ad h. t. de legato vini veteris ſciendum eſt, id intelligi anni præcedentis & anteriorum *l.* 11. *h.* niſi alia legantis mens oſtendatur *l.* 10. *ff. pr. h. ibi: affectione & uſu.*

TIT.

TIT. VII.

De inſtructo vel inſtrumento legato.

§. 122. Undecima ſpecies eſt Legatum *inſtructi* : ſubintellige, *prædii* : quo non ſolum prædii inſtrumenta comprehenduntur, ſed & ea omnia quæ paterfamilias ad ſuam commoditatem, ex. gr. vitra, libros, imagines, cibaria &c. *l.* 12. §. 27. *h. t.* item theriacam & alia medicamenta, ſed & veſtes receſſus cauſa ibi poſitas. *d. l,* 12 §. 41. non autem quæ ſolius cuſtodiæ, aut venditionis cauſa, ibidem habuit. *d. l.* 12. §. 29. *& ſeq. h. l.* 1. *C. de V. S.* Unde patet, legatum fundi *inſtructi*, plenius eſſe quam legatum *inſtrumenti*, quod nil continet niſi ea quæ ad uſum ipſius prædii ſpectant *d. l.* 12. *pr.* §. *ſeqq.* Unde & cacabos & patinas in inſtrumento fundi eſſe dicimus, quia ſine his pulmentarium coqui non poteſt. Nec multum refert inter cacabos & aënum quod ſupra focum pendet: hic aqua ad potandum calefit: quo ſpectat & cucuma *in l.* 1. §. 3. *ff. de ſicar. per ea quæ dixi* 3. *Manipul.* 120. in illis pulmentarium coquitur. Quod ſi aënum inſtrumento continetur, urcei quoque, quibus aqua in aënum infunditur, in idem genus rediguntur: ac de-

inceps in infinitum primis quibuſque proxima copulata procedunt. Optimum ergo eſſe Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis, quid teſtator demonſtrare voluerit, deinde in qua præſumtione ſunt, qui in quaque regione commorantur: *verba ſunt Pauli in l.* 18. §. 3. *ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.* ubi quæ de aqua ad potandum calefacienda in aëno, legis, ad potum Theæ & Caffeæ extendere, nulla eſt neceſſitas: cum præterea ante ſeculum XVI. caffeæ potus extra Arabiam notus non fuerit. vid. Neuman. *ausf. bericht. part.* 1. *n.* 3. Dougteum *de calicib. euchariſtic. cap.* 1. & Theſaur. antiq. Rom. *Tomo XII. & ibi* Vincentii Butii *tractatum de calido frigido & temperato Antiquorum potu & quomodo in deliciis uterentur. c.* 5. *& ſeqq.* & Andreæ Baccii *De Thermis Veterum librum cap.* 27.

§. 123. Duodecima ſpecies eſt Legatum *inſtrumenti*, de quo jam diximus. Adhuc addi heic meretur: Dotes ſive enthecas fundi, non deberi, fundo legato *l.* 2. §. 1. *h. l. ult.. ſup. leg.* (ergo nec inſtrumentum debetur, legato fundo, velut nec ſupellex legata domo. *d. l. ult.* nec peculium legato ſervo *l.* 24. *pecul. leg.* niſi quis ſervo libertatem cum peculio leget *l.* 6. §. 2. *eod.*) niſi 1. infixa quædam ſint vel inædificata, vel 2. fundus, ut optimus maximus eſt, legatus ſit. *l.* 21, 22. 26. *h. t.* vel

t. vel ut inſtructus, vel cum inſtrumento §. *præc.*

§. 124. De *legis* 5. *h. t.* conciliatione cum §. 17. *I. de legat.* dixi §. 99. *ſupr.* Placcius tamen *ad d.* §. 17, non dubitat, Juri Pandectarum per Inſtitutiones hic derogari.

TIT. VIII.

De Peculio legato.

§. 125. Decima tertia ſpecies eſt Legatum Peculii: quod omiſſum, non debetur (*vid.* §. *præc. verſic. nec pecul.*) ne quidem ſervo cui teſtator in teſtamento libertatem adſcripſit §. 20. *I. h. t.* etſi ſi ſervus inter vivos manumiſſus ſit, peculium ei donatum cenſetur, ſi ipſi non adimitur *d.* §. 20. ratio diverſitatis in eo ſita eſſe videtur, quod moriens heredem teſtamento ſibi conſtituat, adeoque omnium rerum, quæ defuncti fuerunt, herum: adeoque & dicti peculii. §. *ult. I. de her. qual. & diff. l.* 24. *de V. S.* quod in actibus inter vivos ſecus eſt. Unde & ad peculia liberorum profectitia idem hoc jus extendi debere, ratio eadem vult. *v. l.* 31. §. 2. *ff. de donation. & l.* 13. *C. famil. erciſcund.*

TIT. IX.

De Penu legata.

§. 126. Penus (14) continet omnia illa quæ paterfam. in uſum ſuum familiæque

 ſuæ

ſuæ ad eſum potumque (exceptis medicamentis) comparavit, etiam ad uſum jumentorum ipſius uſui deſervientium: quin & ligna, carbones, cereos, unguenta, odores, thus, chartas epiſtolis aut ratiocinario deſtinatas, immo & vaſa, quibus penus continetur dummodo adhuc contineatur. *l.* 3. *pr.* §. 6. *ſeqq. l.* 4. *l.* 5. *ff. h. t.* nam quod liquidæ materiæ ſit, quia per ſe eſſe non poteſt, rapit ſecum in acceſſionis locum id ſine quo eſſe non poteſt *l.* 4. *h. t.* Quæ omnia heres etiam moroſus præſtare poteſt uſque ad litem conteſtatam, etſi teſtator eum poſt moram in certam pecuniæ ſummam condemnaverit *l.* 1. *ff. h. t.* puta legatario in præſtationem penoris conſentiente. Quia hæc autem ipſi ſæpe inutilis eſſe poteſt, utpote cum penus facillime corrumpatur, ideo heredis, penum confeſtim non præſtantis, indevotio merito coercetur ut quantitatem illam pecuniæ loco penoris legatario hanc eligenti præſtet. *arg. l.* 173 §. 2. *ff. de R. J. l.* 51. *C. de Epiſc.* Quæ & ſententia eſt, priorem dictæ legis primæ partem corrigentis Ulpiani dum ait: *Puto tamen, ſic voluntatem teſtatoris ſequendam, ut tota ſumma illico poſtquam ceſſaverit heres date penum, uxori præſtetur: heredis indevotione coercenda. d. l* 1. *in fin.*

§. 127. Ex dictis fluit, non tantum Theam, Caffeamque ſub Penu legata contineri, ſed & earun-

earundem capſulas ſive reconditoria: quia & hæc ab illis in acceſſionis locum rapiuntur *arg. d. l. 4. h.* Fluit porro etiam, Tabacum (quippe qui ſi ad cibum aut potum commode referri nequit, ad thus tamen aut certe ad odores poteſt) eo pertinere: niſi ſolius medicamenti uſum in eo habuerit defunctus. Plane & in quæſtione, quid ſub Legato Penoris comprehendatur, optimum erit, ſi Pedium audiamus, cujus effatum vide ſis §. 122. *ſupra.* Nomen autem *Penus* mihi traditum eſt, omnibus generibus dictum: *ait Paulus l. 4. §. 3. h. t.* A Penu dictos eſſe Penates, poſt alios credit Pomey *Panth. Mythic. part. 5. princ.* pro quo eſt *arg. l. 10. ff. de ſtat. hom.* add. Ryck. *ad Tacit. Ann.* 15. 41. 1. Subjicio duo epigrammata Friderici Hoffmannil 3. *epigramm.* 25. *& ſeq.* Prius eſt hoc:

Cur Penus eſt terni generis? Quia veſcitur aucto
Vir, Mulier, Brutum quodlibet uſque penu.

Alterum;

Per Generis variat Declinandique figuras,
Quod rebus *variis* conſtet adaucta penus.

Cum autem Penus maſculini generis eſt, id de declinatione Quarta, non autem de Secunda intelligendum eſſe, monet idem ex Voſſio *de vitiis Sermon. 1. c. 15. in fin.* add. Huber. *Eunom. ad l. 25. §. 16. her. pet.* contra Ant. Fabrum

quí non niſi genere feminino penum dici poſſe contendebat.

TIT. X.

De Supellectile legata.

§. 128. Decima quinta ſpecies eſt Supellex legata, de qua vide ſis Celſum *in l. 7. h. t.* Addo 1. aliis magis videri ſupellectilem dici a *ſub* & *lecto*: quaſi in magna veterum ſcilicet paupertate omnis ſupellex olim ſub lectum potuerit recondi *arg. §. 7. I. de Injur. junct. l. 3. §. ult. h. t.* Si tamen a pellibus, vel ſub quibus olim milites vivebant vel quibus legati olim utebantur *l. 7. pr. h. t. vid.* Gothofr. *not. ad d. l. 7. pr.* originem trahere malis: noris tamen, quod prima in *ſupellex* ſyllaba, brevis ſit: ut in illo: *Tecum habita & noris quam ſit tibi curta ſupellex. add.* Turneb. 18. *adverſar.* 25. *apud* Gothofr. *not. ad d. l. 7.* Sed hoc levius eſt. Porro teneo 2. mihi magis placere ſententiam Tuberonis quam Servii & Celſi quam vides *in d. l. 7.* adeoque poſteriorum horum qui verba teſtatoris volebant debere ſpectari, viſionem limitandam eſſe, *niſi alia defuncti mens probetur.* Hæc viſio eſt Juſtinianea in *l. 2. ſ. C. commun. de legat. l. 23. ſ. C. de legat. l. 19. pr. de cond. & dem. l. 6. de. reb. cred. §. 29. in fin. I. de legat.*

legat. conf. Gothofred. *not. ad d. l.* 7. §. 2. *lit. K.* Et forte an & in ipſa *d. l.* 7. §. 2. *in fin. verbis: niſi forte:* Tuberonis ſententia aut a Celſo aut a Triboniano ejuſve ſociis approbatur.

§. 129. Nunc deſcribatur Supellex, quod ſit domeſticum patrisfam. inſtrumentum continens res moventes non animales ad domeſticum uſum paratas. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 6. *l.* 7. §. 1. *h. t.* Olim excipiebatur aurum argentumque factum *l.* 1. *h.* Sed hoc poſtea eſt mutatum *l.* 3. §. *f. l.* 7. §. 1. *h.* Dixi: *moventes. l.* 2. *h.* Ergo non domus. *l.* 13. *h.* Dixi *domeſtic. uſum.* Hinc, niſi aliud probetur, tapetas, ſi ornamenti tantum cauſa habeantur, ad ſupellectilem non referemus: ſecus, ſi ad inſternendum *l.* 5. *h.* 12. §. 16. *de inſtruct. & inſtr. leg.* Hinc etiam nec picturæ, nec veſtimenta huc pertinent.

PANDECTARUM LIB. XXXIV.

TIT. I.

De Alimentis vel Cibariis legatis.

§. 130. DEcimo ſexto, inſpici meretur Legatum Alimentorum, quo comprehenduntur præcipue tria 1. cibaria 2. veſtitus. 3. habitatio *l.* 6. & *ult. ff. h. t.* Dixi,

præcipue: propterea quod & lectus, ſtramina, & medicamenta, eodem intelliguntur eſſe data *l.* 44. *l.* 234. §. 2. *ff. de Verb. Sign.* Limita tamen per *l.* 8. §. 12. *ff. de tranſaction.* ut ſcilicet ſi de alimentis *tranſactum* ſit: hæc poſteriora alimentorum vocabulo minime veniant, quin ne veſtitus quidem, nec habitatio. Cujus rei ratio eſt, quod tranſactio nunquam fiat gratis, ſed ſemper aliquo dato retento vel promiſſo: at in remiſſionibus juris quæſiti, ſemper voluntates ſtricte ſunt accipiendæ *l.* 22. *ff. de donation. l.* 25. *pr. ff. de probat.* Contra, ultimæ voluntates plenius ſunt interpretandæ *l.* 12. *ff. de R. J.*

§. 131. Interim tamen nec ſumtus ſtudiorum ſub legato alimentorum comprehenſi intelliguntur *l.* 6. & 7. *h.* unde & diſcernuntur alimenta a ſtudiis *in l.* 6. §. 5. *de Carbon. edict. l.* 4. *ff. ubi pupill. educ. l.* 2. *C. de aliment. pupill. præſtand.* Alia quæſtio eſt, an non liberi hominis ſtudia ad *impenſas neceſſarias* referenda ſint? Affirm. *d. l.* 6. §. 5. Alia, an extraneus ad *alimenta* duntaxat obligatus iſtas præſtare teneatur? Neg. *d. l.* 6. Veluti alia quæſtio eſt, an ſignificatio *alimentorum* extraneum ad has ſtudiorum impenſas obſtringat? Alia, an lex tutori vel patri eas etiam præter alimenta, injungat? Add. *J. Filior. m.* 6. §. 1. Studia etiam liberi hominis, de quibus dixi, diſtinguenda ſunt a ſtudiis ſublimioribus, quæ variant *arg. l.* 5. §. 10. *ſeqq. de*

agn.

agn. & al. lib. Hæc pater impendens, cenſetur ſuæ gloriæ & familiæ imputare. *Admonitor. VI.* 21.

§. 132. Sciendum porro, legatum alimentorum ſi uſque ad annos pubertatis datum ſit, competere ad pubertatem plenam: quæ in hac ſpecie ſola reſpectu maſculorum intelligitur ætas octodecim annorum: reſpectu autem femellarum, non niſi quatuordecim *l. Mela.* §. 1. *h. t.* ut adeo puellæ quatuor annis citius alimentis legatis cogantur carere quam maſculi, adeoque & in hac parte vera ſit *l. 9. ff. d. ſtat. homin.* ubi JCtus ait: *in multis juris noſtri articulis deterior eſt conditio feminarum quam maſculorum.* Adde ſis quæ dixi *de Jure Virgin.* §. 45. *& ſupra Admonit. I.* 52.

§. 133. Etiam ſciri meretur 1. Morte legatarii hoc legatum expirare: at non morte heredis *d. l.* 8. §. 10. 2. Legato fundo ad alimenta, fundi dominium legatum cenſeri *l. 4. l. p. h. t. Conf.* §. 111. *ſupr.* 3. Si legati quantitas expreſſa non ſit, inſpiciendum eſſe morem teſtatoris, aut, eo non patente, legatarii conditionem *d. l. pen. add. d. l.* 4. Ex quibus dubia redditur eorum ſententia, qui aſſerunt, eum, qui rem alterius in vicem & loco alimentorum poſſidet, ad rationes reddendas non obligari. vid. Cothman. 4. *reſponſ.* 39. *num.* 69. Heeſer. 1. *de rationib. reddend.* 158. 4. Etiam incapacibus

hoc

hoc legatum recte relinqui *v. ſupra* §. 104. Denique 5. vid. ſupra *Adm. Part.* 1. §. 161. *n.* 2.

§. 134. Cibariorum (17) Legatum non eſt tam pingue quam alimentorum, utpote cum ſub cibariis nil niſi cibus (ergo nec veſtiarium, nec calciarium *l.* 21. *h.*) contineatur *l.* 21. *h.* quod procul dubio fallit, ſi aut alia teſtatoris mens pateat *l.* 23. *ſ. C. de legat. l.* 1. *in med. ff. de pen. leg.* aut alia in ea regione, hominum ſit præſumtio *l.* 18. §. 3. *de inſtruct. v.* §. 123. *verſ. Optimum. ſupr.* Venit hoc Cibariorum legatum etiam nomine Diariorum *l.* 21. *h.*

TIT. II.

De auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veſte vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

§. 135. At, quæ ſe hoc loco exerit Legatorum farrago? vides (18) Auri & Argenti Legatum: quo continetur quicquid auri argentique defunctus reliquerit, ſive id factum fuerit (aurum enim ejus naturæ eſt, ut in ſua ſæpius redigi poſſit initia, qualia materiæ potentia victa, nunquam vires ejus effugiunt, *l.* 78. §. 4. *legat.* 3) ſive infectum: non vero ſignatum ſive pecunia numerata, cum hæc diverſiſſimam a priori, adeoque novam quaſi eſſentiam

tiam, induerit *l.* 19. *pr. h. t. arg. l.* 9. §. 3. *ff. ad exhibend.* immo non veniet numerata pecunia etſi quis aurum factum legaverit, niſi aliud probetur *l.* 27. § 1. *h.* venient tamen ſub auro facto etiam gemmæ auro incluſæ, nam *acceſſio cedit principali:* ut ait *l.* 19. §. 13. *h. t.* Venit & ſub auro facto, id quod fabricari cœptum eſt *d. l.* 19. §. 11. *arg. l.* 65. §. 3. *de legat.* 3.

§. 136. Si quis *aurum ſuum* legaverit, non debebitur id quod teſtatori ex obligatioue debetur: etſi enim actionem habens, rem ipſam in bonis habere videatur *l.* 15. *de R. J.* id tamen ad veritatem dominii minime pertinet, cum *noſtrum* dici non poſſit, quod vindicare non poſſumus *l.* 27. §. 2. *h. junct. l.* 34. *pr. h. & Sicilimenter. noſtr. manip.* 2. *num.* 155. Ceterum, omne aurum ſuum debebitur, etſi legaverit indiſtincte *l.* 8. *h. t. junct. l.* 8. *ff. de public. in rem act.* §. 3. *I. de vulg. ſubſtit. l.* 7. *ff. de trit. vin. ol.* Quarum legum argumenta idem jus & in aliis rebus obtinere volunt, ex. gr. ſi quis veſtes ſuas (de quibus & *d l.* 8) legaverit indiſtincte, etſi non addiderit *omnes. l.* 25. §. 6. *h. t.*

§. 137. Sequitur (19) Mundus legatus: intellige, muliebrem: quo venit omne id quo mulier, fit mundior: continentur eo ſpecula, matulæ, unguenta (voluptaria *l.* 21. §. 1. *l.* 25. §. *f. h. &* §. 140. *infr.*) vaſa unguentaria, & ſi qua ſimilia dici poſſunt, veluti lavatio, ri-

ſcus

ſcus *l.* 25. §. 10. *hoc tit.* Per muliebrem autem ornatum intellige & infantilem & puellarum & virginum: mulieres enim omnes dicuntur quæcunque ſexus feminini ſunt *d. l.* 25. §. 9.

§. 138. Alibi *mundus* aliter accipitur: veluti *in l.* 17. *C. de fid. inſtrum.* Et adhuc alio ſenſu in famoſa illa *l.* 9. *ff. ad L. Rhod. de jact.* ubi *mundi* dominus dicitur Imperator: id eſt, orbis terrarum, ſupple, *qui noſtris gubernaculis regitur*: juxta *l.* 14 *Cod. de judic.* ut ridiculi aut ſatyrici nimis ſint, qui in *dict. l.* 9. muliebrem mundum, quaſi ejus duntaxat Imperator dominus ſit, intelligi ſcribunt. Interim viatorie moneo, in verſione Latina *d. l.* 9. *in verſ. Ego quidem mundi dominus.* eradi debere: *id*: cum non ſit in textu authentico, id eſt Græco: qui quod ad dictum verſiculum hoc modo debet verti: *Ego quidem mundi dominus ſum, jus autem maris Lege Rhodia judicetur.* Id eſt: quamvis ego Imperator totius mundi, adeoque & maris, quatenus gubernacula mea ſe extendunt *l.* 14. *C. de judic.* domnius ſim (dominio Eminente. *vid. Adm. I.* 40.) volo tamen, ut jura maris, non ſecundum leges Romanas, ſed ſecundum Rhodias dijudicentur. In textu Græco eſt: νομος θαλάσσης. id vulgo vertunt: *lex maris.* Sed νομος apud Græcos varia notat: non tantum *legem*, ſed & 1. *mores:* item

item 2. *præfecturam:* 3. *diſtributionem:* 4. *commorationem:* & alia. Græca illa ſine accentibus ſcribo, ut quilibet ea ſine accentibus vulgo addi ſolitis legere queat, quod veteres factitaſſe tradit Henninius Collega olim in Academia Duisburgenſi meus, tract. cui titulum fixit: ΕΛΛΗΝΙΣΜΟΣ ΟΡΘΩΙΔΟΣ. Vel ſi maxime accentus adponi quis amat, is in νομος vel primæ ſyllabæ frontem eo exornet vel poſterioris ſyllabæ caudam tali exaſperet, prout nempe aut hoc aut illud menti legis nonæ magis congruere exiſtimaverit. Sive nunc ergo νόμος legeris, intelliges, *mores* maris ſecundum Rhodiorum jus judicandos eſſe: ſive νομὸς malis, dices *diſtributionem* & *collationem* quæ in rebus ejectis conſervatisque facienda eſt, dijudicandam eſſe ex legibus Rhodiis: aut *præfecturam* maris, jusque in eo *commorantium*, ex lege Rhodia diſcerni debere. Ut adeo ceſſet ineptia (quod ſcilicet ſecundum verba dicta legis nonæ, νομος debeat judicari per νομον. Sed non vident variæ ſignificationis eſſe vocem νομος.) de qua Cruſius *ad d. l. 9. c. 12. n. 1.*

§. 139. Differt ergo a Mundo Legato, legatum Ornamentorum muliebrium. Enimvero (20) Ornamenta muliebria ſunt quæ ad corpus ornandum habentur, veluti, inaures, armillæ, viriolæ, annuli præter ſignatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur niſi

cor-

hica quæ equis inſterni ſolent *l.* 25. §. 3. *h. t.* E quamvis quædam ex veſte magis ornatus gratia quam ut corpus tegant, comparentur: tamen quod eo nomine ſint reperta, potius habenda eſſe veſtis numero quam ornamentorum. *conf.* §. 122. *verſ. Optimum. ſupra.* Similiter ornamentorum eſſe conſtat, quibus uti mulieres venuſtatis & ornatus cauſa cœperunt, neque referre, ſi quædam eorum alium quoque uſum præbeant, ſicut mitræ & anademata: quamvis enim corpus tegant, tamen ornamentorum non veſtis eſſe *l.* 26. *h.* Unde & Faciales (vulgo *Maſques:* Græcis προσωπίδια) huc refero: niſi tegendi duntaxat cauſa habeantur. Eadem ratio eſt mitrarum quæ a notiſſimo illo Galliæ regis Ludovici XIVti Veſticontubernio Maria Angelica de Fontange nomen ſuum trahere amant. Idem eſt de univerſa ferme feminei capitis exteriore œconomia quam Apoſtolus ἐξουσίαν appellat 1. *Corinth.* 11. *verſ.* 10. id eſt, *poteſtatem*, intellige reſpectu viri in muliere *paſſivam*, quam mulier repudians, angelos contriſtabit. *vid.* Theophil. Raynaud *de Pileo, ſect.* 5. *& ſeqq.* Aliam explicationem habes apud Braunium *ſelect. ſacr. libr.* 1. §. 69. Aliam videre licet in *Obſervationib. Halenſib. tom.* 6. *obſ.* 11. & *Actis Eruditor. Lipſienſ. de anno* 1703. *pag.* 281 add. Lazari Bayffii *annotat. ad L. Veſtis ff. h. t.* Gel. Fam. *part.* 27. *p.* 154. Ceterum virgines facilius capitis

tegumento poſſent carere: ſiquidem in capillo malint incedere, ut virgines non cogantur invitæ talem exuſian capiti imponere, utpote maritali poteſtati non ſubjectæ, v. Feltman. *feud. cap.* 10. §. 4. *n.* 7. Quæ autem veſtis virilis aut muliebris ſit, ex teſtatoris uſu æſtimandum eſt *l.* 33. *h. t.* non obſtante *l.* 110. §. 1. *de V. O.* ut declaravi *tr. de J. Virgin.* §. 43. repudiata inepta, ab aliis etiam exſcripta, Gothofredi ad d. l. 33. explicatione. Vid. & Forner. 1. *ſeleEtion.* 1.

§. 142. Statua (23) legata, venit & ipſa ſtatua & acceſſio ejus: veluti, ſi brachium ei adjectum fuerit *l.* 14. *hoc tit. confer.* §. 29. *I. de legat. & ſupra noſtr.* §. 99. etſi ad ædium inſtrumenta, ſtatuæ non pertineant *l. pen. ff. de V. S. l.* 12. §. 23. *de inſtrum. vel inſtr. leg.*

TIT. III.

De Liberatione legata.

§. 143. Denique (24) huc pertinet Liberatio legata, quando creditor debitori, id quod hic debet, legat, *l.* 1. *pr. h. t.* quod debitori omnino utile eſt: nam 1. heres defuncti neque a debitore, neque ab ejus herede, neque a fidejuſſore (ceu acceſſorio *l.* 43. *ſolut.*) unquam deinde poteſt exigere debitum, aut

aut ſi agat, repellitur exceptione *l. 2. h. l. 3. pr. l. 8. §. f. h. §. 13. l. de legat.* Quin immo poteſt & 2. legatarius heredem actione ex teſtamento convenire, ut legatarium acceptilatione liberet *l. 3. h.* cui hodie effectu æquivalet apocha ſive quietancia. *vid. Aphoriſm. noſtr. ad Inſt. lib. 3. aph. 86.* Habet & 3. condictionem indebiti ſi ſolverit *l. 26. §. 7. de cond. indeb.* Et 4. condictionem ſine cauſa, ad inſtrumentum obligationis reddendum *vid. Admonit. 3. §. 21.* Denique 5. etiam remedium ex *L. Si contendat 28. ff. de fidejuſſ.* aut ex *L. Diffamari. 5. C. de ingen. manumiſſ.* vid. *Admon. Part. 2. §. 10. & ad Inſtit. 3. aph. 104.* Nec non 6. implorationem officii judicis pro liberatione impertienda. 4. *aph. 118.* Brunneman. *de jur. Princ. circ. ration. civit. c. 6. n. 7.*

§. 144. Liberatio etiam legata cenſetur; dum quis chirographum debitori legat *l. 3. h.* non autem legato pignore, quod ſolum pignus diſpoſitioni domini reſtituit *l. 1. §. 1. h. Confer. Adm. I. 146. & IV. 32. in fin.*

§. 145. Poteſt & teſtator jubere, ne ad tempus aliquod debitum petatur *§. 13. l. h. t.* quo caſu & uſuræ interim non current *l. 88. R. J. l. 117. V. O.* Contra: indefinita liberatio admittit diſceptationem, an adhuc ſint reliqua, & dolo quid ſit admiſſum: niſi & hæc remiſſa probentur *v. l. 20. f. l. 28. §. 9. h.* Tabor.

relat. Arg. 119. Si legatarius nihil debeat, legatum inutile eſt *l.* 25. *h. t. l.* 32 *§.* 5. *de legat.* 2. *l.* 75. §. 1. *de leg.* 1. niſi quod ſecus ſit quoad dotem §. 15. *fin. I. de legat. arg. l.* 2. *ff. de jur. dot.* Lauterbach. *ff. h. t.* Voet. *commentar. ff. h. t. num* 2. a ſe ipſo diſſentiens *compend. ff. h. t. n.* 5. add. Huber. *præl. ff. h. n.* 2. *&* 4. quibuſcum tamen confer quæ habet idem *prælection. ad Inſt. tit. de legat. n.* 13. A Liberationis legato diverſum eſt legatum debiti quando debitor creditori id quod debet, legat: de quo *vid.* §. 69. *ſupra.*

TIT. IV.

De adimendis vel transferendis Legatis vel Fideicommiſſis.

§. 146. Sequuntur contraria legatorum (*vid.* §. 87. *ſupra*) ad quæ pertinet *Primo*, quod Legata aliquando *Adimantur* vel *Transferantur.*

§. 147. Adimitur legatum, vel 1. *Ipſo jure.* Vel 2. *Ope Exceptionis.* Vid. 2. *Aphoriſm* 156. Add. in dubio ademtionem non præſumi *arg. l.* 27. *C. de teſtam.* Maurit. 2. *conſil.* 1. Alexand. 5. *conſil.* 169. *num.* 8. Adde: Fideicommiſſum a legatario relictum & poſtea fideicommiſſario ademtum, etiam legatario ademtum eſſe *l. pen.*

pen. §. 1. *h. t.* Vid. quæ ſcripſi *Virgin. Florentin. cap.* 2. §. 3. Adde: Si legatum fuerit ſeparatim duobus Titiis datum, & uni Titio ademtum, necconſtet cui, neutri ademtum eſt *l.* 3. §. 7. *h. t. j. l.* 10. *de reb. dub.*

§. 148. De Translatione legatorum dixi 2. *Aph.* 157. Commemoratio repetita legatarii primi, inducit translationem *l.* 89. *de cond. & dem.* (non repetita, conjunctionem §. 8. 7. *de legat.*) niſi habeat adnexam formulam conjunctionis, fit enim conjunctio variis modis *l.* 142. *ff. de V. S.* ubi & illa formula: ex qua parte Seium heredem ſcripſi, ex eadem ſcribo Titium. Ut formula: *ex ea parte qua:* inducat conjunctionem, non traſlationem *l.* 15. *ff. de hered. inſtit.* Quando autem tranſlatio facta eſt, cenſetur in dubio eſſe facta cum onere primiter adnexo *arg. l.* 243. *ff. de V. S. l.* 13. *de alim. leg.* Magirus *præl. ad d. l.* 142. Niſi conditio prioris legatarii perſonæ cohæreat ex. gr. ſi uxori ſublatis liberis legaverit *l.* 24. *h.* aut alia defuncti voluntas doceatur *l.* 243. *fin. de V. S.*

TIT. V.

De Rebus Dubiis.

§. 149. Secundum, quod Legatis & Fideicommiſſis obſtaculo ſit, eſt ambiguitas

guitas quæ faciat rem dubiam. Quod ſi enim teſtator tam ambigue locutus ſit,ut de certa ejus voluntate conſtare nequeat, legatum aut quicquid id eſt, ceſſat: veluti ſi legaverit mille, & non addat cui leget *l.* 3.4.10.27.*h.t.l.* 9. *&* 62. *de hered. inſt. v.* §. 157. *infr.* paria quippe ſunt, non eſſe, &, non apparere *l.* 77. *contrah emt. v. l.* 73. §. 3. *& ibi* Sande *ff. de R. J. Conf.* §. 61. *ſupr.* Dixi: *ut conſtare nequeat.* Enimvero ſumma ope niti decet, ut ſupremæ voluntates conſerventur *l.* 12. *l.* 21. *&* 24. *h.t.* adeo ut & improprie vocem liceat accipere, modo voluntas defuncti eruatur *l.* 69. *pr. de legat.* 3. *l.* 23. *f. C. de legat. l.* 3. § *f. ff. de ſupell. legat.* vid. §. 123. *verſ. optimum. ſupr. &* Diſput. *ad Legem Vinum* §. 17.

§. 150. Et ita quidem dubiam rem facit ipſe teſtatoris ſermo. Ceterum poteſt & alio modo ambiguitas ex ipſa re emergere, ſed quæ res legatum non facile reddit inutile. Veluti ſi duo pluresve ſimul nati, aut ſimul mortui fuerint. De priori caſu vide ſis *l.* 10. §. 1. *h. t.* ubi conditio legatariæ adſcribitur, ſi primum marem pepererit: quæ tum ſi uno utero, marem & feminam peperit, ſi dubium ſit quid prius ediderit, præſumemus priorem maſculum erupiſſe in dias luminis auras: in ambiguis enim rebus humaniorem ſententiam ſequi oportet, inquit Ulpianus *d. l.* 10. §. 1. Hinc

fa-

fabricatur a DD. generalis præſumtio, maſculum ante femellam editum præſumi. Quam præſumtionem ego dicto textu fundari, nego. Sane enim ratio modo viſa Ulpianæa vult, illum illamve prius lucem adſpexiſſe qui quæve partu anteriori legatum poſſit conſervare. Ut humanitas non ſit petenda ex natura *maſculi*, ſed *legati*. Unde ſi teſtator legatariæ conditionem adſcripſerit, ſi primum filiam pepererit, & uno utero edat & filium & filiam, viſa Ulpiani ratio vult, præſumtionem ſtare pro priore filia.

§ 151. De poſteriori, plurimum commorientium inquam, caſu: eſt *l.* 22. & 23. *ff. h. t.* Sume caſum: Titius duos patrueles (*nepotes*, vulgus vocat) habens ejusdem ætatis, Cajum & Sempronium: Caji ſorori Corneliæ mille aureos legat, ſi Cajo Sempronius ſupervixerit. Finge, Cajum Semproniumque naufragio pariter periiſſe, incertumque eſſe, uter ex his duobus patruelibus prior exſtinctus ſit? non dubito, quia hic iterum de legato conſervando agitur, præſumtionem capere, Cajum præmortuum eſſe. Id efflagitat ratio Ulpiani *ex l.* 10. §. 1. *h. t.* modo viſa. Cui addamus Paulum *in l.* 21. *h. t.* ubi ait: *Semper in dubiis id agendum eſt ut quam tutiſſimo loco ſit res bona fide contracta: niſi cum aperte contra leges ſcriptum eſt.* Eandem deciſionem efflagitat *l.* 8. *l.* 9.

§. ff. h. t & l. 17. §. penult. in fin. ff. ad SC. Trebell. Plane quod nonnulli regulam ex *l. 16. 17. & 11. ff. h t.* ſtatuunt, quaſi commorientes præſumantur in dubio *ſimul* eſſe mortui, in eo falluntur: cum dictæ tres leges non regulam exhibeant, ſed ſingulares duntaxat caſus *d. l. 18. princ.* ibi: *in his caſibus. add d. l. 16. ibi: aliis.* Unde & ſimilibus in caſibus idem judicandum *l. 12. l. 13. de legib. l. 32. L. Aquil.* Finge, dictos patrueles naufragio periiſſe & inteſtatos mortuos: pertinebitne Caji hereditas ad Sempronii cognatos, an Sempronii hereditas ad Caji cognatos? Dividetur. Præter hos autem in dictis legibus extantes caſus: nota ſis & alios caſus ſingulares quibus commorientes, in dubio non pariter mortui, ſed alter præ altero mortuus in dubio creditur: puta ſi pater & filius commoriuntur: diſtinguendum eſt tum inter filium puberem & impuberem: ita ut ille credatur mortuus poſt patrem: hic, ante. *l. 22. & 23. h. t. l. 9. §. 1. & §. ult. eod. l. 26. pr. de pactis dotalib.* Immo eſt & caſus quo nec hæc diſtinctio attenditur, ſed indiſtincte filio pater ſupervixiſſe cenſetur, ſi libertus & ejuſdem filius ſimul demortui ſint, tunc enim creditur, patrem ſupervixiſſe, ut manumiſſor ab inteſtato poſſit ſuccedere: hoc enim reverentia patronatus ſuggerente dicimus. *l. 9. §. 2. ff. h. t.* Adhuc ſingula-

gularis caſus eſt, in reſtituenda hereditatis parte, matre excluſa, de quo *l.* 34 *ff. ad Trebellian.* Duobus quippe fratribus ſimul morientibus, a quorum noviſſime mortuo pars hereditatis matri debeat reſtitui, pater ſolum aſſem nanciſcetur. Brunnem. *ad l. 9. ff. h. t.* Ex his apparet, male Doctores rationem decidendi hac in parte arceſſere ex ordine mortalitatis qui priorem patrem tangit, de quo *l. 15. ff. de inoffic. teſtam.*

TIT. VI.

De his quæ pœnæ cauſa relinquuntur.

§. 152. Tertium, quod Legata & Fideicommiſſa vitiat, eſt quodam modo adjectio Pœnæ, de qua *l.* 1. *h. l. un. C. eod.* §. *f. I. de legat.* Dixi: *quodam modo.* Intellige 1. reſpectu Juris Pandectarum, quo h. t. occupamur. Immo & 2. quod ad Jus Novum, quod ad legata pœnalia impoſſibile quid jubentia *d. l. un. d.* § *f.*

TIT. VII.

De Regula Catoniana.

§. 153. Quarto: Legatis valde inimica eſt Regula Catoniana, quæ ſic defi-

nit: *Quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret, id legatum quandocunque deceſſerit, non valere.* Quæ definitio in quibusdam falſa eſt. *l.* 1. *pr. h.* Quid enim, ſi quis ita legaverit: *Si poſt Kalendas mortuus fuero, Titio dato:* an cavillamur? aut: *Titii fundum ipſi Titio do lego ſi eum me vivo alienaverit?* Scilicet quod ad legata conditionalia, Regula dicta Catoniana, falſa eſt *l.* 1. *pr.* §. 1. *&* 2. *h. t.* veluti & falſa eſt in legatis quorum dies poſt aditam demum hereditatem cedit *l.* 3. *h. t. v.* §. 101. *n.* 4. *infr.*

§. 154. Sed an hæc Regula quæ non niſi de Legatis loquitur, ad hereditates etiam, & ad fideicommiſſa, pertineat? ambigitur. De hereditatibus plane ſtatuo, & ad has hanc regulam pertinere *arg. l. pen. ff. de R. J.* Etſi enim in *l.* 3. *ff. h.* id negetur: notandum tamen eſt, generalius dictæ legis tertiæ effatum in lege ſubjecta quarta illico reſtringi, ut intelligendum veniat non niſi de inſtitutionibus *conditionalibus. vid. prec.* §. 153. Placet (inquit Ulpian. *d. l.* 4.) *Catonis regulam ad conditionales inſtitutiones non pertinere.* add. *l.* 201. *ff. de R. J. junct. l.* 26. *LL.*

§. 155. De Fideicommiſſis dubitatio prægnantior eſt. Etſi enim Fideicommiſſa Legatis per leges novas exæquata ſint: ut Ulpianus ait *l. ult. ff. h. t.* quem textum ad Juſtiniani men-

mentem, qui omnia in Pandectis ſua fecit, *l.* 3. §. 10. *C. de V. ſ. E.* explicare, par eſt. Erit ego hæc differentia nobilis inter legata & fideicommiſſa: cujus differentiæ ratio ex primis fideicommiſſorum cunabulis arceſſi poteſt *v.* § 1. *& f. I. de fid. her.* Sed ad contractus Regula Catonis, pertinet niſi exceptio probetur. *l.* 12. *& ſeqq. de reb. cred. l.* 20. *de R. ſ. l.* 85. §. 1. *d. t. l.* 83. §. 5. *ff. de V. O.* §. 2. *I. inutil. ſtipul.*

§. 156. Ceterum regulam hanc Catonianam a Catone dictam eſſe, conſtat ex *l.* 4. *h. t.* Cum autem plures Catones fuerint *v. l.* 2. § 38. *de O. ſ. & A. Gell. noct. Atticar. lib.* 13. *c.* 17. *&* 19. veroſimile eſt, fuiſſe regulæ hujus auctorem, aut M. Porcium Catonem Cenſorium aut ejus filium: nam utrumque non tantum JCtum fuiſſe: ſed & in juris diſciplina libros reliquiſſe, ex *d. l.* 2. §. 38. *& d. Aul. Gell. libr.* 13. *c.* 19 conſtat. Magis tamen ad Cenſorium illum Catonem retulerim, cum ex A. Gellio *d. c.* 17. conſtet, eum uſum fuiſſe vetere iſto proverbio: multa inter os & offam cadere: quod ad regulæ noſtræ Catonianæ rationem apprime pertinet.

TIT

TIT. VIII.

De his quæ pro non ſcriptis habentur.

§. 157. Quinto, ſunt nonnulla Legata quæ pro non ſcriptis habentur, conſequenter apud heredem, aut eos a quibus relicta ſunt, ſine onere permanent, niſi ſubſtitutus aut conjunctus jure accreſcendi præferatur *l.* 1. *h. l. un.* §. 3. *C. de cad. toll.* Exemplum *vid. ſupra* §. 149. Aliud eſt in *l.* 54. *de legat.* 1. *ibi*: *Turpia legata quæ denotandi magis legatarii gratia ſcribuntur, odio ſcribentis, pro non ſcriptis habentur.* Aliud, ſi legetur illi qui in rerum natura non eſt aut in captivitate ex qua non reverſus eſt *l.* 4. *pr.* & §. 1. *h.* Aliud, ſi quis teſtamentum celavit. *l. p. C. de legat.* Aliud, ſi quis ſibi ipſi legatum aliquod adſcripſerit. *vid.* §. 104. *ſupr.* Dixi: *ſine onere.* Limita 1. ſi quis ſibi quid adſcripſerit, quod alii reſtituere a teſtatore juſſus eſt *l. f. l.* 2. in teſtamento militis. *d. l. f.* 3. Si incapaci ex. gr. deportato leget quis ſervum cum onere fideicommiſſæ libertatis, hoc onus tranſit ad eum ad quem ſervus pervenit *l.* 26. §. 6. *fid. lib.* Scilicet, favor libertatis ſæpe & alias benigniores ſententias exprimit: inquit JC. *in l.* 32. *f. d. L. Falcid.*

TIT.

TIT, IX.

De his quæ ut indignis auferuntur.

§. 158. Sexto, legatatarius legato non potiatur, ſi ſe indignum tali liberalitate præſtiterit. Huic enim res legata aufertur, fiſco regulariter inferenda. *Vid. l.* 2. *l.* 5. *l.* 9. §. *fin. l.* 24. *ff. l.* 8. *C. h. add Part.* 5. §. 80.

§. 159. Sunt Doctores, qui huc etiam referant exemplum ex *l.* 26. *ff. falſ.* ſi quis nempe patris ſui teſtamentum aboleverit, &, quaſi ille inteſtatus deceſſiſſet, pro herede ſe geſſerit. Verum collatio *l. p. C. de legat.* & *arg l.* 155. *pr. de R. J.* efficit, id huc non pertinere, ſed, aut heredem teſtamentarium, aut, ſi de hoc conſtare nequeat, ſuccedentem ab inteſtato (non fiſcum) hereditatem, ei qui teſtamentum abolevit, erepturos. Notabilius exemplum exhibetur *l.* 1. *h.* ubi factum occurrit & pœnam & præmium habens: cum quis defunctum illicitæ mercis negotiatorem detulit. Habet pœnam, amittendo ea quæ ipſi relicta erant a defuncto: ceu ingratus. Meretur idem præmium a republica: ceu bonus civis. Adhuc ſciendum eſt, non tantum legata, ſed & hereditates indignis eripi *l.* 2. *l.* 3. *h.* ubi exemplum ejus qui id egit, ut per negligentiam culpamque ſuam,

mulier a quo heres inſtitutus erat, moreretur: de quo conf. Morhof. *de Jure Silentii: in Corollar.*

LIBER XXXV.

TIT. I.

De Conditionibus & demonſtrationibus & cauſis & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur.

§. 160. Septimo, Legata impediuntur adjectione conditionis, quæ eorum præſtationem non tantum interim, conditione inquam pendente, ſuſpendit, ſed & ſuo defectu omnem legatorum ſpem plane facit decolare. §. 4. *Inſt. de V. O. l.* 8. *pr. ff. de peric. & comm. rei vend. l.* 37. *ff. de contr. emt.* adde ſis § 59. *& ſeqq. ſupra.* & §. 178. *infr.* ubi adde ſis: cautionem Mucianam in conditionibus negativis præſtari debere etiam heredibus ab inteſtato. *l.* 18. *h. t. junct. l.* 8. §. 1. *de jur. cod. Nov.* 22. *c.* 44. Diſſ. Wiſſ. *h. th.* 5.

§. 161. Octavo, demonſtratio nonnunquam legata (& fideicommiſſa) vitiat. Eſt autem Demonſtratio, rei vel perſonæ deſignatio, nominis vice fungens *l.* 34. *h. l.* 6. *R. Cr.* Add. *d. l.* 34. §. 1. ubi habes, conditionem

ad

ad futurum referri, demonſtrationem plerumque ad præteritum.

§. 162. Demonſtratio, etſi falſa, legato non obeſt regulariter §. 30. *I. de legat. arg. l.* 72. §. 6. *h. junct. l.* 21. *R.* 7. Vid. 2. *Aph.* 153. Adde exceptionem in Liberationis legato: de quo §. 145. *ſupr.* Item: Hæc verba, *rem, ex. gr. veſtem quæ mea erit cum moriar: lego*: magis conditionem continere quam demonſtrationem *l.* 6. *de legat.* 1. *l.* 85. *de legat.* 3. Nec obſtat *l.* 34. §. *ult. de aur. & arg. leg.* ut demonſtravi *Virgin. Florentin. c.* 3. §. 12. miſſa textus correctione de qua Cujac. 2. *obſerv.* 39. & ex eo Voet. *comp. h. t. n.* 9.

§. 163. Nono, aliquando falſa *cauſa* legatum facit ceſſare. Dixi, *aliquando*: puta, ſi heres probare queat, defunctum legata relicturum non fuiſſe, ſi ſciviſſet cauſam a veritate alienam fuiſſe *l.* 72. §. 6. *h. t.* item, ſi conditionaliter cauſa concepta eſt: veluti, *Titio, ſi negotia mea curavit, fundum do. l.* 16. §. 3. *h. v.* §. 160. *ſupr.* Regulariter autem *ratio legandi* (aliud enim hoc loco *cauſa* non eſt: ut ſcil. hic ſit ratio quæ legantem ad legandum antecedenter movit,) legato non cohæret *d. l.* 72. §. 6. *h. arg.* §. 1. *ibi: donatio I. de legat.* Cui adde ſis, rationes ſive cauſas legandi nonnunquam a teſtatoribus fingi & ad declinandam apud ſuos invidiam prætexi: ubi tum quoque valet regula Juris: *Plus valere quod agitur quam quod ſimulate concipitur. Rubr. C. plus val. quod agit.*

§.

§. 164. Decimo, *Modus* legatis adjectus, facit nonnunquam, legata aut omnino revocari, aut ad tempus cautionis non præſtitæ differri. Eſt autem Modus (hoc loco) adjectio indicans quid teſtator poſt legatum fideicommiſſumve acceptum fieri velit. *l.* 17, §. *ult. l.* 71. §. 1. *h. l.* 2. *C. de his quæ ſub mod.* Dixi: *poſt acceptam.* Ergo modus facit legata eſſe pura §. 2. *I. V. O.* conſequenter ad heredem traſmittuntur legatario ante modi impletionem (poſt teſtatorem tamen *v.* 2. *aph.* 155.) moriente *l.* 5. *pr.* §. 1. *quand. di. leg.* Sed & hinc ſequitur, legatum modale poſt mortem teſtatoris, etiam antequam modus adimpleatur, a legatario peti & obtineri poſſe *l.* 14. *de R. I.* §. 2. *I. de V. O.* etiam quod ad ultimas voluntates *l.* 80. *h. t. l.* 1. *eod. l.* 19. *de legat.* 2. *l.* 48. *de fideic. lib.* (etſi diſſentiat Carpz. 3. 13. *definit.* 26. nil ipſum juvante *l.* 1. *C. de his quæ ſub. mod.* modus enim pro conditione eſt certo reſpectu, quod inſtar conditionis ſcil. neceſſario ſit adimplendus) modo ſcilicet cautio præſtetur de adimplendo *d. l.* 80. *h. t. l.* 40. §. *f. eod. l.* 16. *leg.* 3. quam nonnulli Doctores Mucianam Cautionem cognominant: ſed male. Cautio enim Muciana non niſi in Negativis locum habet: *v. d.* 2. *aphor.* 113. & *Adm.* §. 62. *ſupr.* At cautioni de qua heic tractatur, etiam in Affirmativis locus eſt, de Mod ſcilicet adimplendo *l.* 40. §. *ult. l.* 90. *ff. h. t. l.* 17. §. 2. *de man. teſtam.* Quod ſi

non

non fiat; poteſt legatarius ad implendum cogi *d. l.* 17. §. 2. aut legatum repeti *l.* 1. *C. de donat. quæ ſub mod. l.* 1. *C. de his quæ ſub mod. legant. vel fid. rel.* Verbi gratia: ſi cui legentur mille ad ſtudia: is hæc mille non capiet priusquam caverit, ſe hæc mille ſtudiis impenſurum. Et, ſi hic ſtudia deſeruerit, heres hæc mille condicet, *Adm. part:* 3. §. 20. vid. Carpzov. 3. 13. *defin.* 26.

§. 165. Plane aliquando adimpletio modi neceſſaria non eſt: veluti ſi ſolius legatarii cauſa adjectus ſit: niſi ad excitandam tamen induſtriam id factum ſit *l.* 71. *pr. h. t.* Item, ſi per legatarium non ſteterit, quo minus adimpletus fuit *l.* 1. *C. de his quæ ſub mod. l.* 92. §. 2. *de leg.* 1. *l.* 161. *de R. J.* item ſi modus quid natura, facto, aut legibus impoſſibile contineat *Novell.* 1. *cap.* 1. *pr. arg.* §. *ult. I. de legat.* §. 10. *I. de her. inſt. v.* § 61. *ſupr.* Adde ſis *l.* 37. *ibi*: *quoniam totiens ſecundum voluntatem teſtatoris facere compellitur, quotiens contra legem nihil ſit futurum. ff. h. t.* Huc refer & ineptas voluntates defunctorum, de quibus *l.* 113. §. *f. legat.* 1. *l.* 27. *condit. inſt. v.* 61. *ſupr.* De Ziſchka qui pellem ſuam poſt mortem ſuam tympanis inſterni & carnem avibus feriſque dari jubebat, *v.* Hubner *hiſtor. part.* 3. *pag.* 163. Poteſt alias modus injunctus illicitus in licitum converti. *l.* 16. *de uſ. & uſufr. leg.* ubi mulier decedens, *funerari*

 (in-

(inquit) *me arbitrio viri mei volo & inferri mihi quacunque ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis.* Ad quem locum elegantia multa attulit popularis meus Dn. J. H. Nunningh. *ſepulchret. c.* 6. cui jung. Cohauſen. *oſſileg. cap.* 6. Habes & aliud exemplum modi illiciti *l.* 114. §. 9. *de legat.* 1. ut ædes deſtruantur. *conf. l.* 2. *C. de ædif. privat.* Aliud, de domicilio alicubi conſtituendo in *l.* 71. §. 2. *h. t.*

TIT. II.

Ad Legem Falcidiam.

§. 166. Undecimo, obſtat Legatis Lex Falcidia, utpote quæ Legata, ſi ultra dodrantem data ſint, quod ad quartam partem minuit. Quam adeo conſiderabimus tum 1. in ſe & in ortu ſuo: tum 2. in gemino incremento. In ortu ſuo Lex Falcidia non ſpectabat ad Fideicommiſſa §. 172. *infr.* neque proſpiciebat heredi legata ſolventi, de ſatisdatione. *v.* §. 168. *ſeqq. infra.* Hanc adjunxit Prætor: illa, ſecundum Juſtiniani narrationem (vid. *Virgin. Florentin. c.* 2. §. 26. *ſeq.*) ſub Veſpaſiano Imperatore per SC. Pegaſianum Legi Falcidiæ hactenus adjecta ſunt, ut de Fideicommiſſis liceret quartam retinere perinde atque

que ex Lege Falcidia §. 5. *I. de fideicommiſſ. hered.* cujus Pegaſiani vis omnis denique in SCtum Trebellianum, quod jam ſub Nerone emerſerat, a Juſtiniano Auguſto transfuſa eſt §. 7. *I. d. t.*

§. 167. Lex Falcidia eſt plebiſcitum, quo cavetur, *ne teſtator ultra dodrantem leget: ſed quartam partem heredi relinquat. pr Inſt. h. t.* Plura pete, ſis, *ex libro 2. ad I. aph.* 159. *ſeqq.* Add. §. 100. *in fin. ſupr.*

TIT. III.

Si cui plus quam per Legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.

§. 168. Incrementorum, quæ dixi §. 166 prius eſt Prætorium. Sciendum enim eſt, Prætorem Romanum, Jus Legis a Plebe Romana olim promulgatæ Falcidiæ, auxiſſe remedio aliquo, quo & heredi & legatariis ſuccurratur in caſu quo dubium eſt an Legi Falcidiæ locus ſit, nec ne. Vult enim Prætor, ut legatarius heredi integra legata ſolventi ſatisdet, ſe, ſi apparuerit, amplius legatorum nomine accepiſſe quam ſecundum Legem Falcidiam capere licebat, quanti ea res erit, tantum heredi reſtituturum, dolumque malum abſuturum *l.* 1. *l.* 2. *ff. h. t.*

§. 169. Dixi *amplius*, ſive *plus. d. l.* 1. Intellige, ut & id reddat, quod ei non debetur, ſed & totum quod debetur, reſtituere cogatur. *v. l.* 82. *de V. S. junct. l.* 1. §. 11. *ff. h. t.* Ut hi ſimilesque termini non ſint ſemper notæ comparationis, ſed & per ſe ſtent. Quemadmodum proximus eſt cui nemo antecedit *l.* 92. *ff. de V. S.* & *ibi* Rigos de Maloſco *n.* 3. add. *l.* 163. *ff. d. t.* ubi Paulus: *Illa verba, optimus maximuſque, etiam in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt. Sic & circa edictum Prætoris, ſupremæ tabulæ habentur & ſolæ.* Conf. *l.* 1. §. *proximus ff. unde cogn. l.* 2. §. *item hereditas ff. de ſuis & legit.*

§. 170. Etſi autem hæc ſatisdatio per fidejuſſores proculdubio expedienda ſit *vid. l.* 7. *ff. de Prætor. ſtipulat. v. Adm. part.* 7. §. 19. non dubita tamen, eandem hodie etiam pignora admittere *vid. Aphoriſm. noſtr. ad Inſtit. libr.* 4. *Aph.* 77.

§. 171. Sciendum etiam eſt, hanc ſatisdationem perpetuo peti poſſe, etſi initio eam petere heres neglexerit *l.* 3. §. *ult. h. t. arg. l.* 2. *de j. & f. ign.* Niſi quod Satisdatio hæc nonnunquam plane ceſſat: veluti ſi fiſco, aut aliis minuti quid alimenti, legatum ſit: aut ſi quis ſatisdare facile non poſſit, aut non niſi executoris teſtamentarii officio fungatur *l.* 2. §. 4. *ſeq. l.* 6. & *ſeq. h.*

LIBER XXXVI.

TIT. I.

Ad Senatusconſultum Trebellianum.

§. 172. SUccedit alterum Legis Falcidiæ incrementum, quod eſt Imperatorium: *vid.* §. 166. *ſupra.* Quemadmodum enim diverſis modis jus Princeps conſtituit: etiam Oratione apud Senatum recitata, Senatus conſultum depoſtulante & operante *vid. Part.* 1. §. 44. ita heic Senatus conſultum Imperatoria majeſtate volente editum eſt, quo cavetur: de Fideicommiſſis, ad eum modum quo in Legatis id fit, poſſe detrahi quartam Falcidianam §. 5. & §. 7. *I. de fideicommiſſ. her.* Falcidianam, dixi, aut, ſi mavis, Falcidiam, aut Legis Falcidiæ. Perinde eſt. Dummodo teneas, quartam de Fideicommiſſis detrahendam, nullibi in Jure Civili (*vid. c. Rainaldus X. de teſtament.*) Trebellianicam, ſed perpetuo Falcidiam cognominari *l.* 51. §. 3. *vulg. & pup. ſubſt. l.* 10. *l.* 30. §. 7. *l.* 47. §. 1. *Falcid.* eo quod Lex Falcidia ad Fideicommiſſa hactenus extenſa ſit *d.* §. 7. Extenſa, inquam, per SC. Pegaſianum, ita ut quaſi ipſa Lex Falcidia (quæ

Pegaſiano SCto prior fuit integro ferme ſeculo) de fideicomſſis locuta fuiſſet, quod ad hanc quartam, accipi debeat: *d.* §. 5. (quam extenſionem Pegaſianam deinde SC. Trebelliano adſignavit Juſtinianus §. 7. *I. h. t.*) ergo & retinere debuit Quartæ Falcidiæ cognominationem. Cujus obſervationis uſum habes 2. *aph.* 144.

§. 173. Eſt autem Fideicommiſſum, diſpoſitio ultimæ voluntatis cujuscunque *v.* §. 91. *ſupr.* qua ille qui ex ejusdem diſponentis bonis aliquid capit, rogatur, ut alteri quid det vel faciat. Dico *qua ille qui &c.* Qui enim a defuncto eſt honoratus, iterum onerari poteſt *l.* 9. *C. de fideicomm.* Amplia 1. ſive ſit heres teſtamentarius, ſive ab inteſtato veniens *l.* 2. *&* 10. *h.* vid. *l.* 8. §. 1. *de j. codicill.* 2. ſive fideicommiſſarius ſive legatarius ſit §. 11. *I. h.*

§. 174. Plane ſubſtitutiones fideicommiſſarias nonnulli reſtringunt ad quartum gradum *per Novell.* 159. quæ tamen caſum exhibet ſpecialem: quo quis ſcilicet per medium impuberem heres exſtitit: regulariter enim ſecus eſt *l.* 69. §. 3. *l.* 78. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 22. *C. de legat. l.* 55. *h. t.* Extra quem (cujus ratio ſpecialis forte ſita eſt in præſumtione quadam inſidiarum vitæ impuberis locandarum *arg.* §. 3. *I. de pupill. ſubſtit.* §. 1. *I. de tutel.*) inhærendum juri antiquo *arg. l.* 32. *fin. C. de appell.*

§. 175. Dixi *rogatur.* Ubi maxime *in uſu* (olim

(olim non niſi *precativa* admittebantur. *Ulpian, tit.* 25. *pr. arg.* §. 1. *l. de. fideic. her.*) habentur hæc verba: *peto*, *volo*, *mando*, *fidei tuæ committo* §. *f. l. de ſing. reb. per fideic, relict.* Interim tamen ſi quod aliud verbum legitimam fideicommittentis mentem exprimit, pari quo ſuperiora illa verba effectu gaudebit *l.* 2. *C. comm. de leg. junct.* §. 3. *l. quib. mod. teſt. inf.* Quin & Fideicommiſſa ex præſumta voluntate valebunt: veluti ſi pupillo teſtamento herede ſcripto codicillis quis ſubſtituat, aut heredem ſuum roget ut alterum heredem faciat, aut ſi quis alienationem aut teſtamenti factionem alicujus reſpectu prohibeat, ſi teſtator ſermonem ad heredem dirigens, dicat, ſe credere, ſe exiſtimare, ſe ſcire, futurum eſſe ut hereditas Sempronio aliive nominato reſtituatur *l.* 76. 17. *pr.* 29. *pr.* 74. *pr. h. l.* 115. *l.* 118. *l.* 77. §. 24. *leg.* 2. *l.* 68. §. 1. *leg.* Si adſcendens deſcendentem fideicommiſſo oneraverit, id ex tacito fideicommiſſo intelligendum, ſi ſine liberis moriatur: *l.* 102. *de condit. & demonſtrat. l.* 30. *C. de fideic.* ubi & ratio: quæ ceſſat, ſi liberi parentes fideicommiſſo oneraverint, quia parentum liberi teſtatoribus fratribus ſunt collaterales, ergo non eſt in his par præſumtio quæ in liberis, *l.* 7. §. *f. ſi tab. teſt. null. exſtab. l.* 15. *de inoff. teſt.* Sed & dicta præſumtio ex d. l. 102. & d. l. 30. locum tantum habet quoad liberos naſcituros;

 ceſſat

ceſſat in jam natis *l. 6. in med. C. de inſtit. & ſubſtit. arg. l.* 137. §. 2. *ff. de V. O.* Quid de liberis naturalibus? Voluntatis quæſtio eſt *l.* 17. §. 4. *h.* Præterea, *& in epiſtola vel libello, vel ſine ſcriptura, immo etiam nutu, fideicommiſſa* (adhibitis tamen quinque teſtibus *l. f. C. de codicill.* §. *ult. I. de fid. hered.*) *relinqui poſſe, nulla dubitatio eſt. l.* 22. *C. de fideicomm.* Poteſt & conventione fideicommiſſum relinqui, inter perſonas ſcilicet quæ & ſucceſſiones ſibi pactis poſſunt concedere, de quibus *libr.* 3, *Aphoriſm.* 1.

TIT. II.

Quando dies Legatorum vel Fideicommiſſorum cedat.

§. 176. Reſtat (*v.* §. 146. *ſupra*) Duodecimum idemque ultimum Legatorum Fideicommiſſorumque impedimentum, ſi eorundem dies nondum ceſſerit. Quin &, etſi ceſſerit, ſi tamen nondum venerit: impeditur eatenus eorundem *exactio.* Quin &, ſi mors legatario antequam dies ceſſerit, ſupervenerit: legata fideicommiſſaque in totum intercidunt *l. un. C. de cad. tollend.* Cedere autem diem, ſignificat incipere deberi pecuniam: Venire diem, ſignificat eam diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Ubi pure quid actum fuerit: & ceſſit, & venit dies. Ubi in diem: ceſſit dies, ſed nondum venit. Ubi

ſub

ſub conditione: neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione: *l.* 213. *V. S.* §. 4. *I. V. O.* Conſimiliter legati & fideicommiſſi *dies* tunc *cedit*, quando legatario incipit deberi: *Venit* autem *dies*, quando legatarius *cum effectu* poteſt petere.

§. 177. Cedit autem dies aliter in legato *Puro*: aliter in *Conditionali*: aliter in eo cui *Dies* adſcripta eſt. In legato *Puro* (id eſt, cui *Conditio* aut *Dies* adjecta non eſt: legatum enim *modale* puris legatis accenſendum eſt. *v.* §. 164. *ſupr.*) cedit dies confeſtim a tempore mortis teſtatoris *l.* 5. §. 1. *h.* ex quo tum tempore locus eſt tranſmiſſioni ad heredem *d. l.* 5, §. 1. niſi forte legatum tale ſit quod ad heredes tranſmitti non poteſt, veluti uſusfructus aliarumve ſervitutum perſonalium, qualis legati dies (cum tranſmiſſioni ad heredem hic locus eſſe nequeat) demum ab adita hereditate cedit §. 6. *C. de caduc. tollend. v. Admon. Part.* 2. §. 72. *& Parte* 4 §. 101. *n.* 4. *&* §. 105.

§. 178. In legato *Conditionali*, cedit dies ex tempore exiſtentis conditionis *l.* 10. *ſeqq. l.* 213. *h. t. l.* 5. §. 2. *l.* 42. *de obl. & act.* ut conſequenter, cum antea nihil debeatur *d. l.* 213. nihil etiam ad legatarii præmortui heredem ex tali legato poſſit transmitti *arg. l.* 76. *de ſolut. l.* 9. *pro ſoc.* ut conditionis indoles quæ alias actum cui adjecta eſt facit retrotrahi, *l.* 11. §.

1. *ff. qui potior. in pign.* §. 3. *l. de teſtam. mil.* in *Legatis* ceſſet. *Conf.* §. 105. *ſupr.* Quod limita 1. quantum ad Principem, cui *qua tali* legatum relictum conditionale, eo ante conditionem exiſtentem demortuo, ad ſucceſſorem devolvitur *l.* 56. *ff. de legat.* 2. quod in Auguſta ſecus eſt *l.* 57. *de leg.* 2. ut hoc caſu non ſit locus regulæ de Auguſta perſcriptæ in *l.* 31. *ff. de LL.* niſi dictam *legem* 57. *de leg.* 2. capere malis de caſu quo & Principi ipſi legatum deficeret, puta cum ejus *perſona* ſpectata eſt: aut cum Bechmanno *ad d. l.* 31. *n.* 30. dicere velis, Auguſtæ data eſſe *eadem* privilegia, ſed non *omnia*. Limita 2. Si conditio adjecta pro non adjecta habeatur: qualis (inter alias, *v.* §. 62. *ſupr.*) eſt impoſſibilis, §. 10. *I. de H. I. l.* 69. *eod. l.* 5. §. 2. 3. 4. *l.* 21. §. 1. *l.* 22. §. 1. *h. t. l.* 99. *de cond. & demonſtr. l.* 3. *de legat.* 1.

§. 179. Circa legatum ſub *die*, diſtingue inter diem certum & incertum. Dies *certus* facit legati diem *cedere* a momento mortis *d. l.* 5. §. 1. *d. l.* 213. At dies *incertus* recipit diſtinctionem: aut enim pro conditione habetur, aut non. Poſteriori caſu facit legatum Purum: Priori autem, facit diem cedere ex eo tempore quo dies ille emerſit *l.* 19. §. 1. *de manum. teſtam. l.* 21. *l.* 26. §. 1. *ff. l.* 5, *C. h. t.*

§. 180. Notabile legati Conditionalis exemplum præbet Legatum Annuum: de quo dixi

dixi § 105. *ſupra.* Legati in diem exemplum eſt in *l.* 217. *pr. ff. de V. S. cum fari potuerit, poſtquam fari potuerit.*

§. 181. Plane, etſi ante diem cedentem & venientem peti Legata & Fideicommiſſa nequeant, obſervanda tamen legatariis fideicommiſſariisque hac in parte ſunt notabilia duo, de quibus titulis ſequentibus agitur.

TIT. III.

Ut Legatorum vel Fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur.

§. 182. Notabile prius eſt: Quod legatariis fideicommiſſariisque quibus in diem vel ſub conditione quid relictum eſt, cavere teneatur heres datis fidejuſſoribus (*vid.* §. 170. *ſupr. & Aphoriſm. noſtr. ad I. libr.* 1. *aph.* 92. *& lib.* 4. *aph.* 77.) quod ea quæ relicta ſunt, die vel conditione adveniente, præſtare velit, dolumque malum abſuturum *l.* 1. 4. *&* 5. *h. t.*

§. 183. Verum, non ſolet Fiſcus ſatisdare *l.* 1. §. 19. *h.* ſed nec heres, quoties evidens res eſt, ut certum ſit nullo modo fideicommiſſo locum eſſe *l.* 14. §. 1. *h. arg. l.* 39. *de R. V.* Quin & teſtatoris prohibitioni locum heic eſſe, ut ſcilicet vetare poſſit ne cautionem ab herede quis exigat, ratio depoſtulat: quin &, ſi for-

te

te tum præſtita ſit, condictioni locum dandum eſſe *l.* 1. *ff. ut in poſſ. legator.* Ratio quam dixi fundatur *arg. l.* 21. *de R. J. junct. l.* 1. *C. de SS. Eccl.* Enimvero, cum potuerit defunctus omnino non legaſſe, potuit & legato adjicere conditionem, ne cautio exigatur. Nec obſtat quod ſupra *part.* 2. §. 86. vidimus, cautionem fructuariam a teſtatore remitti non poſſe. Nam cautio fructuaria, eſt jus *heredis* ipſi per leges datum, quod ideo teſtator heredi adimere nequit. *Nov.* 22. *c.* 33. *in fin.* Aſt cautio legataria, de qua h. t. agitur, in favorem *teſtatoris* (non, *heredis*) eſt inventa, quo magis ejus voluntas adimpleatur. Sed eſt & alia adhuc inter cautionem legatariam & fructuariam differentia: nam remiſſione cautionis legatariæ oneratur legatarius: at remiſſione cautionis fructuariæ oneratur heres. At jura huic magis favent, quam illi. *l.* 67. §. 8. *de legat.* 2. *Conf.* §. 112. *ſupr.* Denique ceſſat hæc cautio, ſi legatarii litem ſuper ipſo legato conteſtati ſint *l.* 1. §. 9. *h. t.* niſi a ſententia iterum appellatum, adeoque vis primæ inſtantiæ eo modo ſuſpenſa ſit. *l.* 5. §. 1. *h.*

TIT.

TIT. IV.

Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat.

§. 184. Notabile poſterius eſt: Heredem contumacem, qui ſcilicet cautionem, de qua titulo præcedente agitur, præſtare recuſat, pati debere, legatarios fideicommiſſariosque mitti in poſſeſſionem rerum defuncti hereditariarum: quin & poſſeſſionem bonorum ad ipſum *heredem* pertinentium, ſi heres per ſex menſes cautionem eam moroſe differat *l.* 1. §. 1. *l.* 23 *ff. l.* 6. *h. t.*

§. 185. Miſſum in poſſeſſionem conſequi *poſſeſſionem*, vel ex ſola Rubrica h. t. patet. *Conf. rubr. C. h. t. & l.* 5. §. 22. *h.* Quam proprie poſſeſſionem eſſe, ex eo, quod cum jure Pignoris Prætorii conjuncta ſit *l.* 3. *l.* 5. *C. h.* conſequitur. Moratur enim in dictis rebus immiſſus una cum herede, vel invitiſſimo: qui nec hilum abſque onere per hanc miſſionem illato ex his rebus alienat *l.* 5. *C. h. t.* Add. *l.* 5. §. 22. *h. t.* ubi vides, ita immiſſum & fructus ſervare atque cuſtodire, ſed & eos quos primo quoque tempore venire oporteat vendere poſſe. Gaudebit ergo immiſſus poſſeſſione: quam Naturalem atque Prætoriam, dixeris. *vid. Admon. part.* 6. §. 146. & 148.

non

non Civilem, de qua, per eminentiam ita di-
ɕta, loquitur *l.* 3. §. *ult. de acq. vel amitt. poſſ.*

§. 186. Schutzius *comp. Laut. pag.* 533. *h. t. in fine*, ſcribit, ea quæ hic tractantur eſſe hodie ſupervacanea, eo quod legatarii & fideicommiſſarii hodie habeant tacitam hypothecam in bonis a defuncto relictis. *v. Part.* 4. §. 18. Sed inſubide. Nam 1. hypotheca illa tacita pertinet tantum ad res defuncti: at pignus Prætorium ex hac hujus tituli miſſione, lapſis a petitione ſex menſibus, etiam ipſius heredis res facit poſſideri *l.* 6. *C. h. t.* Sed & 2. hujus pignoris Prætorii diverſus a tacita ſive legali iſta hypotheca ſcopus eſt, nam hæc heredem expellit, iſtud legatarios cum herede poſſidere facit, ut tædio ſimultaneæ poſſeſſionis, heredi cautio extorqueatur. *l.* 5. *pr. h. t.* Unde 3. illud cautione excluditur, de quo legi poteſt *l.* 5. §. 1. *ff. ut legator. vel fid. ſerv. grat.* hæc non. *Adm. part.* 4. §. 25.

§. 187. Finale hoc loco jurgium eſt, an legatarius aut is cui fideicommiſſum ſub conditione aut in diem, aureorum forte centum, relictum eſt, herede cautionem ut par eſt non præſtante, in talis heredis bona *omnia* mitti debeat, an vero tantum pro menſura iſtorum centum aureorum? Certum eſt, jure veteri miſſionem, ad heredis indevotionem coercendam, fieri in omnia bona, non tantum in bona

quæ-

quædam centum tantum aureos valentia. Sed controvertitur, an hoc ſit correctum per *Nov.* 53. *cap.* 4. §. 1.? Ego nego, propterea quod Novella non agat niſi de uno ſpecialiſſimo caſu, qui ad alios extendi non debet *arg. l.* 14. *de legib.* & *l.* 32. *in f. C. de appellat. junct. l. ult. ff. de calumn.* vid. 3. *aphor.* 48.

PARTIS QUINTÆ FINIS.

ADMONITORIA AD PANDECTARUM PARTEM SEXTAM.

LIBER XXXVII.

§. 1.

Pars Pandectarum Sexta agit 1. de Bonorum Poſſeſſionibus. 2. de Hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. 3. de Damno imminente. 4. de Donationibus. 5. de Cauſis ſtatus, maxime libertatis. 6. de Acquirendo rerum dominio

nio. Denique 7. ſubjiciuntur omnium actionum, de quibus hac parte & ſuperioribus agitur, quædam Communia.

TIT. I.

De Bonorum Poſſeſſionibus.

§. 2. Bonorum poſſeſſio eſt jus perſequendi retinendique patrimonii, ſive rei quæ cujuſque cum moritur fuit. *l.* 3. §. 2. *ff. de bon. poſſ.* Dicitur *perſequendi.* qua voce differentia (inter alias. *vid.* 3. *aph.*45.) quæ inter hanc & hereditatem civilem (*v. l.* 117. *de R. J. junct. pr. I. h. t. in fin. verſ. ſed cum eis.*) intercedit, indicatur: pertinet enim (niſi aliud addatur, *ut pr. I. de action.*) dicta vox ad ea, quæ in jure apud Prætorem expediebantur. *l.* 178. §. 2. *ff. de V. S. vid. ad Inſtit.* 4. *aph.* 108. *Add. Admon. Part.*6 §. 7. *princ. infra*, at ſucceſſio Civilis in voluntate conſiſtit, nudoque animo (etſi tamen, niſi quod *ſui* ipſo jure heredes exiſtant §. 2. *I. de her. qual. & diff.* §. 3. *I. de her. quæ ab inteſt.* factis vel verbis declarato: ſed *nudo*, reſpectu aditionis Prætoris. *Conf.* §. *ult I. her. qual.*) acquiritur citra interpellationem magiſtratus *l.* 20. *ff. de acq. her.*

§. 3. Dicitur, *ſive rei:* ut indicetur etiam adverſus unius rei detentorem, perſecutionem

hanc

hanc competere. *l. 9. ſeq. ff. de her. petit.* Noli tamen putare, eſſe hoc quid ſingulare in bonorum poſſeſſione, quod adverſus poſſeſſorem rei ſingularis detur, aut quaſi eo ab hereditatis petitione diſcernatur: nil minus. *d. l. 9.* Concordat enim in eo cum hereditatis petitione, cum revera etiam bonorum poſſeſſio, ut verbo dicam, nihil aliud ſit quam hereditas Prætoria *pr. I. h. t. verſ. quos autem.* Enimvero *Prætor bonorum poſſeſſorem heredis loco in omni cauſa habet:* inquit *l. 117. ff. de R. J.* Unde veroſimilius mihi videtur, illa *patrimonii* & *rei* in hac definitione vocabula poni ſynonymice aut explicative. *Conf.* §. 1. *I. de tutel. pr. I. de J. & J.* ut *patrimonium* innuatur reſpectu actoris, qui id integrum petere poteſt: etſi reus aliquando detineat minus. Denique illa: *cum moritur:* indicant hic agi de hereditate defuncti *l. 24. V. S. l. 1. her. vend.*

§. 4. Divide Bonorum Poſſeſſionem *Primo* in Ordinariam & Extraordinariam. Illa hoc loco (aliter §. *ſeq. in fin.*) ex certa Edicti Prætorii parte: Hæc ex novis Legibus ad ſimilitudinem bonorum poſſeſſionum datur. §. 3. *I. h.* cujus exemplum habes §. 33. *verſ. Item ex conſtitutione. infra.* Add. §. 12. *infra. Secundo* eandem diſpeſce in Teſtamentariam & Legitimam. Illa iterum duplex eſt: Secundum tabulas: & Contra tabulas. Hæc quadruplex:

Unde Liberi, Unde Legitimi, Unde Cognati, Unde Vir & Uxor. §. 1. & 2. *I. b. Tertio* in Perpetuam & Temporalem. Hæc datur ad certum tempus: illa, ſimpliciter. Ad certum tempus, veluti (1.) *Carboniana:* (2.) *Quæ ventri datur:* de quibus infra §. 30. *& ſeq.* (3.) *Dum lis ordinetur*, quam liberis emancipatis Prætor indulget vice illarum, *Unde liberi*, & *Contra tabulas*: quarum *hac* liberis præteritis, aut non rite exheredatis: *illa* tabulis teſtamenti non exſtantibus competit: Sed ſi exheredati rite, at inique fuerint, datur ipſis memorata litis ſuper teſtamento inofficioſo ordinandæ ergo poſſeſſio *l.* 8. *pr. ff. de inoff. teſt. Cujus rei uſum habes* 1. *ſicil.* 17. Nec obſtant dicta *Part.* 2. §. 29. *ſupr.* Quoniam illa fictio eſt Juris Civilis, quæ Jure Prætorio non attenditur §. 2. *I. de teſtament.* deinde nec obſtat Juris illa Civilis fictio, quo minus alio reſpectu veritas teſtamenti facti agnoſcatur, utpote quod & hoc eodem Civili Jure debeat reſcindi. Adde ſis (4.) *l.* 2. §. 1. *l.* 10. *ff. de bon. poſſ. ſec tab.* de quibus vid. ſis §. 33. *in fin. infra.*

§. 5. Eſt & *Quarta* bonorum poſſeſſionis diviſio in Edictalem & Decretalem §. 7. *de ſucceſſ. edict. l.* 1. §. 4. *ſi tab. teſtam. null. l.* 30. §. 1. *de acq. vel. om. her.* ſed quam alii aliter explicant. Vid. Fachin. 5. *contr.* 73. *& libr.* 13. *contr.* 36. Nos Edictalem illam eſſe arbitramur, quam

quam modo Perpetuam appellavimus, Decretalem quæ alias Temporalis audire poteſt *arg. l.* 30. §. 1. *ibi: moram faciendam, & mox: edictalem.* Scilicet ut vox *dicere* & *edicere* emphatice etiam alibi (ex. gr. in materia Juriſdictionis) intelligenda venit: ita & hic Edictalis emphatice notet bonorum poſſeſſionem abſolute perpetuoque datam. Decretalis contra, quæ remiſſius & interim (proviſionaliter aut eventualiter hodie dicerent) impertita eſt, *Conf. l.* 14. *de re judic.* Sed & Edictum Prætoris magis perpetuum eſt: Decretum (quod hic intervenire neceſſe eſt *l.* 1. §. 7. *ſucc. ed.*) natura ſua non, ſed temporarium certis perſonis indultum, certiſque caſibus: cum Edicta omnes tangant. Ergo *Edictalis*, quaſi quæ edictalem quandam vim aut edictalem indolem habet. Ergo Decretalis non eſt Edictalis ratione durationis ſive termini ad quem. Ergo duo ſunt quæ juncta Decretalem faciunt, & 1. decretum interponendum & 2. jus temporarium. Illud reſpicit terminum à quo: hoc, terminum ad quem. Ergo in Decretali agnitio non ſufficit, ſed ſociari debet decretum. Poteſt & Edictalis perpetuaque illa, *Ordinaria* vocari: Decretalis autem & temporalis illa, *Extraordinaria l.* 3. §. *fin. de Carbon. l.* 1. §. 4. *unde liber. l.* 5. § 3. *de legat. præſt.* alio ſenſu atque ſupra §. 4. princ.

§. 6. *Quintá* diviſio eſt, quod Bonorum poſſeſſio ſit vel cum re, vel ſine re. Rem intelligo patrimonium. *per* §. 3. *in fin. ſupra.* Exemplum talis ſine re bonorum poſſeſſionis habes *ſupra* §. 4. *verſ. Dum lis.* Sed & ſine re efficiuntur Temporales illæ quas ſupra memoravi, quando poſt elapſum ſcilicet tempus ceſſant. *Conf. quæ dixi ſupra part.* 5. §. 73. *verſ. Limita.*

§. 7. Sed & ante agnitionem, bonorum poſſeſſiones ſine re ſunt: niſi quod jus agnoſcendi habeant. Debet autem ea agnitio apud judicem fieri, accedente etiam decreto in Decretalibus. *l. f. C. qui admitt.* conf. §. 5. *ſupra.* Sed intra tempus legitimum, puta centum dierum, immo anni quod ad parentes & liberos: his enim longius tempus Prætor indulſit, quia ad propria pene bona veniunt: *l.* 1. §. 12. *de ſucceſſ. edict.* §. 4. *I. h. t.* Ita tamen ut tempus hoc *utile* ſit, adeoque ignoranti non currat *vid. Part.* 1. §. 137. *ſeqq.* adeo ut nec unius ſcientia alteri noceat regulariter §. 5. *I. h. t. l.* 1. *l.* 5. *ff. de j. & f. ign.* Exc. patrem reſpectu filiifam. infantiam nondum egreſſi: & tutorem, reſpectu pupilli *l.* 7. §. 2. *h.* Cum autem agnitio ſit facti, ſequitur, eam ab affirmante probandam eſſe. *l.* 21. *ff. de probat. l.* 4. *C. de edend. l.* 1. *C. quor. bon.* Quo facto, reſtat tempus perpetuum ipſi perſecutioni. *pr. I. de. perp. & temp. act.*

TIT.

TIT. II.

Se tabulæ teſtamenti extabunt.

§. 8. His præmiſſis, porro nota 1. ſi tabulæ teſtamenti quidem adſint ſed invalidæ, perinde habendum eſſe ac ſi nullæ extarent *arg.* §. *pen. I. de ſatiſd. tut. & cur. l.* 76. *de ſolut.* Contra, etiam illas quæ non extant amplius, quaſi extantes haberi ſi publicatæ fuerint, qua de re vide ſis dicta *ſupra part.* 5. §. 76.

TIT. III.

De bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, coeco, competente.

§. 9. Nota 2. pro furioſo atque infante bonorum poſſeſſionem agnoſcere curatorem, tutorem, patrem. Pupillos atque minores etiam ipſos adhibito tutorum & curatorum (ſi habent) conſenſu: mutos, ſurdos, cœcos ipſos, modo intelligant quod agunt. *l.* 1. *& 2. ff. de bonor. poſſeſſ. l.* 7. §. 1. *eod. l.* 3. *C. de in int. reſt. min.*

TIT. IV.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

§. 10. Nota 3. bonorum poſſeſſionem contra tabulas (ſive, contra lignum *l. 19. ff. h. t. vid. Virg. Florentin. in praf.*) in ortu equidem ſuo ſolis liberis emancipatis præteritis (non exheredatis. *v.* §. 11. *& ſeq*) adverſus tabulas paternas conceſſam *l. 1. pr. l. 3. §. 12. h. t.* progreſſu autem temporis etiam ad ſuos extenſam fuiſſe *l. f. C. h. t.* quin & ad liberos heredes inſtitutos ſi præteriti ſimul alii fuerint *l. 3. §. 11. l. 10. §. f. h. t.* cum novum non ſit, per alium habere quod quis non haberet ex ſe. *l. 55. ff. de acq. vel am. her. l. 3. inf. ff. quæ res pign.* quod amplia, etſi præteriti juri ſuo renuntiaverint aut agere nolint, ut nihilominus tum inſtituti alii experiri valeant. *l. 10. §. f. h.* itaque cape ſis id quod de *commiſſo edicto* vides in *l. 3. §. 11. h. t.* ibi: *Plane, ſi alius committat edictum, & ipſe* (heres ſcriptus) *ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittetur.* Ut *committere* hic idem ſit quod *omittere*, itaque *amittere*, jus, Edicti alias vigore competens. *conf. quæ dixi* §. 119. *infr. & Manip. 2. ſicil.* 130.

§. 11. Dixi *paternas.* Adverſus enim *matris* teſtamentum hæc bonorum poſſeſſio nul-

late-

latenus competit. *l.* 4. §. 2. *h.* mater enim præ-tereundo exheredat. §. *pen. l. de exh. lib.* at ex-heredatis præſens remedium omnino denega-tur *l.* 8. *pr. l.* 10. §. 5. *h. t.*

§. 12. Enimvero liberis inique exhereda-tis, etiam emancipatis, datur Querela inoffi-cioſi teſtamenti *l.* 8. *pr. h. t.* §. 3. *I. de exh. liber.* Immo hodie nec hæc, ſed Querela Nullitatis *ex Novell.* 115. *cap.* 3. Jure ſiquidem hujus Novellæ ſi liberi ſive ſui ſive emancipati ex-heredati non fuerint addita juſta eademque vera cauſa, teſtamentum in totum, quod ad heredis inſtitutionem, ceteris extra hanc ca-pitulis teſtamentariis manentibus ſalvis, nul-lum eſt: *ut plene monſtravi Irner. inj. vapul. coit.* 6. *& coit*. 40. *& ad Inſtit.* 2. *aph.* 203. *aph.* 134. *& ſeq.* Ergo & idem jus novellum obti-nebit, ſi liberi à patre matreve præteriti fue-rint. *d. Irner. coit.* 40. Ergo & evaneſcit Titu-lus noſter de bonorum Poſſeſſione contra tabu-las. Evaneſcit & quod Titulo ſeq. 5. cautum eſt.

TIT. V.

De legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita.

§. 13. Scilicet quod Titulo hoc Quinto, qui tituli Quarti præcedentis appen-

 dix

dix eſt & ejus exceptiones exhibet, cautum erat, ex teſtamento per Bonorum poſſeſſionem contra tabulas everſo, legata non niſi certis quibuſdam perſonis deberi, puta liberis, parentibus, uxori nuruique reſpectu (alias enim his duabus ultimis non datur) dotis: (*add. Aphoriſm. noſtr. ad Inſtit. libr. 2. aph.* 134.) per dictum jus Novellum omnino ceſſabit, cum hodie liberis præteritis, omnia extra heredis inſtitutionem capitula, adeoque & omnia quibuſcunque perſonis impertita legata, ſalva maneant, *ut dixi* §. 12. *prac.* Interim ex hoc & præc. §. vides, acceſſoria aliquando ſubſiſtere corruente principali. Lege ita ſcil. volente. Conf. *l. ult. ff. quando de pec. act. ann. & quæ dixi ad L. Vinum.* §. 21.

§. 14. Ceterum, emancipati ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas à Prætore admiſſi, pro hoc beneficio illud iterum ſentiebant incommodum, quod tenebantur ad collationem bonorum ceteris liberis in poteſtate retentis faciendam. Summa tamen inſuper ratione! Cum enim liberi in poteſtate retenti omnia quæ acquirebant, patri ſuo acquirerent, unde porro ad emancipatos admiſſos non leve commodum dimanabat, dum ea quæ *Suorum* labore & induſtria erant parta, participabant: emancipati autem quicquid acquirerent id omne ſibi ſolis ſervarent; quid æquius Prætori videri

pote-

poterat, quam ut, ad æqualitatem inter liberos magis cuſtodiendam, emancipatos ad bonorum collationem conſtringeret. *l.* 1. *pr. de collation.* Dixi: *Prætori.* Poſtea tamen a Prudentibus & Imperatoribus hæc Collatio varie aucta, mutata, & confirmata eſt: ut æqualitas inter liberos ſervetur. Vid. *l.* 10. *ff. l.* 17. *l. f. C. de collat. Nov.* 18. *c.* 6. *& latius Tit. ſeqq.* 6. *&* 7.

TIT. VI.

De Collatione bonorum.

§. 15. Collatio bonorum hoc loco eſt actus, quo res ab aſcendentibus aut eorum occaſione, ipſis adhuc vivis, quæſitas, liberi illis ſuccedentes in commune conferunt, ut dividantur.

§. 16. Eſtque vel vera vel quaſi Collatio. Illa, qua res accepta re vera reſtituitur. itaque confertur, quæ regulariter deſideratur *l.* 1. §. 11. *h. arg. l.* 22. *de prob.* Hæc autem eſt quæ realiter non fit: fictione tamen juris fieri intelligitur: veluti (1.) ſi quis loco perceptorum ſinat coheredes ſingulos tantundem præcipere, ſibique interim pro ea quota nihil tribui *l.* 1. §. 12. *h. t. l.* 1. §. 8. *de dot. coll.* qualis ficta collatio admittitur reſpectu dotis conſtante matrimonio *l.* 5. *C. h. t.* (2.) Quando quis actionem cedit,

puta in caſu *Novell.* 97. *cap. fin.* de quo infra *ad tit. ſeq.* §. 26. (3.) Quando quis reis aut rebus id eſt datis fidejuſſoribus vel pignoribus ſatisdat, ſe poſtea collationem facturum, puta quando dubium eſt quid quantumve conferendum veniat *l.* 1. §. 9. *&* §. 11. *l.* 9. *h: t.*

§. 17. Plane uti Collationem negans, ab hereditate poterit excludi aut officio judicis ad conferendum cogi. *l.* 1. §. 10. *& l.* 4. *h. t. l.* 8. *l.* 11. *l.* 14. *h.* ita ad Collationem nemo tenetur, niſi cui Prætor aut Legiſlator eam injunxit. *arg. §. ult. I. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* Ergo nec Aſcendentes Collationi ſubjacent, nec Collaterales. *arg. Nov.* 18. *cap.* 5. Sed ſoli deſcendentes. Et quamvis circa hos ipſos jure anteriori diſtinctio heic fuerit adhibita inter Suos & Emancipatos, item, an ſuccederent ab Inteſtato, an ex Teſtamento: Jure tamen Novello abſque his diſtinctionibus Collatio iisdem injungitur. *d. Novell.* 18. *c.* 6. *Auth. Ex teſtamento. C. h. t.* Unde & emancipati emancipatis conferunt. *Nov.* 118. *c.* 4. *Nov.* 18. *c.* 6. Unde per Jus Novellum, evaneſcit argumentum ex *l.* 1. *pr.* §. 5. *& ſeq. l.* 2. §. 5. *ff. h. t.* Diſſent. Fachin. 5. *contr.* 77.

§. 18. Sed nec reſpectu gradus, inter liberos quid intereſt. Enimvero etiam nepotes ulterioreſque deſcendentes ad collationem tenentur, ita tamen ut juri repræſentationis hic locus ſit, etſi

etſi ſoli ſint, id eſt, thios non habeant: neque enim thii jus repræſentationis inducunt, ſed ratio ſucceſſionis inter defunctum & ſuccedentes, quæ fit non niſi per medium patrem, *l. 7. ff. l. 17. & l. 19. C. h. t. §. 6. I. de her. quæ ab inteſt. defer. Irner. injur. vapul. coit. 2. & inſtit. libr. 3. aph. 22 ſeq.* Quod ſi tamen nepotes paternæ hereditati renuntiant, ſentio, eos tum oneri Collationis non ſubjacere, *per l. 10. inf. ff. de bon. libert.* etſi enim & tum jure repræſentationis veniant, integrum ipſis tamen fuit, & id ex parte omittere, ut dictæ hereditati renuntient: & ex parte ſibi retinere, ut parentum locum ſubeant, *l. 22. ff. de donat. l. 51. C. de Epiſc. arg. §. 3. I. de her. quæ ab inteſtat. junct. Nov. 118. c. 4. add. Admon. part. 6. §. 33. in fin. & part. 5. §. 73. in fin.*

§. 19. Sed nec intereſt, liberi an eodem jure ſuccedant, an diverſo: unus Civilis heres ſit, alter Prætorius: *arg. pr. I. de bonor. poſſ. verſ. Quos autem. l. 117. de R. J.* hic teſtamentarius, ille legitimus *l. 17. C. h. t. Nov. 18. c. 6.* Quin nec an alter natus jam ſit, alter adhuc naſciturus: nam & Ventri conferendum eſſe, vult *arg. l. 7. & 26. ff. de ſtat. homin.* vid. *Adm. part. 1. §. 51.* Nec obſtare poteſt *l. ult. ff. h. t.* cui geminam reſponſionem repræſentavi *Benedict. collat. 5. §. Ubi primum occurrit*, ſcil. 1. loqui de Jure Antiquato, quo non niſi *Suis* conferebatur

batur: aſt naſcituri, non ſunt Sui, quia tum in commodum tertii, patris inquam, eſſent in poteſtate. 2. loqui de Collatione damnoſa, ut eſſe ſolet liberis jam natis plerumque minorem portionem adeptis, qui ea interim, dum venter in poſſeſſione manet, debent eſſe contenti.

§. 20. Videamus, quæ res conferendæ a liberis. Et tene ſis regulam: Omnia quæ a parentibus eorumve occaſione ad liberos profecta ſunt, conferenda eſſe, *l.* 1. §. 16. *& ſeqq. ff. h. t. l.* 12. *& ſeqq. C. eod.* ita tamen ut uſuræ fructuſque, niſi poſt moram, non conferantur *l.* 5. §. 1. *de dot. coll.* ſed & æs alienum antea deducatur, *l.* 2. §. 1. *h. t.*

§. 21. Verum, quemadmodum & aliæ regulæ falſæ ſunt ſuumque ſæpe perdunt officium, *l.* 1. *ff. de Reg. Caton. l.* 1. *de Reg. jur.* ita & viſa §. præc. regula tam firma non eſt., ut omnis exceptionis neſcia ſit. Enimvero non conferuntur 1. Bona Caſtrenſia, & Vere inquam & Quaſi Caſtrenſia, *l.* 1. §. 15. *ff. l. fin. C. h.* Quemadmodum autem ad Bona vere Caſtrenſia pertinent & ea, quæ occaſione militiæ armatæ acquiſita, & ea quæ eunti in militia donata ſunt: *v. l.* 1. *C. de caſtrenſ. pecul.* ita & idem in Quaſi caſtrenſi Peculio obtinere debet: cum hoc ad exemplum Peculii Caſtrenſis inductum ſit, & ob id & Peculium *Exemplare* cognominari queat.

queat, *§. ult. I. de mil. teſt. junct. arg. §. 2. I. de tutel.* Unde & non dubitandum eſt, quin ſumtus in ſtudia, libros, doctoratum, ſimileſque Academicos uſus erogati, a collationis onere immunes ſint, *add. l. 50. ff. famil. erciſc. l. 1. §. 10. ff. h. t. §. 23. h. infr. l. un. C. de pericul. ſucceſſor. parent. arg. l. 39. §. 1 ff. l. 10. C. famil. erciſc.* Aliquando tamen & hi ſumtus conferendi ſunt: veluti ſi pater credendi animo (quem ſola annotatio non inducit) eos impendiſſe probetur, *l. 50. ff. fam. erc.* item ſi pater adminiſtret bona filii adventitia, *arg. l. 34. ff. neg. geſt. l. ult. ff. de her. pet. l. 25. pr. ff. de probat. l. 22. ff. de donat. l. 7. eod.* (in dote, utpote ad quam pater cogi poteſt, alia ratio eſt *l. f. inf. C. de dot. prom.*) ita tamen ut abſtineat ab alienatione talium bonorum ipſi interdicta. *l. ult. §. 1. C. de bon. quæ lib.* Præterea, conferendi hi ſumtus, ſi pater juſſerit. *Nov. 22. c. 2.* Ut &, ſi Studioſus non ſit aut non manſerit Studens, aut in pravos uſus paternam liberalitatem verterit. *arg. l. 1. §. 1. 23. l. 2. §. 2. ff. h. t.* Vid. ſis, quæ noviſſime ſcripſi *de jur. filior. m. 6.*

§. 22. Porro 2. collationis onus non pertinet ad bona liberorum adventitia. *l. fin. C. h.* etſi olim ſecus fuerit. Dixi *Benedictor. collat. 6. §. Videamus nonnulla.*

§. 23. Nec 3. ad erogata in dignitates in genere: hoc enim propter onera dignitatis præ-

ci-

cipuum haberi oportet, *v. l.* 1. §. 16. *ff. h. t.* niſi dignitas ſit venalis, *l. p. pr. C. h. t.*

§. 24. Nec 4. ad donationes ſimplices, quæ non conferuntur niſi duobus caſibus, puta (1.) ſi donator tempore donationis eam legem ſuæ indulgentiæ impoſuit, aut (2.) ceteri liberi ſuam dotem aut propter nuptias donationem conferant, *l. pen C. h. t.* Vide ſis quæ de his ſcripſi *Irner. injur. vapul. coit.* 31. *ſectione* 2. Adde *ſupra Admon. II.* 121.

§. 25. Præterea 5. a dicta regula excipiuntur ea quæ poſt mortem parentum liberis acquiſita ſunt, legata, m. c. donationes *l.* 6. *l.* 15. *C. h. t.* Nec non 6. alimenta *l.* 11. & 15. *C. de neg. geſt.* (niſi ex. gr. liberi ſe ipſos exhibere poſſint aut debeant, aut apud matrem alimenta perceperint,) item 7. lytron *l.* 17. *C. de poſtlim. rev.*

TIT VII.

De Dotis Collatione.

§. 26. Sed an non 8. excipimus & Dotem? Nequaquam, *tot. tit. ff. de dot. coll.* Hanc enim liberi conferre tenentur, olim etiam adventitiam: nunc non niſi profectitiam. *l.* 17. *C. h. Nov.* 18. *c.* 6. Intellige, ut matri ſuccedentes, etiam cogantur conferre a matre profectam. *d. Nov.* 18. *c.* 6. *d. l.* 17. & *l. f. C. h. t.* Quod ſi maritus ad inopiam redactus ſit

ita

ita ut mulier dotem ſuam abſque ſüa culpa ab ipſo recuperare nequeat, actiones ſuas contra maritum cedendo, liberatur: *Nov. 97. c. f.* quo derogatur *l.* 1. §. 6. *ff. h. t.*

§. 27. Alioquin ceterarum rerum collatio omnino ceſſat, ſi res quæ conferri debuerat, ſine dolo culpaque ejus qui ad collationem tenebatur, perierit *l.* 1. §. 23. *l.* 2. § 2. *h.* Secundo ceſſat Collatio, etiam dotis, ſi is qui conferre tenebatur, hereditate abſtineat, modo parentis effuſa liberalitas inofficioſa non ſit *l. pen. l. f. ff. de dot. coll. l.* 1. *pr. collat.* Veluti & *Tertio*, ſi defunctus collationem prohibuerit. *d. Nov.* 18. *c.* 6. §. 28. Quod facere poteſt, cum uni liberorum præ aliis plus relinquere poſſit, *l.* 8. *C. inoff. teſt.* modo reliquis legitimam portionem non minuat, *l.* 32. *C. eod.*

§. 28. Adhuc noris, etiam Donationem propter nuptias conferendam eſſe: *l.* 17. *l.* 19. *C. de collat. l.* 29. *C. de inoff. teſt.* Etiam arrham, veſtimenta nuptialia &c. utpote nullibi excepta. Nec ei quod de arrha dixi, obloquitur §. 27. *pr. ſupr.* Perit enim arrha, filii culpa. Nam & dos & propter nuptias donatio debent conferri, ſi conſumtæ ſint. Enimvero & conſumtio talem culpam continet. Sumtus tamen convivales pater ſibi ſoli imputabit. *l.* 1. *C. negot. geſt. juncto* §. 24. *ſupra.* adde: hos liberis non impenſos, ſed convivis: adeoque liberos hæc non con-

conferre, cum non acceperint: Dixi *de jure filior. membro* 8.

TIT. VIII.

De Conjungendis cum emancipato liberis ejus.

§. 29. Nota porro (4.) bonorum poſſeſſionem non dari ſolis emancipatis liberis, ſed conjungi cum illis iſtorum liberos ſive defuncti nepotes in poteſtate retentos: ita ut hi patrimonii aviti partem dimidiam capiant unam, alteram ipſorum pater emancipatus. *rubr. ff. h. t.* Sane uti Jure Civili antiquo pater excludebatur per liberos: ita jure Juſtinianeo noviſſimo, liberi excluduntur in totum per talem patrem. *Novell.* 118. *c.* 1.

TIT. IX.

De ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore ejus.

§. 30. Obſerva 5. duas notabiles Bonorum poſſeſſiones, quarum prior ventri, id eſt, infanti, materno adhuc utero concluſo datur, uſque dum venter erumpat in dias luminis auras, aut mulier abortum faciat, aut appareat eam prægnantem non eſſe: daturque ventri interim non equidem tutor, quoniam ea poteſtas

ſtas magiſtratui nulla ſpeciali lege indulta eſt *l.* 20. *pr. ff. de tut. & cur. dat. junct. l.* 6. §. 2. *ff. de tutel. vid. Admon. part.* 4. §. 147. ſed curator qui mulieri (ventris nomine, *l.* 8. *cur. fur.*) de alimentis ex bonis defuncti mariti proſpiciat. quam bonorum poſſeſſionem non ſaltem contra tabulas, ſed & ab inteſtato *l.* 7. §. 1. *h. t.* immo & exheredatis ventribus hodie poſt *Nov.* 115. *c.* 3. (olim ſecus erat *l.* 1: §. 2. *h.* niſi in caſibus *d. l.* 1. §. 3. 5. & 9.) utilem eſſe poſſe, crede. Dixi latius *tr. de Jure Ventris part.* 1. *ſect.* 2. §. 3. *ſeqq.*

TIT. X.

De Carboniano Edicto.

§. 31. Poſterior eſt ex Edicto Carboniano, quod ita ab auctore Carbone Prætore cognominatum eſt, impertitque liberis impuberibus bonorum poſſeſſionem decretalem, & ſecundum tabulas, & contra tabulas & ab inteſtato, quotiens ſc. iſtis de ſtatu & paterna hereditate quæſtio movetur: quam, quaſi mota non fuiſſet, Prætor in tempus pubertatis vult differri *l.* 2. *C. h. t. l.* 1. §. 8. *l.* 1. *pr.* §. 2. *l.* 11. *ff. h. t.* Neque tamen id fit paſſim (ut loquitur *l.* 7. § 1. *tit. praced.*) ſed cum cauſæ cognitione, an non expediat differri poſſeſſionem, & an non

per calumniam petatur *l.* 3. §. 4. *&* 5, *h.* Tum & præſtita per impuberem cautione ſi adverſus ipſum, deinde judicatum fuerit. *l.* 1. *C. h.* alioquin is qui quæſtionem ſtatus movet, ſi caveat, ſolus mittitur *l.* 1. §. 1. *ff.*

§ 32. Si non ipſi impuberi, ſed ejus matri controverſia moveatur, id impuberi nec nocet nec prodeſt, etſi ſententia in cauſa matris ſit lata, nihilominus enim impubes Carbonianam bonorum poſſeſſionem aut obtinebit aut amittet *l.* 1. *§. f. l* 3. §. 6 *ff. l.* 1 *C. h. t.* ratio eſt quod res inter alios judicata, aliis nec noceat nec proſit. *l.* 63. *de re judic. junct. l.* 3. §. 11. *de pecul. l.* 1. §. 2. *de pact.*

TIT. XI.

De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.

§. 33. Nota (6) Bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas (qualis &, ſecundum nuncupationem heredibus nuncupatis datur *l.* 8. §. *ff. l.* 2. *C. h. v. l. f. pr. C. de. codic.*) utilem ſæpe neceſſariamque eſſe, veluti ſi teſtamentum Jure Civili ruptum, Jure Prætorio reconvaluit, ut ſi teſtator poſterius teſtamentum iterum annullaverit: item ſi teſtamentum ob præteritionem nullum ſit, cum preteritus id tamen impugnet. Item conſtitutione Adriani & Pii Imperatoria, ſi poſtumus præteritus vivo patre

tre moriatur. *l.* 13. *ff. de inj. rupt. l.* 17. *d. t. l.* 12. §. 1. *de b. p. contr. tab. l.* 12. *de Carb. edict. l.* 48. *acq. her.* Item, ſi duobus teſtamentis eodem tempore ſignatis, diverſi heredes inſtituti ſint. *l.* 1. §. 6. *h.* Item ſi quis ſub conditione ſit heres inſtitutus, bonorum poſſeſſionem, ſi cautionem præſtet, ante conditionis exiſtentiam obtinebit: ea deficiente, bonorum poſſeſſionem iterum amiſſurus *l.* 2. §. 2. §. 1. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 10. *ff. h. t.* add, §. 4. *n.* 4. *ſupr.*

TIT. XII.

Si a parente quis manumiſſus ſit.

§. 34. Etiam (7) obſervari merebatur de Jure Antiquo, ſi a parente quis manumiſſus, id eſt emancipatus eſſet, patri præterito ad exemplum patroni manumiſſoris dari bonorum poſſeſſionem contra tabulas, cum pater contracta fiducia emancipans patroni & perſonam induat & jura conſequatur. Dixi: *Jure Antiquo.* Non tantum, quoniam manumiſſionis paternæ nugamenta per imaginarias venditiones peragenda, abolita ſunt. §. 6. *I. quib. mod. juſ. p. p. ſ.* ſed & vel maxime quod pater, etiam poſt emancipationem, teſtamento quidem facto, utatur hodie jure Novellæ 115. *cap.* 4. de quo dixi *ad I. libr.* 2. *aph.* 135. in ſucceſſione autem

 legi-

legitima ſive ab inteſtato, jure Novellæ 118. *cap.* 2. de quo *v.* 3. *ad I. libr. aph.* 18. *& ſeqq.*

TIT. XIII.

De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis.

§. 35. Illud (8) magis notatu dignum eſt; quod etſi ex teſtamento militis, etſi militari jure condito, bonorum poſſeſſio detur; non tamen contra militis, ejuſque qui in hoſtico aut militari periculo moritur, cum eadem pericula experiatur, tabulas, poſſeſſio ulla competat *l. un. ff. h. t.* quemadmodum nec querelæ inofficioſi teſtamenti militare teſtamentum ſubjacet: ſalvis tamen alimentis, ut reſpondimus *Irner. inj. vapul. coit.* 43. *§. ult.*

TIT. XIV.

De Jure Patronatus.

§. 36. Contra (9) Patroni, id eſt manumiſſores, gaudent bonorum poſſeſſione etiam contra tabulas libertorum §. 3. *I. de ſucc. libert.* idque vigore Juris Patronatus.

§. 37. Intelligitur autem *heic*, non 1. Jus Patronatus Canonicum, quod conſiſtit in poteſtate conferendi miniſteria & beneficia Ecle-

cleſiaſtica; de qua vide ſis quæ ſcripſi *Irner. in jur. vapul. coit.* 43. §. 5. Neque 2. Jus Patronatus Feudale, quod dominus Feudi habet in perſonam clientis ſive vaſalli, & ipſum feudum. Sed 3. ex Jure Romano Juſtinianeo, quod deſcribitur: *reſervatum quoddam legale in perſonam & res ſervi manumiſſi.* Unde vides, Jus Patronatus tertio hoc ſenſu Moribus parum utilitatis præbere. Dixi: *tertio hoc ſenſu.* Nam primo & ſecundo, uſum maximum habet: veluti & 4. cum per *patronos* intelligimus *advocatos*, aut *defenſores*, aut *benefactores.* v. *Horat.* 1. *epiſt.* 7. *Sueton. Tiber. c.* 3. *n.* 9. *Martial.* 2. *epigr.* 13. & 27. & 6. *epigr.* 28. *Phædr.* 3. *fab.* 10. *Plaut. Rud.* 4. 8. *verſ.* 2. & *verſ.* 16. & *Curcul.* 4. 3. *verſ.* 38. & *Moſtell.* 3. 2. *verſ.* 58. *Symmach.* 2. *epiſt.* 62. & 10. *epiſt.* 32. Interim, reſervatum illud legale, conſpicuum eſt per capita maxime quinque ſequentia.

TIT. XV.

De obſequiis parentibus & patronis præſtandis.

§. 38. Primum horum eſt, libertum debere patrono obſequia, non minus ac filius ea debet patri: cum non minus patroni liberto, ac filio patris, perſona ſemper debeat ſancta videri *l.* 9. *ff. obſ. l.* 4. *de in jus voc.* unde & famoſæ actiones contra has ſanctas perſonas ceſſant. *l.* 2. & 5. *h. t.* & competentiæ beneficium ipſis concedendum eſt *l.* 7. §. 1. *h.* Sed nec ju-

l. 7. agatur de liberandis heredibus liberti ab operis, quas libertus pro incomparabili libertatis beneficio, patrono ſuo promiſerat: at in dicta legitimatione agatur de legitimanda ſobole naturali: quæ diverſiſſima ſunt. Sed & illic odium ſubeſt: hic merus favor. illic evertitur res ſtipulatione aut jure jurando promiſſa: hic civitas ornatur legitimis civibus. In d. l. 37. §. 7. occurrit *heres*: at in nepote legitimando id non requiritur. *add. Adm. I.* 93. Interim caute de operis *artificialibus* ſupra locutus ſum: nam *officiales* ad heredes liberti non tranſeunt *l.* 6. *l.* 9. *h. t.* Illas ſervus ut artifex præſtat, ex gr. pictorias, fabriles. Has, ex officio aut miniſterio: ut, patronum comitari, ejus domum cuſtodire &c. In Feudis & hæc uſum habent: ubi operarum famoſa ſpecies dicta *Der Romer Zug*. v. Feltm. *de feud. cap.* 15. §. 3. ubi dixi *in notis*.

TIT II.

De bonis libertorum.

§. 40. Tertium in eo verſatur quod Patronis etiam ſucceſſio competat in bonis libertorum ab inteſtato liberis deficientibus. Immo & adverſus teſtamentum in trientem, ſi

libertus teſtatus centenario major ſit, id eſt plus centum aureis habeat ſubſtantiam. *v.* §. 3. *I. de ſucceſſ. lib.* Limita: ut priventur, ſi libertos capitis accuſaverunt aut in ſervitutem petierunt, niſi liberti in illos crimina retorſerint *l.* 14. *pr.* & §. 6. *h. v. l.* 39 *in fin. ff. ſol. matrim.* & Fibig. *ad Frantzk. exerc.* 12. *quæſt.* 7.

TIT. III.

De libertis municipiorum & aliarum univerſitatum.

§. 41. Amplia, ut eadem ſucceſſio, cum cetero Patronatus Jure, etiam Univerſitatibus, adeoque & Municipiis, circa libertorum ſuorum perſonam & bona competat *l.* 1. *pr. h. t.* ita tamen ut univerſitati qua univerſitati id competat, non ſingulis ejus membris. *v. l.* 10. §. 4. *de in jus voc. l.* 2. *de reb. dub.* §. 6. *I. de rer. div.* add. *Part* 7. §. 70. & integrum univerſitatis corpus, privati loco habeatur. *l.* 16. *de V. S.*

TIT. IV.

De aſſignandis libertis.

§. 42. Quartum eſt: poſſe Patronum libertos ſuos aſſignare: hoc eſt: teſtifica-

ficari, cujus ex liberis ſuis libertum eſſe velit *l.* 107. *de V. S.* Quo facto ille unus liberorum cui liberti aſſignatio facta eſt, patronatus integrum jus (Lim. *per* §. 39. *in fin. verſ. nam officiales.*) conſequitur, quod alias abſque hac aſſignatione omnibus liberis ex æquo fuiſſet commune. *l.* 1. *pr. h.* ſalva tamen poteſtate, aſſignationem iterum adimendi & revocandi *l.* 1. §. 4. *h. t.* Unde ſequitur, hanc Aſſignationem quodam modo ſimilem donationi mortis cauſa eſſe: Sane & in eo, quod inter vivos fieri poſſit, non ſolum ultima voluntate *l.* 7. *ff. h. t.* unde nec quaſi legatum, nec quaſi fideicommiſſum conſiderari debet. *d. l.* 7. Dixi *quodam modo.* Enimvero, non requirit quinque teſtes, ſed poteſt quibuſcunque modis & verbis peragi *l.* 1. §. 3. *l.* 7. *h.* Ergo & ſolius aſſignantis voluntate. Ergo hactenus actibus teſtamentariis ſimilis eſt. Ergo non eſt contractus. Ergo & in teſtamento recte peragitur. *l. ult. h. t.* vid. 2. *aphor.* 94. Obſerva ſis etiam *d. l.* 107. ad id quod alibi legitur, Irnerium authenticas in Codice poſitas, *aſſignaſſe:* de quo ſupra *Part.* 1. §. 25. Alibi *aſſignare* ſumitur pro *ſubſcribere* vel *ſigillum adjicere. l.* 20. *de auct. tut.* de quo vid. Brummer. *ad L. Cinciam c.* 14. *n.* 33.

TIT. V.

Si quid in fraudem patroni factum ſit.

§. 43. Quinto: præfatum reſervatum legale dat Patrono actiones Fabianam & Calviſianam. Quarum utraque datur ſi libertus in fraudem patroni quid alienaverit, ita ut patronus per id portione ſua, ex liberti bonis ipſi debita, defraudetur: ut Calviſiana locum habeat, ſi ſucceſſio fiat ab inteſtato: at Fabiana, ſi ex teſtamento. *l.* 3. §. 2. *ſeq. h.*

§. 44. Ergo utraque datur Patronis, ſive iis qui ſervos manumiſerunt. Ergo differt a Pauliana quæ datur creditoribus §. 6. *I. de act.* Differunt & in eo, quod Faviana & Calviſiana non revocent alienationem in totum, ſed duntaxat quatenus inofficioſa eſt, id eſt patroni legitimam portionem intervertit *l.* 1. *C h.* At Pauliana reſcindit totam alienationem *d.* §. 6. *junct. arg.* §. 3. *I. de vulg. ſubſt.* Illæ poſſesſionem non requirunt: Hæc eam depoſtulat. Illæ etiam arrogatis quaſi applicantur *l. f. ff. h.* hæc non. Illæ perſonales audiunt in rem ſcriptæ *l.* 1. §. 11. & 26. *h. t.* De hac inter ſe Doctores vehementer diſcordant, *vid.* §. 212. *infra.*

Digitized by Google

TIT. VI.

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt: Unde liberi.

§. 45. Sed hæc ſufficiant de jure Patronatus. In materia bonorum Poſſesſionum nota porro (10.) uti ex Ordinariis, teſtamento facto, adſunt duæ: Contra tabulas, & Secundum tabulas: ita ab inteſtato ex iiſdem ſupereſſe quatuor, Unde liberi, Unde Legitimi, Unde Cognati, Unde Vir & Uxor.

§. 46. Prima, ut vides, eſt: Unde liberi: qua olim neceſſario indigebant liberi emancipati, utpote cum Jus Civile non niſi Suos & Legitimos vocaret *l. 1. l. 7. h.* Sed olim. Enimvero jure Noveliæ 118. cap. 4. ſuorum jura emancipatis communicata, & hi illis exæquati ſunt.

TIT. VII.

Unde Legitimi.

§. 47. Secunda, Unde Legitimi, legitimis id eſt agnatis, etiam hereditatem Prætoriam, cum civilem haberent, indulget. Non quaſi hi ea indigerent, ſed ne eos omittendo, ordinem ſuccedendi interrumpeter.

TIT

TIT. VIII.

Unde Cognati.

§. 48 Tertia eſt, *Unde Cognati*; quam Prætor poſt liberos & agnatos cognatis deferebat. Sed jure Novellæ 118. veniunt hi junctim pari gradu cum agnatis. *v. d. Nov.* 118. *cap.* 4.

TIT. IX.

De Succeſſorio Edicto.

§. 49. Quæ eadem Novella facit, ut carere liceat hodie Succeſſorio Prætoris Edicto, quod volebat, deficiente gradu præcedente ad ſucceſſionem admittendum eſſe ſequentem. Et ſimiliter deficiente præcedente Ordine ſequentem. At hodie ſecundum dictæ Novellæ diſpoſitionem ſucceditur, de qua infra §. 91. *ſeqq.*

TIT. X.

De gradibus, & affinibus, & nominibus eorum.

§. 50. Utilis, imm o neceſſaria, tameneſt doctrina de gradibus, & affinibus, & nominibus eorum, antiqua. §. 51.

§. 51. *Gradus autem* (inquit Paulus in *l.* 10. §. 10. *ff. h. t.*) *dicti ſunt à ſimilitudine ſcalarum, locorumve proclivium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum, id eſt in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus.*

§. 52. Quemadmodum autem ſcalæ & loci proclives, multos admittunt ingreſſus & tranſitiones, ita & gradus cognationis; quorum collectio tum Linea audit: quæ adeo nihil aliud eſt quam multorum graduum compages ſive ſeries.

§. 53. Et quemadmodum ſcalæ mox erectæ conſiderari poſſunt, mox in obliquum ſive tranſverſum poſitæ: ita & Linea alia eſt Recta, quam conſtituit Generatio & Sanguis; alia Obliqua ſive transverſalis, quam conſtituit ſolus Sanguis.

§. 54. Et quemadmodum ſcalas erectas aut deſcendimus aut aſcendimus; ita & Linea Cognationis Recta eſt vel Deſcendens vel Aſcendens. Deſcendens eſt eorum qui generati ſunt. Aſcendens eorum qui generaverunt.

§. 55. Et quemadmodum ſcalæ oblique collocatæ, mox æqualem ſitum gradibus impertiunt, mox inæqualem: ita & Linea cognatorum Obliqua, alia eſt Æqualis, alia Inæqualis. Æqualis eſt eorum, qui æquali & pari gradu diſtant à Stipite: Inæqualis, ubi alter cognatorum Stipiti ſubeſt proximiore gra-

du

du, alter remotiore. Stipes autem hic eſt proximus generans; a quo ſcilicet cognati, de quibus quæritur, proxime progenerati ſunt.

§. 56. Et quemadmodum in ſcalis & locis proclivibus ſunt ingreſſus & tranſitiones a proximo in proximum. *v.* §. 51. *ſupra.* ita & gradus in Cognatione ſimiliter fiunt per generationem vel quaſi *d.* §. 11. *ſupr.* ubi *quaſi* generationem intellige quæ fit mediate, ſive mediante alio. Ita pater vere generat filium, at avus *quaſi* generat nepotem.

§. 57. Hinc facile nunc conſtat, qua ratione debeant computari gradus. Scilicet, ut primum inquiratur generans proximus ſive ſtipes, tum ab eo quaſi per locum proclivem computentur omnes gradus quaſi totidem greſſus ſive tranſitiones, quas ille ſtipes fecit generando vere vel quaſi. Unde tum neceſſario ſequitur, tot eſſe gradus quot ille ſtipes vere vel quaſi generando fecit greſſus ſive gradus. Ergo ſtipes non computatur, ſed ejus greſſus ſive gradus, id eſt generationes. Ergo pater & filius diſtant unico gradu: quia ſtipes peregit unicam generationem. Frater & ſoror diſtant duobus gradibus; quia utriuſque ſtipes, nempe communis pater, duas generationes præſtitit, generando filium & filiam, qui ſibi ſunt frater & ſoror. Ergo & ſi quæram: Quoto gradu diſtet Petrus a Patruo ſuo Paulo? Inquires, quis

quis ſit Petri & Pauli ſtipes, id eſt, quis utrumque proxime vere vel quaſi generaverit? Et deprehendis Pauli patrem, quem finge vocari Johannem. Finge hunc Johannem habere duos filios; Cornelium & dictum Paulum. Finge, Cornelii filium eſſe Petrum. Nunc aſcendendo ad ſtipitem, computa & dic: Johannes generavit Cornelium & Paulum, ſunt duæ generationes. Deinde idem Johannes per dictum Cornelium quaſi generavit dictum Petrum; & hæc eſt tertia generatio. Conclude: inter Petrum & ejus patruum Paulum ſunt tres generationes: ergo & tres gradus.

§. 58. Hinc nunc fac regulam: Quot ſunt generationes, tot ſunt gradus. *arg. d. l.* 10. §. 10: *de gradib.* Qua cum coincidit regula Juſtiniani *in* §. 7. *I. d. t. de gradib.* hæc: *Semper generata perſona gradum adjicit.* Nota: *generata:* non *generans.* Ergo *generans* non computatur: *Generatæ* computantur. Generatæ ſunt, Cornelius, Petrus, Paulus. Ergo tres generatæ: Ergo tres gradus.

§. 59. Eſt tamen hæc regula maximo dubio obnoxia, & adeo explicationis neceſſariæ indigens. Enimvero: finge patrem generaſſe ſex liberos: ergo ſex ſunt generationes, adeoque & ſex perſonæ generatæ. Finge inter has perſonas eſſe memoratos Cornelium & Paulum: Quæro, quo gradu diſtet Paulus a Cornelio?

Di-

Dices; ſecundo: & recte dixiſti. Sed oppono: atqui ſex ſunt generationes, ſex perſonæ generatæ. Si reſpondeas, debere duntaxat inſpici perſonas, de quibus quæritur, nempe Cornelium & Paulum, non reliquos: tum inſtabo, & quæram, quo ergo gradu diſtet Cornelius a quinque ſuis fratribus; Ecce hic nunc de ſex perſonis agitur. An ergo Cornelius a fratribus ſuis diſtabit gradu ſexto? Minime. Atqui omnium ſex, par & æqualas eſt generatio. Nec elaberis, ſi dicas, omnes ejuſdem gradus debere conjungi & pro uno haberi: nam ita & Cornelius conjungendus eſt, & diſtabit a fratribus non niſi uno gradu. Ut reſtet dicendum: Præfatæ regulæ (de qua §. 58. *ſupra*) addendum eſſe: *inter perſonas duas.* Sed tum incommodum eſt illud: *Semper*: quod ex §. 7. *I. de gradib.* produxi §. 58. *ſupr.*

§. 60. Quocirca nunquam non commodior viſa mihi fuit computatio Juris Canonici, quod generationes non determinat ex perſonis generatis, uti Jure Civili id fieri vidimus §. 58. ſupra: Sed generationem æſtimat reſpectu tranſitionis. ita ut omnes ejuſdem generationis ſint qui ſunt paris tranſitionis. Verbi gratia, ſex fratres ſunt paris tranſitionis reſpectu ſtipitis: ergo ejuſdem generationis. Sane ſi gradus eſt quaſi ingreſſus & tranſitio de loco in locum: ut ſupra *ex l.* 10. §. 10. *h. t.* vidimus, quid convenien-

nientius iſti principio eſt, quam omnes ejusdem gradus eſſe, qui ſunt eodem tranſitionis loco. At eodem loco ſunt memorati ſex fratres Nam extra hos nulla eſt tranſitio nova. At ubi nulla eſt nova tranſitio, ibi nullus eſt novus gradus. Ergo omnes fratres ſororeſque, etſi quam plurimi fuerint, ſunt eodem gradu, quia ſunt in eadem generationis tranſitione. Ergo fratrum ſororumque filii filiæque, id eſt, avi nepotes nepteſque, omnes ſunt ſecundo gradu: quia avus duas fecit tranſitiones ſive generationes: unam veram, alteram quaſi. Ergo & ſuperiori caſu, Petrus a patruo ſuo Paulo diſtabit gradu ſecundo: quia Johannes nonniſi duas fecit tranſitiones ſive generationes. Primam, inquam, dum generavit Paulum ejuſque fratrem Cornelium: Secundam, dum ex Cornelio quaſi generavit nepotem Petrum. Debent enim in unam generationem redigi, quotquot ſunt in eadem tranſitione. Primam generationem hic conſtituunt Paulus & Cornelius junctim: Secundam, ſolus Petrus. Quod ſi Petrus haberet fratres, finge centum: quod ſi Paulus filios haberet ſimiliter centum: eſſent tamen omnes junctim in eadem tranſitione, conſequenter generatione, conſequenter gradu eodem. Quemadmodum in ſcalis duo pluresve eundem gradum occupantes, omnes tamen non niſi uni gradui inhærent. Abſurdumque eſt, non niſi unum

gradum tenentes (ex. gr. fratres) dicere eſſe ſecundo gradu. Immo ſunt non niſi in uno. Adeoque ſunt Fratres in primo. Unus & primus, non eſt ſecundus.

§. 61. Ergo Jure Canonico regula eſt: *Quot ſunt generationis tranſitiones, tot ſunt gradus.* Sed ut non æſtimentur generationes ex perſonis generatis; quæ eſt computatio Juris Civilis: ſed ex tranſitionibus ad novum gradum. *vid. c.* 2. *& c.* 4. *cauſ.* 35. *qu.* 5.

§. 62. Unde ſequitur, carere nos poſſe regulis de Computatione Canonica vulgaribus, quæ ſunt hæ: 1. Duo gradus Civiles ſive Legales (ut habet textus *c.* 2. *cauſ.* 35. *qu.* 5.) faciunt unum Canonicum, in linea obliqua æquali. 2. Quoto gradu remotior in linea obliqua inæquali diſtat a communi ſtipite, eodem gradu diſtat & a viciniore, ſive ambo inter ſe. *c. f. x. de conſang.* 3. In linea recta convenit Juris Canonici computatio cum Civili.

§. 63. Non dico, has regulas falſas eſſe; Immo agnoſco easdem ut veriſſimas. Sed dico, omnes ex regula mea unica, quam §. 61. modo exhibui, profluere. Dico, eſſe regulæ meæ unicæ tria conſectaria. Dico, poſſe nos iisdem carere. Verbi gratia: fratres diſtant a generante, primo gradu: Convenienter regulæ primæ. Sed fluit id itidem ex regula mea unica, quia ſunt in generatione, id eſt, tranſitione prima.

Pe-

Petrus ejuſque patruus Paulus, ſecundum regulam ſecundam, diſtant gradu ſecundo: Sed ſequitur id iterum ex regula mea unica, cum Paulus ſit in generatione prima; Petrus in ſecunda. Avus & nepos diſtant gradu ſecundo; juxta regulam tertiam: ſimiliter juxta regulam meam unicam: filius enim eſt in tranſitione prima, nepos in ſecunda. Dixi: *diſtant*. Nec enim *eſt* ex. gr. dictus Paulus Petri patruus gradu ſecundo.

§. 64. Ex his porro ſequitur, nil quicquam abſurditatis latitare in computatione Canonica. Sane enim ex. gr. nepos gradu diſtat ſecundo ab avo ſuo; eodem (*reſpectu avi ſeu ſtipitis*) a patruo, eodem (*reſpectu dicti ſtipitis*) a patrui filio, quoniam ipſius avus ſecundam fecit tranſitionem ſive generationem. Dixi, *reſpectu ſtipitis*. Hic enim ſolus gradum facit; hic ſolus ingreditur tranſitque: hic ſolus proprie vel quaſi generat. *v.* §. 51. *ſupra.* Ergo avus meus diſtat a me gradu ſecundo; & filius ejus; & nepos ejus. Cum filius & nepos non faciant gradum; utpote qui me nec proprie nec quaſi generaverunt. Solus ſtipes generat. Solus per loca proclivia ingreditur. Solus tranſit. Filius, nepos, ceterique deſcendentes, habent ſe mere paſſive. Ergo computatio graduum ſemper incipit a ſtipite.

§. 65. Sed pergamus ad ſecundam tituli

partem, quæ, indice Rubrica, eſt *de Affinibus:* qui inde ſic dicuntur, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur & una cognatio ad alterius finem accedat, *l.* 4. §. 3. *ff. h. t.*

§. 66. Dicit textus; *duæ cognationes.* Nota 1. duæ. 2. cognationes. Ergo cognatio *una*, non tantum eſt affinis conjugi uni, ſed & hujus cognationi toti: neque enim unus conjux eſt *cognatio*, ſed cognationis finis. At cognatio non fit affinis conjugi ſive cognationis fini; ſed toti cognationi. *Cognationes* enim junguntur inter ſe. Cognationes inquam, in numero plurali; non cognatio una, ſed duæ. *d. l.* 4. § 3. Ergo uxoris meæ frater non tantum eſt affinis mihi: ſed & meo fratri. Etenim uxoris meæ frater eſt in cognatione uxoris meæ: frater meus eſt in cognatione mea, at hæ duæ cognationes fiunt inter ſe affines, ita vult textus *in d. l.* 4. §. 3. Nec obſtat *cap.* 5. *x. de conſanguinitate & affin.* Nam non negat, inter conjugum cognatos eſſe affinitatem, ſed negat eſſe affinitatem *talem*, *propter quam inter eos debeat matrimonium impediri.* Sane uti omnis cognatio nuptiis impedimento non eſt, ita nec omnis affinitas, §. 6. *ibi*: *quarundam. l. de nupt.*

§. 67. Ex memorato textu in *d. l.* 4. §. 3. vides adhuc, affinitatem per *nuptias* conjungi. Per nuptias enim juſtas, & non alio modo, & cogna-

cognationem & affinitatem produci, vult *d. l.* 4. §. 8. Quod intellige de Cgnatione mixta, ut & de Affinitate mixta, id eſt ubi vinculum Naturale cum Civili concurrit & copulatur, *v. d. l.* 4. §. 2, Enimvero Affinitatem Naturalem, ad inſtar Cognationis, & alio coitu iniri, monemur *l.* 14. §. 3. *de rit. nupt. junct. l.* 7. *l.* 4. §. 2. *h. t. l.* 4. *C. de nupt.* Sed & ſponſalia affinitatem *futuram* inducunt *arg. l.* 1. *ff. de ſponſal.* quæ quemadmodum effectibus non deſtituitur quibusdam certis, quos vide ſis in *l.* 8. *ff. de gradib. l.* 5. *ff. de teſtib. l.* 4. *de parricid. l.* 15. §. 24. *de injur.* ita & Naturalis illa etſi non omnes habeat effectus quos Civilis, habet tamen quosdam, quos aut Naturæ Jus aut aliud ipſi communicat. v. Irner. *noſtr. injur. vap. Coit* 41.

§. 68. Unde ſequitur, nuptiis ſublatis, etiam tolli affinitatem Civilem. *arg. l.* 35. *de R. J.* manere *naturalem*, cujus veneratione (veneratione, dico, aliquando & *ejusdem* mero, ſi furtivæ, qualem affinitatem nemo veneratur, Veneri magis inſerviat, intuitu) a quarundam nuptiis abſtinendum eſt, §. 6. *&* 7. *I. de nupt. l.* 2. *l.* 5. *C. de inc. nupt.* Cum autem nuptiæ & morte & divortio ſolvantur, ſequitur, textus *in l.* 3. §. 1. *de poſtul.* §. 6 *&* 7. *I. de nupt. & c.* indiſtincte loquentes & affinitatem Civilem ſublatam eſſe ſtatuentes, indiſtincte, & de Morte inquam & de Divortio, accipiendos eſſe, *arg. l.* 8. *ff. de Publ.*

in r. act. junct. l. 240. ff. de V. S. de Morte in ſpecie eſt *l. 3. C. de don. int. vir. & uxor.* Exceptio eſt in fideicommiſſo familiæ: ut & id, mortua quantumvis filia, ad generum ſpectet. *l. ult. C. de V. S.*

§. 69. Ex dicto principio, per nuptias induci affinitatem, inductum eſt Jure Canonico, genus affinitatis ſecundum & tertium. Ita ſi fratris mei demortui vidua Titia nubat Cajo, erit hic mihi in genere affinitatis ſecundo, quia inter Cajum & me duæ nuptiæ intervênerunt. Huc pertinent & *Janitrices*, ego & uxoris meæ noverca: &c. v. Böhmer. *de gradib. c. 3. §. 10. ſeqq.* Zoeſ. 4. *decretal.* 14. *n.* 9. Et, ſi mortua Titia Cajus ducat Semproniam, erit inter me & Semproniam matrimonii conjunctio tertia, adeoque & affinitatis genus tertium. Interim, ut §. 66. *in fin.* monui, non omnis affinitas obeſt nuptiis.

§. 70 Ex dictis patet, etiam in affinitate eſſe gradus *l. 10. pr. ff. h. t.* ſcilicet adventitios, non genitales *l. 4. §. 5. ff. h. t.* item ambulatorios: non perpetuos. Non proprie: ſed per abuſionem aut potius ἀναφορικῶς: ut loquitur JC. *in l. 8. ff. de ſuis.*

§. 71. Cumque ex dictis pateat, affinitatis vinculum non eſſe genitale ſed adventitium, non per omnia perpetuum ſed & ambulatorium: ſequitur, ab affinitate ad cognationem, non recte nos argumentari. *arg. l. f. ff. de calumniat.* niſi Legiſlator, quisquis is ſit, in utraque idem jus ſtatuat §. 67. *ſupr.* Sequitur etiam, non eſſe,

extra

extra Legiſlatoris voluntatem tam arctum affinitatis nexum, quam cognationis. Sequitu porro, nuptias in dubio non prohiberi eodem gradu affinitatis, quo cognationis. *v.* 1. *aph.* 46.

§. 72. Reſtat tertia Tituli noſtri pars quam Rubrica indicat verbis, *& de nominibus eorum*. Intellige tam Cognatorum, quam Affinium.

§. 73. Cognatorum (qui hic & *Agnatos* comprehendunt. *v* §. 87. *infr. &* 1. *aphor.* 73.) Nomina in *linea recta Aſcendente*; ſunt Primo gradu: Pater, Mater. Secundo: Avus, Avia. Tertio: Proavus, Proavia. Quarto; Abavus, Abavia. Quinto: Atavus, Atavia. Sexto: Tritavus, Tritavia. In *linea recta Deſcendente*; Primo gradu, Filius, Filia. Secundo: Nepos, Neptis. (Ergo nepotes neptesque ſunt, qui & quæ avum aviamque habent. *add*. §. *ult. I. de Patr. poteſt.* Niſi quod thiis etiam tertii gradus civilis, nepotes, a poſterioris ævi ſcriptoribus, & ita quoque Jure Feudali & Canonico, tribuantur; qualis ex. gr. eſt fratris filius. 1. *F. ſ. pr. t:* add. *c.* 7. *x. de conſanguin* & Gunth. 1. *Lig.* 332. vid. ſis quæ noviſſime ſcripſi *tract. de jure filior. in antic.* §. 3.) ceterique Deſcendentes, qui omnes communi voce *Liberorum* veniunt. *l.* 220. *de V. S.* ut Aſcendentes *Parentum*. Aliquando tamen vox *Parentum* ad omnes Cognatos atque Affines pertinet; ut vides apud Alex. ab Alexandro

in r.a [illegible] *dir. c.* 9. & ibi Tiraq. & Mercer. *l.* 3. C [illegible] *quibus* adde ſis quæ ſcripſi §. 75. *in fin.* com[illegible] *fin. c.* 3. §. 18.

vis [illegible] Nomina Cognatorum in linea Col[illegible] Æquali, ſunt in primo gradu Cano- du[illegible]ater, Soror. *Fratris* tamen appellatio co[illegible]ius nonnunquam accipitur, ut & *So-* ſi[illegible]em veniat *l.* 35. *ff. de pact.* Suntque Fra- e[illegible] *Germani*, alii *Conſanguinei*, alii *Ute-* [illegible] 14. §. 1. *C. legit. her.* Germani per u- [illegible]que parentem conjuncti ſunt: Uterini [illegible]olum uterum maternum: Conſanguinei [illegible]r ſolum (poſſunt tamen & ipſi *Germani* eo no- [illegible]ine venire §. 1. *I. de legit. agn. ſucceſſ.* & Germani vox Conſanguineo applicari. §. 3. *& ſeq. I. d. t.* quo ſenſu Cimon ſororem germanam in matrimonio habuit: de quo Corn. Nepos *præfat. & in Cimon.* Rutgers. 1. *var. lect.* 9. vid. Hert. *diſſertat. vol.* 2. *tom.* 3. *diſput.* 4. *ſect.* 2. §. 1. *&* §. 6.) patris ſanguinem, veluti Abraham ejusque & Soror & conjux Sarah. *Geneſ. cap.* 20. Alt Uterini erant Cupido & Æneas, matre Venere prognati. In ſecundo gradu Canonico; Patrueles, Amitini, Amitinæ; &, generali appellatione, Conſobrini, id eſt, fratrum ſororumve filii filiæque *l.* 10. §. 15. *h. t. l.* 1. *de parr.* quos nonnulli *Nepotes* vocant, adverſus quos tu nota §. 73. *ſupra.* In tertio gradu ſunt Sobrini Sobrinæque. Etſi Tacitus 2. *an-*

nal.

nal. 27. eos & conſobrinos cognominet. Ryck. *ibi in not.* Inter Conſobrinos & Sobrinos autem eſt quaſi medius is, qui propior Sobrino audit. Ex. gr. Thare generavit Abrahamum & Nachorem, Abraham generavit Iſacum. Nachor generavit Bethuelem. Iſac generavit Jacobum. Bethuel generavit Labanum & Rebeccam. Hic Iſac & Bethuel ſunt conſobrini. Jacob & Laban ſunt ſobrini. Item Jacob & Rebecca ſunt ſobrini. At Bethuelem vocabit Jacobus propiorem Sobrino: veluti & Labanus & Rebecca Iſacum.

§. 75. Interim propior ſobrino quem dixi, qui & propior ſobrinus *l.* 1. *C. unde legit*, & propius ſobrino §. 5. *h. t.* pertinet ad lineam inæqualem. In qua ante illum adhuc ſunt Thii (vid. Forner 1. *ſelection.* 14.): quo nomine comprehenduntur Patruus, Amita, Avunculus, Matertera: qui ſunt tertio gradu Civili. At quarto gradu Civili hic ſunt Patruus magnus (avi frater), Amita magna, Avunculus magnus, Matertera magna. Quinto gradu civili eſt Propatruus, Proamita, Proavunculus, Promatertera: qui me iterum fratris vel ſororis pronepotem demonſtrant *l.* 10. §. 16. *ff. h.* Sciendum tamen, etiam patruos, amitas, avunculos, materteras dici, qui proprie magni dicendi: dequo vide ſis Ryck. *ad Tacit.* 2. *annal.* 27. 3. qui idem & ad 3. *ann.* 30. 3. recte vidit,

Dices; ſecundo: & recte dixiſti. Sed oppono: atqui ſex ſunt generationes, ſex perſonæ generatæ. Si reſpondeas, debere duntaxat inſpici perſonas, de quibus quæritur, nempe Cornelium & Paulum, non reliquos: tum inſtabo, & quæram, quo ergo gradu diſtet Cornelius a quinque ſuis fratribus; Ecce hic nunc de ſex perſonis agitur. An ergo Cornelius a fratribus ſuis diſtabit gradu ſexto? Minime. Atqui omnium ſex, par & æqualas eſt generatio. Nec elaberis, ſi dicas, omnes ejusdem gradus debere conjungi & pro uno haberi: nam ita & Cornelius conjungendus eſt, & diſtabit a fratribus non niſi uno gradu. Ut reſtet dicendum: Præfatæ regulæ (de qua §. 58. *ſupra*) addendum eſſe: *inter perſonas duas.* Sed tum incommodum eſt illud: *Semper*: quod ex §. 7. *I. de gradib.* produxi §. 58. *ſupr.*

§. 60. Quocirca nunquam non commodior viſa mihi fuit computatio Juris Canonici, quod generationes non determinat ex perſonis generatis, uti Jure Civili id fieri vidimus §. 58. ſupra: Sed generationem æſtimat reſpectu tranſitionis. ita ut omnes ejuſdem generationis ſint qui ſunt paris tranſitionis. Verbi gratia, ſex fratres ſunt paris tranſitionis reſpectu ſtipitis: ergo ejusdem generationis. Sane ſi gradus eſt quaſi ingreſſus & tranſitio de loco in locum: ut ſupra *ex l.* 10. §. 10. *h. t.* vidimus, quid convenien-

nientius iſti principio eſt, quam omnes ejusdem gradus eſſe, qui ſunt eodem tranſitionis loco. At eodem loco ſunt memorati ſex fratres Nam extra hos nulla eſt tranſitio nova. At ubi nulla eſt nova tranſitio, ibi nullus eſt novus gradus. Ergo omnes fratres ſororeſque, etſi quam plurimi fuerint, ſunt eodem gradu, quia ſunt in eadem generationis tranſitione. Ergo fratrum ſororumque filii filiæque, id eſt, avi nepotes nepteſque, omnes ſunt ſecundo gradu: quia avus duas fecit tranſitiones ſive generationes: unam veram, alteram quaſi. Ergo & ſuperiori caſu, Petrus a patruo ſuo Paulo diſtabit gradu ſecundo: quia Johannes nonniſi duas fecit tranſitiones ſive generationes. Primam, inquam, dum generavit Paulum ejuſque fratrem Cornelium: Secundam, dum ex Cornelio quaſi generavit nepotem Petrum. Debent enim in unam generationem redigi, quotquot ſunt in eadem tranſitione. Primam generationem hic conſtituunt Paulus & Cornelius junctim: Secundam, ſolus Petrus. Quod ſi Petrus haberet fratres, finge centum: quod ſi Paulus filios haberet ſimiliter centum: eſſent tamen omnes junctim in eadem tranſitione, conſequenter generatione, conſequenter gradu eodem. Quemadmodum in ſcalis duo pluresve eundem gradum occupantes, omnes tamen non niſi uni gradui inhærent. Abſurdumque eſt, non niſi unum

gradum tenentes (ex. gr. fratres) dicere eſſe ſecundo gradu. Immo ſunt non niſi in uno. Adeoque ſunt Fratres in primo. Unus & primus, non eſt ſecundus.

§. 61. Ergo Jure Canonico regula eſt: *Quot ſunt generationis tranſitiones, tot ſunt gradus.* Sed ut non æſtimentur generationes ex perſonis generatis; quæ eſt computatio Juris Civilis: ſed ex tranſitionibus ad novum gradum. *vid. c.* 2. *& c.* 4. *cauſ.* 35. *qu.* 5.

§. 62. Unde ſequitur, carere nos poſſe regulis de Computatione Canonica vulgaribus, quæ ſunt hæ: 1. Duo gradus Civiles ſive Legales (ut habet textus *c.* 2. *cauſ.* 35. *qu.* 5.) faciunt unum Canonicum, in linea obliqua æquali. 2. Quoto gradu remotior in linea obliqua inæquali diſtat a communi ſtipite, eodem gradu diſtat & a viciniore, ſive ambo inter ſe. *c. f. x. de conſang.* 3. In linea recta convenit Juris Canonici computatio cum Civili.

§. 63. Non dico, has regulas falſas eſſe; Immo agnoſco easdem ut veriſſimas. Sed dico, omnes ex regula mea unica, quam §. 61. modo exhibui, profluere. Dico, eſſe regulæ meæ unicæ tria conſectaria. Dico, poſſe nos iisdem carere. Verbi gratia; fratres diſtant a generante, primo gradu: Convenienter regulæ primæ. Sed fluit id itidem ex regula mea unica, quia ſunt in generatione, id eſt, tranſitione prima.

Pe-

Petrus ejuſque patruus Paulus, ſecundum regulam ſecundam, diſtant gradu ſecundo: Sed ſequitur id iterum ex regula mea unica, cum Paulus ſit in generatione prima; Petrus in ſecunda. Avus & nepos diſtant gradu ſecundo; juxta regulam tertiam: ſimiliter juxta regulam meam unicam: filius enim eſt in tranſitione prima, nepos in ſecunda. Dixi: *diſtant*. Nec enim *eſt* ex. gr. dictus Paulus Petri patruus gradu ſecundo.

§. 64. Ex his porro ſequitur, nil quicquam abſurditatis latitare in computatione Canonica. Sane enim ex. gr. nepos gradu diſtat ſecundo ab avo ſuo; eodem (*reſpectu avi ſeu ſtipitis*) a patruo, eodem (*reſpectu dicti ſtipitis*) a patrui filio, quoniam ipſius avus ſecundam fecit tranſitionem ſive generationem. Dixi, *reſpectu ſtipitis*. Hic enim ſolus gradum facit; hic ſolus ingreditur tranſitque: hic ſolus proprie vel quaſi generat. *v.* §. 51. *ſupra*. Ergo avus meus diſtat a me gradu ſecundo; & filius ejus; & nepos ejus. Cum filius & nepos non faciant gradum; utpote qui me nec proprie nec quaſi generaverunt. Solus ſtipes generat. Solus per loca proclivia ingreditur. Solus tranſit. Filius, nepos, ceterique deſcendentes, habent ſe mere paſſive. Ergo computatio graduum ſemper incipit a ſtipite.

§. 65. Sed pergamus ad ſecundam tituli

 par-

partem, quæ, indice Rubrica, eſt *de Affinibus*: qui inde ſic dicuntur, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur & una cognatio ad alterius finem accedat, *l.* 4. §. 3. *ff. h. t.*

§. 66. Dicit textus; *duæ cognationes*. Nota 1. duæ. 2. cognationes. Ergo cognatio *una*, non tantum eſt affinis conjugi uni, ſed & hujus cognationi toti: neque enim unus conjux eſt *cognatio*, ſed cognationis finis. At cognatio non fit affinis conjugi ſive cognationis fini; ſed toti cognationi. *Cognationes* enim junguntur inter ſe. Cognationes, inquam, in numero plurali; non cognatio una, ſed duæ. *d. l.* 4. § 3. Ergo uxoris meæ frater non tantum eſt affinis mihi: ſed & meo fratri. Etenim uxoris meæ frater eſt in cognatione uxoris meæ: frater meus eſt in cognatione mea, at hæ duæ cognationes fiunt inter ſe affines, ita vult textus *in d. l.* 4. §. 3. Nec obſtat *cap.* 5. *x. de conſanguinitate & affin.* Nam non negat, inter conjugum cognatos eſſe affinitatem, ſed negat eſſe affinitatem *talem*, *propter quam inter eos debeat matrimonium impediri*. Sane uti omnis cognatio nuptiis impedimento non eſt, ita nec omnis affinitas, §. 6. *ibi*: *quarundam. I. de nupt.*

§. 67. Ex memorato textu in *d. l.* 4. §. 3. vides adhuc, affinitatem per *nuptias* conjungi. Per nuptias enim juſtas, & non alio modo, & cogna-

cognationem & affinitatem produci, vult *d. l.* 4. §. 8. Quod intellige de Cgnatione mixta, ut & de Affinitate mixta, id eſt ubi vinculum Naturale cum Civili concurrit & copulatur, *v. d. l.* 4. §. 2, Enimvero Affinitatem Naturalem, ad inſtar Cognationis, & alio coitu iniri, monemur *l.* 14. §. 3. *de rit. nupt. junct. l.* 7. *l.* 4. §. 2. *h. t. l.* 4. *C. de nupt.* Sed & ſponſalia affinitatem *futuram* inducunt *arg. l.* 1. *ff. de ſponſal.* quæ quemadmodum effectibus non deſtituitur quibusdam certis, quos vide ſis in *l.* 8. *ff. de gradib. l.* 5. *ff. de teſtib. l.* 4. *de parricid. l.* 15. §. 24. *de injur.* ita & Naturalis illa etſi non omnes habeat effectus quos Civilis, habet tamen quosdam, quos aut Naturæ Jus aut aliud ipſi communicat. v. Irner. *noſtr. injur. vap. Coit* 41.

§. 68. Unde ſequitur, nuptiis ſublatis, etiam tolli affinitatem Civilem. *arg. l.* 35. *de R. J.* manere *naturalem*, cujus veneratione (veneratione, dico, aliquando & *ejusdem* mero, ſi furtivæ, qualem affinitatem nemo veneratur, Veneri magis inſerviat, intuitu) a quarundam nuptiis abſtinendum eſt, §. 6. & 7. *I. de nupt. l.* 2. *l.* 5. *C. de inc. nupt.* Cum autem nuptiæ & morte & divortio ſolvantur, ſequitur, textus *in l.* 3. §. 1. *de poſtul.* §. 6 & 7. *I. de nupt. & c.* indiſtincte loquentes & affinitatem Civilem ſublatam eſſe ſtatuentes, indiſtincte, & de Morte inquam & de Divortio, accipiendos eſſe, *arg. l.* 8. *ff. de Publ.*

in r. act. junct. l. 240. *ff. de V. S.* de Morte in ſpecie eſt *l.* 3. *C. de don. int. vir. & uxor.* Exceptio eſt in fideicommiſſo familiæ: ut & id, mortua quantumvis filia, ad generum ſpectet. *l. ult. C. de V. S.*

§. 69. Ex dicto principio, per nuptias induci affinitatem, inductum eſt Jure Canonico, genus affinitatis ſecundum & tertium. Ita ſi fratris mei demortui vidua Titia nubat Cajo, erit hic mihi in genere affinitatis ſecundo, quia inter Cajum & me duæ nuptiæ intervenerunt. Huc pertinent & *Janitrices*, ego & uxoris meæ noverca: &c. v. Böhmer. *de gradib. c.* 3. §. 10. *ſeqq.* Zoeſ. 4. *decretal.* 14. *n.* 9. Et, ſi mortua Titia Cajus ducat Semproniam, erit inter me & Semproniam matrimonii conjunctio tertia, adeoque & affinitatis genus tertium. Interim, ut §. 66. *in fin.* monui, non omnis affinitas obeſt nuptiis.

§. 70 Ex dictis patet, etiam in affinitate eſſe gradus *l.* 10. *pr. ff. h. t.* ſcilicet adventitios, non genitales *l.* 4. §. 5. *ff. h. t.* item ambulatorios: non perpetuos. Non proprie: ſed per abuſionem aut potius ἀναφορικῶς: ut loquitur JC. *in l.* 8. *ff. de ſuis.*

§. 71. Cumque ex dictis pateat, affinitatis vinculum non eſſe genitale ſed adventitium, non per omnia perpetuum ſed & ambulatorium: ſequitur, ab affinitate ad cognationem, non recte nos argumentari. *arg. l. 5. ff. de calumniat.* niſi Legiſlator, quisquis is ſit, in utraque idem jus ſtatuat §. 67. *ſupr.* Sequitur etiam, non eſſe, extra

extra Legiſlatoris voluntatem tam arctum affinitatis nexum, quam cognationis. Sequitu porro, nuptias in dubio non prohiberi eodem gradu affinitatis, quo cognationis. *v.* 1. *aph.* 46.

§. 72. Reſtat tertia Tituli noſtri pars quam Rubrica indicat verbis, *& de nominibus eorum.* Intellige tam Cognatorum, quam Affinium.

§. 73. Cognatorum (qui hic & *Agnatos* comprehendunt. *v* §. 87. *infr. &* 1. *aphor.* 73.) Nomina in *linea recta Aſcendente;* ſunt Primo gradu: Pater, Mater. Secundo: Avus, Avia. Tertio: Proavus, Proavia. Quarto: Abavus, Abavia. Quinto: Atavus, Atavia. Sexto: Tritavus, Tritavia. In *linea recta Deſcendente*; Primo gradu, Filius, Filia. Secundo: Nepos, Neptis. (Ergo nepotes neptesque ſunt, qui & quæ avum aviamque habent. *add.* §. *ult. I. de Patr. poteſt.* Niſi quod thiis etiam tertii gradus civilis, nepotes, a poſterioris ævi ſcriptoribus, & ita quoque Jure Feudali & Canonico, tribuantur; qualis ex. gr. eſt fratris filius. 1. *F.* 5. *pr. &* add. *c.* 7. *x. de conſanguin* & Gunth. 1. *Lig.* 332. vid. ſis quæ noviſſime ſcripſi *tract. de jure filior. in antic.* §. 3.) ceterique Deſcendentes, qui omnes communi voce *Liberorum* veniunt. *l.* 220. *de V. S.* ut Aſcendentes *Parentum.* Aliquando tamen vox *Parentum* ad omnes Cognatos atque Affines pertinet; ut vides apud Alex. ab Alexandro

libr. 1. *gen. dier. c.* 9. & ibi Tiraq. & Mercer. *in notis.* quibus adde ſis quæ ſcripſi §. 75. *in fin. infra.* & *Irn. c.* 3. §. 18.

§. 74. Nomina Cognatorum in linea Collaterali Æquali, ſunt in primo gradu Canonico; Frater, Soror. *Fratris* tamen appellatio etiam latius nonnunquam accipitur, ut & *Soror* eadem veniat *l.* 35. *ff. de pact.* Suntque Fratrum alii *Germani*, alii *Conſanguinei*, alii *Uterini. l.* 14. §. 1. *C. legit. her.* Germani per utrumque parentem conjuncti ſunt: Uterini per ſolum uterum maternum: Conſanguinei per ſolum (poſſunt tamen & ipſi *Germani* eo nomine venire §, 1. *l. de legit. agn. ſucceſſ.* & Germani vox Conſanguineo applicari. §. 3. & *ſeq. l. d. t.* quo ſenſu Cimon ſororem germanam in matrimonio habuit: de quo Corn. Nepos *præfat.* & *in Cimon.* Rutgers. 1. *var. lect.* 9. vid. Hert. *diſſertat. vol.* 2. *tom.* 3. *diſput.* 4. *ſect.* 2. §. 1. & §. 6.) patris ſanguinem, veluti Abraham ejusque & Soror & conjux Sarah. *Geneſ. cap.* 20. At Uterini erant Cupido & Æneas, matre Venere prognati. In ſecundo gradu Canonico; Patrueles, Amitini, Amitinæ; &, generali appellatione, Conſobrini, id eſt, fratrum ſororumve filii filiæque *l.* 10. §. 15. *h. t. l.* 1. *de parr.* quos nonnulli *Nepotes* vocant, adverſus quos tu nota §. 73. *ſupra.* In tertio gradu ſunt Sobrini Sobrinæque. Etſi Tacitus 2. *an-*

nal.

nal. 27. eos & conſobrinos cognominet. Ryck. *ibi in not.* Inter Conſobrinos & Sobrinos autem eſt quaſi medius is, qui propior Sobrino audit. Ex.gr. Thare generavit Abrahamum & Nachorem. Abraham generavit Iſacum. Nachor generavit Bethuelem. Iſac generavit Jacobum. Bethuel generavit Labanum & Rebeccam. Hic Iſac & Bethuel ſunt conſobrini. Jacob & Laban ſunt ſobrini. Item Jacob & Rebecca ſunt ſobrini. At Bethuelem vocabit Jacobus propiorem Sobrino: veluti & Labanus & Rebecca Iſacum.

§. 75. Interim propior ſobrino quem dixi, qui & propior ſobrinus *l.* 1. *C. unde legit*, & propius ſobrino §. 5. *h. t.* pertinet ad lineam inæqualem. In qua ante illum adhuc ſunt Thii (vid. Forner 1. *ſelection.* 14.): quo nomine comprehenduntur Patruus, Amita, Avunculus, Matertera: qui ſunt tertio gradu Civili. At quarto gradu Civili hic ſunt Patruus magnus (avi frater), Amita magna, Avunculus magnus, Matertera magna. Quinto gradu civili eſt Propatruus, proamita, Proavunculus, Promatertera: qui me iterum fratris vel ſororis pronepotem demonſtrant *l.* 10. §. 16. *ff. h.* Sciendum tamen, etiam patruos, amitas, avunculos, materteras dici, qui proprie magni dicendi: dequo vide ſis Ryck. *ad Tacit.* 2. *annal.* 27. 3. qui idem & ad 3. *ann.* 30. 3. recte vidit,

 ſoro-

ſororis nepotem non eſſe ſororis filium: nec ex ſorore nepotem, vocari.

§. 76. Affinium nomina maxime obſervanda ſunt hæc: *Socer*, mariti vel uxoris pater. *Socrus*, mariti vel uxoris mater. *Vitricus*, matris novus maritus. *Noverca*, patris poſterior uxor. *Proſocer*, ſoceri pater. *Proſocrus*, ſocrus mater. *Gener*, maritus filiæ. *Nurus*, filii uxor. *Privignus* & *Privigna*, liberi ex anteriori thoro generati. *Levir*, eſt mariti frater. Mariti ſoror, vocatur *Glos*. Fratria tamen etiam *Gloris* appellatione venit antiquis. Eſt nonnemo qui uxoris quoque ſororem, *Glorem* vocat. Sed absque auctoritate ulla. Adde ſis Taubman. 4. *epigr*. 5. (ibi: *Glos, glotis, gloti: declinat Marculus. Hei! quam Glore ſua Priſci vapulat anus anu!*). Sororis maritum, *Sororium* appellant; quod eſt contra *c*. 5. *cauſ*. 35. *q*. 5. Sane adjectivum id eſſe, nemo negat. *v. l.* 19. *C. de Epiſcop. Plaut, Curcul. act*. 5. *ſc*. 2. *verſ*. 60. Aſt fratris mei uxor eſt mea *Fratria*, vel *Fratriſſa d. q*. 5. Duorum fratrum uxores, *Janitrices* appellantur. *d. q*. 5. *& l*. 4. §. 6. *h. t.* Vidui Viduæque Liberi iſtis matrimonio junctis, vocantur *Comprivigni*, &c. *v. l* 4. *ff. h.* § 8. *l. de nupt. c*. 5. *cauſ*. 35. *qu*. 5. Speciale Virginis & Vidui comprivignorum exemplum exhibent Salvator noſter & Joſephi ex defuncta uxore filii quatuor, inter quos & Jacobus Minor. *Matth*. 13, *verſ*. 5. Vid.

Schmid. *dec. diſſertation. hiſtor. theolog.* 10. §. 4.

§. 77. Liceat mihi adhuc tituli hujus Parti primæ corollarium annectere Feudale, quo enixe contendo, Jure Feudali obſervari computationem graduum Canonicam; quod non tantum hiſtoria receptionis Juris Canonici ante Romanum, exigit: *Vid. Admon. Part.* 1. §. 29. ſed & firmatur *arg.* 1. *F.* 1. §. 4. ibi: *ſeptimum geniculum.* Dixi late *ad Felt. de Feud. Not.* 180.

TIT. XI

Unde Vir & Uxor.

§. 78. Sequitur nunc Quarta bonorum Poſſeſſio ab Inteſtato, dicta, *Unde Vir & Uxor.* Quam Prætor dat Conjugi ſuperſtiti ad bona Conjugis defuncti, deficientibus cognatis, fiſco excluſo, qui ante inductum hoc jus Prætorium bona defuncti ceu vacantia occupabat. *l. un ff. l.* 1. *C. h. t.*

§. 79. Dixi; *deficientibus cognatis.* Quamdiu enim cognati adſunt, excluduntur Conjuges. Quod limita de Jure Novellæ 53. *cap.* 6. *§. fin. & Nov.* 117. *c.* 5. *in. fin.* de quo *ad inſt. libr.* 3. *aph.* 35. Dixi: *Conjugi.* Limita (1.) niſi vidua intra annum luctus ad ſecunda vota tranſierit *l.* 1. *l.* 2. *C. de ſec. nupt.* (2.) niſi alterum alter

occide-

occiderit *l.* 10. §. 1. *ſol. matr.* etſi in adulterio *l.* 22. §. *f. adulter.* non obſtante *l.* 3. §. 3. *ad SC. Silanian.* ut vides *de J. Filior. membr.* 7. §. 8. (3.) Ut ad Sponſos ſponſaſque etſi de Præſenti, hæc ſucceſſio non pertineat. *vid. Admon. IV.* 94. *fi.* non obſtante *l.* 10. *de jur. fiſc.* de qua *vid. Adm. VII.* 139. *fin.*

TIT. XII.

De Veteranorum & Militum Succeſſione.

§. 80. Adhuc in materia Bonorum Poſſeſſionis ſcias (11.) Militem ex militari delicto capitis damnatum, poſſe nihilominus de caſtrenſibus bonis teſtamentum facere, & hujus ſecundum tabulas, dari bonorum poſſeſſionem *l.* 1. *ff. h. t.* Immo & ſi teſtamentum non condat, ſuccedere cognatos in dictis bonis ad quintum uſque gradum *l.* 2. *h.* In ceteris bonis fit locus Fiſco. *d. l.* 2. *l.* 13. *C. de teſtam. milit.* Opp. Atqui Legio ſeu Vexillatio fiſcum excludit. *l.* 2. *C. de hered. decur.* Reſp. Si miles condemnatus non fuerit. *arg. l.* 1. *ff. h. t. junct. arg. l.* 26. *de legib.* §. *pen. l. de L. Aquil.* Vide tamen & notabilem conſtitutionem Divi Hadriani in *l.* 6. §. 7. *de injuſt. rumpt.*

TIT.

TIT. XIII

Quibus non competit bonorum poſſeſſio.

§. 81. Adde (12.) eſſe homines, quibus bonorum poſſeſſio non datur, ut ſunt qui eidem renuntiarunt, vel expreſſe *l. 4. pr. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſerv.* vel tacite, non agnoſcendo eam intra tempus a lege præfixum; de quo ſupra §. 7. Item, ſi quis ſe indignum reddiderit hereditate Civili. de quo *vid. ſupra parte* 5. §. 80. *&* 158. *ſeq. Add. part. 6.* §. 93. *v. l.* 12. §. 1. *de bon. poſſ.*

TIT. XIV.

Ut ex Legibus Senatusve conſultis bonorum poſſeſſio detur.

§. 82. Adde (13.) etſi bonorum poſſeſſio ſit remedium Prætorium, aliquando tamen extra ordinem & Legibus & Senatus conſultis eandem dari: quam tum Prætor ad Juris hujus Civilis præſcriptum impertit. *l. un. pr. ff. h. t. vid.* §. 4. *ſupra.*

TIT. XV.

Quis ordo in poſſeſſionibus ſervetur.

§. 83. Denique (14.) ordinem inter bonorum Poſſeſſiones Prætorem ſervare ita ut prius Contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittat, tum Secundum tabulas, Tum quatuor illas ab inteſtato, eo ordine, quem ſupra ſecundum Pandectarum ſeriem exhibuimus: quamvis hic ordo per Novellas 118. & 127. immane quantum turbatus ſit.

TIT. XVI.

De Suis & Legitimis Heredibus.

§. 84. Fuit Succeſſio Prætoria. Sequitur (*v.* §. 1.) ut dicamus de Civili Legitima, ſive ab inteſtato.

§. 85. Vocatur *Legitima*, quia lex eandem immediate defert. Alias & Teſtamentaria ſucceſſio late *legitima* dici poſſet, *l.* 130. *V. S.* ſed quoniam lex tum non operatur ſola, ſed teſtamentum requirit intermedium, ideo quæ ab inteſtato defertur, per excellentiam *Legitima* cognominatur. *Inteſtatus* autem eſt, qui vel teſtamentum nullum fecit, ſive non voluerit ſive non potuerit facere, vel qui non jure fecit,

cit, vel etiam ſi jure fecit, id tamen poſtea ruptum aut irritum factum aut reſciſſum eſt. *pr. I. I. de Hered. q. ab inteſt. defer.* §. 6. *I. de pupill. ſubſtit. l.* 14. §. 3. *ad L. Falcid.*

§. 86. Talis hereditas immediate defertur a Lege. Sed aliter Jure Antiquo, aliter Jure Novo.

§. 87. Jure antiquo Lex XII. tabularum ante omnes alios vocabat *Suos*, id eſt, liberos, qui proxime in patria poteſtate ſunt conſtituti. Talibus liberis deficientibus, vocabantur *Legitimi* in ſpecie ita dicti, id eſt, Agnati ſive cognati per meros mares conjuncti, etſi longiſſimo gradu eſſent, feminis tamen (præter ſororem) non admiſſis: *quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur, jura ita conſtitui, ut plerumque hereditates ad maſculos confluerent:* ait Cæſar §. 3. *I. de leg. agn. ſucceſſ.* cujus iterum rationem habes in *l.* 195. *in fin. d. V. S.*

TIT. XVII.

Ad SC. Tertullianum & Orphitianum.

§. 88. Quia autem nec mater liberis, nec liberi matri, inter *Suos* aut *Agnatos* eſſe poſſunt, ideo nec huic illis, nec illis hæc, ab inteſtato ſuccedebant, donec Hadriani Imperatoris temporibus *SC. Tertulliano* lato, matri inge-

nuæ

TIT. XV.

Quis ordo in poſſeſſionibus ſervetur.

§. 83. Denique (14.) ordinem inter bonorum Poſſeſſiones Prætorem ſervare ita ut prius Contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittat, tum Secundum tabulas. Tum quatuor illas ab inteſtato, eo ordine, quem ſupra ſecundum Pandectarum ſeriem exhibuimus: quamvis hic ordo per Novellas 118. & 127. immane quantum turbatus ſit.

TIT. XVI.

De Suis & Legitimis Heredibus.

§. 84. Fuit Succeſſio Prætoria. Sequitur (*v.* §. 1.) ut dicamus de Civili Legitima, ſive ab inteſtato.

§. 85. Vocatur *Legitima*, quia lex eandem immediate defert. Alias & Teſtamentaria ſucceſſio late *legitima* dici poſſet, *l.* 130. *V. S.* ſed quoniam lex tum non operatur ſola, ſed teſtamentum requirit intermedium, ideo quæ ab inteſtato defertur, per excellentiam *Legitima* cognominatur. *Inteſtatus* autem eſt, qui vel teſtamentum nullum fecit, ſive non voluerit ſive non potuerit facere, vel qui non jure fecit,

cit, vel etiam ſi jure fecit, id tamen poſtea ruptum aut irritum factum aut reſciſſum eſt. *pr. I. I. de Hered. q. ab inteſt. defer.* §. 6. *I. de pupill. ſubſtit. l.* 14. §. 3. *ad L. Falcid.*

§. 86. Talis hereditas immediate defertur a Lege. Sed aliter Jure Antiquo, aliter Jure Novo.

§. 87. Jure antiquo Lex XII. tabularum ante omnes alios vocabat *Suos*, id eſt, liberos, qui proxime in patria poteſtate ſunt conſtituti. Talibus liberis deficientibus, vocabantur *Legitimi* in ſpecie ita dicti, id eſt, Agnati ſive cognati per meros mares conjuncti, etſi longiſſimo gradu eſſent, feminis tamen (præter ſororem) non admiſſis: *quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur, jura ita conſtitui, ut plerumque hereditates ad maſculos confluerent:* ait Cæſar §. 3. *I. de leg. agn. ſucceſſ.* cujus iterum rationem habes in *l.* 195. *in fin. d. V. S.*

TIT. XVII.

Ad SC. Tertullianum & Orphitianum.

§. 88. Quia autem nec mater liberis, nec liberi matri, inter *Suos* aut *Agnatos* eſſe poſſunt, ideo nec huic illis, nec illis hæc, ab inteſtato ſuccedebant, donec Hadriani Imperatoris temporibus *SC. Tertulliano* lato, matri inge-

nuæ

nuætrium, libertinæ quatuor, liberorum jus habenti, horum hereditas delata fuit.

§. 89. Sed & ſub Marco Imperatore *SCtum Orphitianum* editum eſt, quo filius filiaque ad matris inteſtatæ hereditatem, agnatis cognatiſque defunctæ matris excluſis, vocantur.

§. 90. Ita quidem durities Iuris Civilis reſpectu matris liberorumque, duobus iſtis SCtis, emollita fuit. Perquam durum nihilominus Prætori videbatur, omnes cognatos ab hereditate excludi; quapropter ſi nulli agnati adeſſent, Prætor cognatos ſeptimi aut citerioris gradus bonorum poſſeſſione impertiebatur; ut ſupra vidimus. Sed hæc ſufficiant de Iure Antiquo.

§. 91. Iure Novo (*v.* §. 86. *ſupra*) Succeſſio ab inteſtato vel fit 1. jure ſanguinis, vel 2. ratione quadam Civili.

§. 92. Priorem Novella CXVIII. *princ. cap.* 2. 3. & 4. juncta Novella 127. *princ. & cap.* 1. tribus comprehendit ordinibus: 1. Deſcendentium, 2. Aſcendentium, 3. Collateralium. Quæ novella Succeſſio cum fundamento iſto naturali in *l.* 8. §. 1. *de jur. codic. l.* 1. *§.* 6. *de leg.* 3. præſumto inquam erga ſuperfuturos amore, v. Grot. 2. *de jur. bell. & pac.* 7. §. 10. *n.* 2. apprime concordat.

§. 93. Deſcendentium eadem appellatio eſt quæ liberorum *l.* 220. *de V. S.* §. *ult. I. qui teſt. tut.*

tut. dat. poſſ. Verum de his ceteriſquæ huc pertinentibus fuſe dixi ad Inſtitutiones *libro 3. aph. 1. uſque ad aphor.* 40. quæ huc repeto. Conſiderem hic caſum quo Titius moritur relictis, ex duobus præmortuis fratribus germanis, tribus filiis: finge, eundem Titium ſimul relinquere duos adhuc viventes fratres conſanguineos. Hoc caſu, tres iſti filii ſuccedent in ſtirpes, ita ut unum ſemiſſem capiat unus filius, alterum ſemiſſem duo filii: fratres autem iſti duo conſanguinei omnino ſint excluſiſſimi *d. Nov.* 118. *cap. 3. verſ. unde conſequens eſt*. Et quæſo notentur hoc loco verba illa Juſtiniani: *Unde conſequens eſt*. At dic ſodes: *unde* id, de quo caſus modo poſitus loquitur, *conſequens eſt*? Scilicet ex univerſali præcedente regula, filios fratrum ſemper gaudere jure repræſentationis. Qualem univerſalem regulam in præcedentibus ibi verbis latitare, & *conſequentia* hæc depoſcit, & Juſtinianus mox eodem capite (*verſ. hujuſmodi. & verſ. ſed &*) clarius monet. Ut negari nequeat, eandem regulam univerſalem contineri & *d. c. 3. verſ. & quanticunque fuerint*. Ut hic verſiculus: *& quanti cunque* (in Græco eſt, ὅσοι id eſt, *quicunque*, vel, *cujuſcunque generis*. vid. quæ dixi *de Jur. Virgin.* §. 43.) verba præcedentia agentia de caſu ſpeciali quo thii concurrunt, omnino ad quoſcunque caſus generaliter extendat. Sane ex hac generali regula, mi-

nime autem ex præmiſſo caſu ſpeciali, fluit unice dicta Juſtinanea conſequentia. Eadem conſequentia vult, in caſu ſupra poſito, Titii bona in duos ſemiſſes abire, & in hos, tres iſtos filios jure repræſentationis ſuccedere, etſi Titius duos iſtos fratres conſanguineos non habuerit; adeoque tres iſti filii ſoli fuerint. Eadem inquam conſequentia eſt ex dicta regula generali. Nunc ita conclude: Quod eſt regulæ conſequens, non eſt ipſa regula. Atqui, fratrum filios cum thiis concurrentes, ſuccedere in ſtirpes, eſt regulæ conſequens. Ergo non eſt regula. Probatur Minor expreſſe *d. verſ. Unde conſequens.*

§. 94. Adhuc admoneo (1.) liberos aliosque ab inteſtato ſucceſſuros (idem eſt ſi ex teſtamento) hereditate privari, ſi defunctum in captivitate, eum non redimendo, ſiverint mori. *Nov.* 115. *cap.* 3. §. 13. (2.) Hodie etiam ex pacto ſucceſſiones admitti, ſecundum ea quæ dixi 3. *aph.* 1. Add. Stryck. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ.* 8. *c.* 5. *n.* 1. Someren *de repreſentat c.* 9. *n.* 2. Weſel. *ad Novell. Ult. art.* 7, *n.* 9. *ſeqq.* Cohtman, 2. *reſp.* 78. *n.* 176. Chriſtin. 4. *dec.* 63. *n.* 2. Hahn. *de jur. rer. concl.* 66. *ſeqq.* Placc. *ad I.* 3. *tit.* 11. *ſuppl.* 1. Bejer. *ad I. tit. de teſtam.* Non obſt. *l.* 38. *ff. de pact.* ut patet ex *Admon. I.* §. 148. Everhard. *conſ.* 231. *n.* 30. & 31. (3.) Hodie multis in locis, fratrum filios ſuccedere in capita. *v.* Feltm *ſucc, ab int. ord. collat. n.* 8.

Non

Non tamen ubique. Enimvero in ſtirpes, etiam cum thiis carent, hodieque vocantur apud Chriſtin. 4. *dec.* 63. *n.* 2. Relſendſo *de ſumma Princ. pot. n.* 2. Per thios excluduntur, apud Carpzov. 3. 18. *def.* 1,

LIBER XXXIX.

TIT. I.

De Operis novi nunciatione.

§. 95. Sequitur, ut dicamus de Damno imminente (*vid.* §. 1. *ſupra*) vel 1. ratione novi alicujus operis, vel 2. quod timetur ex ædibus, ſuggrundis, & protectionibus ruinam minitantibus, vel 3. ex aqua pluvia ob opus in vicini fundo manu factum, vel 4. a Publicanis & Mercatoribus vectigalia vexantibus: quod ne proporro faciant, utrinque coërcentur, & hi ſpeciatim perpeti debent, res in commiſſum cadere.

§. 96. Et primo quidem adverſus novum opus, indulget Legiſlator Nunciationem. Eſt autem novi operis nunciatio, *legitima prohibitio novum opus paranti facta ad id, ne in opere cœpto pergat, donec de ejus jure conſtet, aut ſatisdatio vel remiſſio fiat.* Dividitur in Publicam & Privatam. Publica fit a quolibet ex populo juris publici tuendi cauſa, coram prætore, *l.* 1. §. 17. *l.* 3. §. *f. l.* 5. §. 9. *ſeq. l.* 16. *h.* Privata fit a privato, cujus ratione juris ſui in re intereſt, juris ſui ſervandi cauſa *l.* 1. §. 19. *h.* idque non tan-

tum verbis prohibendo, ſed & re ipſa ſive facto, veluti manu, vel lapilli aut jactu aut ictu. *l.* 5. §. 10. *h. l.* 20. §. 1. *ff. quod vi aut clam.* Verbali nuntiatione, alterum poſſeſſorem agnoſcimus *d. l.* 5. §. 10. *l.* 1. §. 6. *h.*

§. 97. Cum detur privatis vigore juris quod habent in re: ſequitur, non tantum nuntiare, id eſt, prohibere poſſe novum opus, dominos, etiam fictos ſive bonæ fidei poſſeſſores *l.* 136. *de R. J.* & partiales, puta contra vicinum, ut nuntient ſinguli conjunctim, contra ſe autem non niſi nuntiatione publica: aut ut communi dividundo agant *l.* 3. §. 1. *ſeq. l.* 5. 6. *ff. h. t.* Sed & qui aliud jus in re habent: quales ſunt vaſalli *v.* 2. *F.* 43. creditores hypothecarii *l.* 9 *ff. h. t.*

§. 98. Sed & cum ſervitus jus in re ſit, ſequitur, eum, qui ex. gr. viam habet, nuntiatione novi operis uti poſſe; puta contra tertium: nam adverſus dominum prædii ipſum, utetur confeſſoria, adeoque operis novi nuntiatione (ceu remedio ſubſidiario *l.* 3. §. 2. *verſ. quia poſſum h. t.*) non utetur: contra dominum inquam non, bene tamen contra tertium, *l.* 2. *l.* 14. *h. l. un.* §. 3. & §. 4. *de remiſſ. l.* 6. *ſi ſerv. vind.*

§. 99. Fit hæc prohibitio non tantum ipſis locorum, in quibus quid in alterius præjudicium ſtruitur, dominis; ſed & illis qui eorum nomine inibi præſentes ſunt, veluti fabris *l.* 5

§. 3.

§. 3. *l.* 10. *l.* 11. *h.* Quin & ſufficit uni ex pluribus dominis prohibitionem hanc fieri *d. l.* 5. §. 5. Sed, an & ſufficit vicinis dici? id affirmat Lauterb. *h. t.* per *l.* 8. *pr. h.* Sed tu id in textu non deprehendes. Sed hoc: poſſe indicari etiam vicino remotiori: Sume, proximiorem habere prædium intermedium.

§. 100. Nuntiationis effectus eſt, quod nuntiatus illico in opere inchoato debeat deſiſtere, etſi ædificandi jus habeat *l.* 20. §. 1. 2. *h. t.* Si contra faxit, opuſque porro ſtruit, ſuis id omne, quod poſt nuntiationem ſtructum fuerit, ſumtibus, deſtruere tenetur ſecundum interdictum Reſtitutorium in *d. l.* 20. adeo ut & ſucceſſor nullo diſcrimine habeatur, niſi hoc, quod deſtruere ipſe labore ſumtuque propriis non teneatur, ſed pati duntaxat, ut alter id removeat *l. f. h. junct. l.* 3. §. 3. *de alien. judic. mut. cauſ.*

§. 101. Ex dictis colligitur, de opere jam perfecto aut ante nuntiationem cœpto, quatenus jam cœptum eſt, hanc nuntiationem non dari. Neque tamen id omne impune fert quisquis id vi vel clam peregit, tenetur enim ad demoliendum interdicto præcipue Quod vi aut clam *l.* 1. §. 1. *h.* Contra, locus eſt dictæ nunciationi, etſi nihil uſque adhuc factum ſit, modo quis quid facere paraverit, veluti cum jam inſtar aut faciem ſtruendi operis apud ſe habet

l. 21, §. 3. *h. l.* 1. §. 1. *l.* 20. §. 3. *h.* Neque his obſtare dixeris, quod opus *apoteleſma* ſive *perfectum* opus deſignet. *l.* 5. §. 1. *ff. de. V. S.* id enim in opere locato conducto verum eſt: in opere novo nunciando, ſecus eſt: a diverſis ad diverſa nulla eſt illatio *l. ult. de calumniat.*

§. 102. Tollitur effectus nunciationis 1. Morte *l.* 8. §. 6. *h. t.* puta nuntiantis, non nuntiati; ab illius enim parte nuntiatio perſonalis eſt, ab hujus parte autem realis. *d. l.* 8. §. *f.* Gothofr. *not. ad d. l.* 8. §. 9. Immo, dicat quis, & a parte nuntiantis eſt realis. *l.* 20. §. 6. *h.* Sed reſpondetur, textum hunc loqui de Interdicto Reſtitutorio, quando quis ſcilicet nuntiatione ſpreta ædificationem continuavit. Quemadmodum 2. ejusdem nuntiationis effectus ceſſat, ſi nuntians rem ſuam alienaverit, non ſi nuntiatus *l.* 8. §. 6. *l. f. h.* Ceſſat 3. ſi nuntians jurare nolit, non calumniæ cauſa ſe novum opus nuntiare *l.* 5. §. 14. *h.* Ceſſat 4. ſi is qui procuratorio nomine nunciavit, ſatisdare nolit, eam rem dominum ratam habiturum, etiamſi verus ſit procurator. *l.* 5. §. 18. *h.* quod ultimum exceptionem innuit a regula, quæ vult procuratorem verum non ſatisdare cogi *l.* 65. *procur.* vid. *Admonitor. part.* 7. §. 24. *infra.* Ceſſare dicitur 5. ſi notorium ſit, frivolam eſſe nuntiationem. *vid. l.* 38. *ff. de R. V.* Struv. *h. th.* 11. Diſſentiunt rectius tamen alii per *l.* 20. §. 1. 2. *h.* addita ratione,

quod is, cui nuntiatum eſt, debuiſſet jus ſuum apud Prætorem docere, & remiſſionem impetrare, non ipſe ſibi judicium de cauſæ propriæ juſtitia vindicare: cui adde, poſſe tumultibus alias anſam dari, *v. l.* 176. *ff. R. J.* Tum ad *d. l.* 38. reſponde, poſſe malitiis hominum per alios legitimos tramites occurri. Ceſſat 6. ſi nuntiatus ſatisdederit (aut per nuntiantem ſtat, nuntiatum non ſatisdare *l.* 5. §. 17. *l.* 20. §. 7. *h. arg. l.* 50. *de contrah. emt. l.* 161. *de R. J.*) de ædificio deſtruendo, ſi appareat ſibi non fuiſſe jus ædificandi, *l.* 8. §. 3. *l.* 22. §. 9. *ff. h.* quod limitatur in *l. un. C. h.* ait Lauterb. *comp. ff. p.* 549. ſcil. ut hodie nuntians ante trium menſium ſpatium, quo de jure ædificationis diſceptetur, cautionem admittere non compellatur, ſecundum Gail. 1. *Obſ.* 16. *n.* 17. ubi tamen docet, hanc rem omnem hodie Judicis arbitrio relinqui, de qua praxi teſtatur & Struv. *h. th.* 12. & Lauterbach. *comp. d. l.* Qui mirum? Cum dicta lex *un. C. h. t.* adductam modo limitationem non contineat, ſed caſum oppido quam diſtinctiſſimum, quo ſcil. nuntiatus *non* cavet (ut ipſa *d. l. un. C. h. verſ. ſin. vero.* diſerte pronuntiat) ſed inhibitioni a nuntiante factæ tantum defert, ut ædificationem cœptam ad aliquod tempus deferat, quo caſu injungitur *per d. l. un.* ut, ne ruinis & affectis molitionibus aſpectus urbis deformetur (quo ſpectat

To feſtinare,item illa:*opera per inanes denuntiationes prohibebuntur:*quæ vides in*d.l.un*)ædificationis quæſtio intra tres menſes expediatur: Ceterum ſi idonee cavere malit nuntiatus,cura ſplendoris urbis (*vid.l.2.C.de adif.priv.*)exigit,ut admittatur cautio & pergat nuntiatus in ædificando, ſed arbitrio Judicis (ut dixi) ſalvo: quod & ipſum ſatis fundatur *d. l. un. verſ. ſin vero.* Quod ſi igitur vel maxime dictam limitationem in *d. l. un.* contineri contenderis, neceſſaria tamen ejuſdem hæc erit declaratio: quod aliquando arbitrarium ſit judici, non expectato trium menſium lapſu, remittere nuntiationem ſub prædicta cautione, veluti ſi ex oculari inſpectione vel aliunde ſaltem ſummariter appareat de injuria nuntiantis, & contra ædificanti ob factas bona fide magnas impenſas damnum ex mora tanti temporis immineret. Engel. *colleg. jur. canonici lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 5. Ceſſat Nuntiatio 7. aut pro inutili habetur, ſi aut res moram non ferat, aut 8. opera publica in communem utilitatem ſint ſuſcepta *l.5* § 11. *& ſeq.h.* Poteſt tamen dici, caſum ſeptimum cum ſequente octavo eſſe conjungendum, ut reſtringatur ad opera publica *de quibus Adm. VII.* 170. Denique 9. ceſſat nuntiationis effectus nuntiantis renuntiatione, *l.* 51. *C. de Epiſ. & Cler.*

TIT.

TIT. II.

De damno infecto & de ſuggrundis & protectionibus.

§. 103. Hic habes ſecundam damni imminentis ſpeciem. Ubi *Damni infecti* in ſpecie nomen ei attributum eſt, quod ab opere jam facto, veluti ab ædibus ruinoſis, aut earum protectionibus, mœnianis, ſuggrundisve (projectis, nullibi porro immiſſis v. Sprenger. *de jur. ædific. c. 11. n. 6.*) metuimus *l. 2. & 3. h. t. junct. l. 242. §. 1. de V. S.* Ubi Prætor tria concedit: 1. Cautionem. 2. Miſſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto. 3. Actionem in factum.

§. 104. Cautio præſtatur ab operis talis ruinoſi dominis, aut alio quodam in illa re jure gaudentibus: ergo & ab uſufructuario, & a bonæ fidei poſſeſſore, ſuperficiario, vaſallo &c. ſed & ab illo, qui ſervitutem realem habet, ſi ex ipſa ſervitute damnum immineat *l. 13. pr. & §. 1. h.* immo & a domino rei non ruinoſæ, ſi hæc ruinoſæ vicina ſit & ab hac per illam damnum metuatur. *d. l. 13. §. 2.* Præſtaturque hæc cautio illis, quibus ex illa ruina, de quo judex cognoſcit, poſſet quid damni emergere, modo de calumnia jurent. *d. l. 13. §. 3. & ſeqq.* Unde tum adverſus eos, qui caverunt, eorumque

ſucceſſores, non univerſales tantum, ſed & particulares, ſi ſucceſſorum mentio ſit facta, datur actio ex ſtipulatu (hodie etiam ex pacto *Admon. I.* 156. *&* VII. 72. *n.* 1.) ad reſarciendum damnum, ſi quod poſtea rei vitio emerſit *l.* 24. §. 1. *h. t.*

§. 105. Quod ſi forte duretur non caveri; id eſt, ſi quis cavere recuſet, mittit Prætor adverſarium, qui cautionem flagitavit, in ædium ruinam minitantium poſſeſſionem, & quidem primo decreto non niſi cuſtodiæ cauſa, ut eandem una cum domino (nullo poſterioribus mittendis inde generando præjudicio, 2. *Sicil.* 192.) cuſtodiat. At hoc, per arbitrarium tempus, contumaciam in non præſtanda cautione continuante; ſecundum a Prætore decretum interponitur; per quod miſſus dominium rei, in quam ſecundo miſſus eſt, conſequitur, non equidem Civile, ſed tantum Prætorium, uſucapione neceſſaria, ut & ex Civili dominio *Rei Vindicatione* vindicare rem deinde poſſit, *l.* 15. §. 16. §. 33. *h. t. l.* 7. §. 9. *comm. div. l.* 1. *pr. fund. dot.* Interim tamen actione *Publiciana* ei ad id concedenda, ut non tantum ex *l.* 18. §. 15. *h.* patet, ſed & ex eo conſequitur, quod Publiciana omnibus illis competat, qui dominium a Prætore indepti ſunt. vid *Bened. noſtr. ſive collation. cum excell. JCtis coll.* 2.

§. 106. Quod ſi quis nec caveat, nex ex pri-

primo ſecundoque decreto miſſum admittat, datur in contumacem actio in factum ei, quem Prætor mitti voluit, ad præſtandum omne id, quod conventus præſtare debuiſſet, ſi revera caviſſet. *l.* 15. §. *f. l.* 17. §. 3. *h. t.*

§. 107. Quemadmodum autem damni infecti actio (uti vocatur *l.* 33. *h. conf. l.* 32. *in f. eod.*) ex quaſi delicto oriunda *arg.* §. 1. *I. de oblig. qu. quaſ. ex del. Conf. l.* 4. §. 4. *fin. regund.* ceſſat, ſi quis alio remedio indemnis ſervari poſſit, *d. l.* 32. *f.* ita & ceſſat, ſi damnum non fiat vitio rei, ſume vi ventorum id contingere aut naturale eſſe *l.* 24. §. 2. *ſeq. h.* Item ſi quis jure ſuo utatur, ex. gr. altius ædes tollendo, ſi vicini lumen obſcuret, ſi puteum aperiendo venas putei vicini incidat, cuniculove aut foſſa aquam avocet, *l.* 24. *l.* 26. *h.* Sed nec illi dari debet, qui ſibi non vigilavit, adhibendo media legibus ipſi indulta *v. ſupra.* §. 103. talibus enim jura non ſcribuntur. *l.* 24. *quæ in fraud. cred.* adeo ut dominus domus poſtea collapſæ nequidem cogi poſſit, ut rudera ex alieno ſolo amoveat, *l.* 6. *h. t.*

TIT. III.

De aqua, & aquæ pluviæ arcendæ.

§. 108. Rubrica duas tituli partes indicat. Prior eſt de *Aqua*; intellige *ducenda.* Ducere per alienum autem licet illi, cui ſervitus aquæductus conſtituta eſt: alias non, niſi do-

mino conſentiente:ergo nec ex flumine publico aut per viam publicam, niſi principis indulgentia. *l.* 8. *l.* 10. *l.* 18. *h. l.* 2. *fluminib.*

§. 109. Poſterior eſt de *aquæ pluviæ arcendæ*; ſubintellige, *actione.* Introducta eſt legibus XII. tabb. hæc actio Aquæ pluviæ arcendæ, *l.* 21. *pr. ſtat. liber. l.* 22. §. *f. h.* actioni Negatoriæ juniori valde affinis, & locum habet quoties opus in vicini fundo manu factum eſt, ob quod aqua aliter, quam naturaliter fluere ſolebat, fluit; unde vicinus inde damnum metuens, adverſus facientem agit, ut opus factum ſuis impenſis removeat *l.* 1. *pr.* §. 1. *ſeq. h.* omneque quod inde poſt litem conteſtatam emerſit damnum, refundat *l.* 6. §. 6. 1. Dixi *ſuis impenſis.* Intellige, reſpectu ejus, qui id opus fecit. Enimvero ſi hic prædium alienaverit, novus dominus non præſtat, niſi patientiam removendi, ſalvo removenti interdicto Quod vi aut clam (*v.* §. 248. *infr.*) ad ſumtus ab eo, qui opus fecerat, recuperandos *d. l.* 6. §. 6. *l.* 5. *l.* 11. *ſeqq. h.* Quod idem interdictum Quod vi aut clam, datur, & de damno ante litem conteſtatam prognato *d. l.* 6. § 6. Nam Actio De aqua pluvia arcenda eſt de damno futuro: veluti Actio Damni infecti *l.* 21 *de ſtatu liber.* Poteſt & Negatoria agi. vdi. Sprenger *de jur. ædific. c.* 12. *in fin.* Immo ſi alter opus vi vel clam exſtruxerit, alter in cujus præjudicium id factum eſt, propria auctoritate id

iterum deſtruere poterit. *l.* 7. §. *belliſſime.* 3. *ff. quod vi aut clam.*

§. 110. Requiritur ergo, ut aqua noceat propter opus factum *v. l.* 1. *l.* 2. §. 6. *h.* Ergo ſi opus aliquod ſit deſtructum ſive remotum, hæc actio non competet, niſi per id factum ſit, ut aqua vehementius nunc influat: quam natura ſolebat *l.* 1. §. 22. *h.* Aliud eſt, ſi opus tale, ex. gr. aggerem, non deſtruxit vicinus ipſe, ſed vis ex. gr. aquæ: tum enim non dabitur actio aquæ pluviæ arcendæ: dabitur tamen actio utilis ex æquitate mihi adverſus vicinum, ſi ego abſque ipſius incommodo velim aggerem reſtituere in agro ejus, qui factus mihi quidem prodeſſe poteſt, ipſi vero nihil nociturus eſt: hæc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur, inquit Paulus *in l.* 2. §. 5. *h.* Unde Doctores canonem fabricant: *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, id ipſi invidere noli.*

§. 111. Ex Rubrica patet adhuc requiri 1. *pluviam* aquam, eamque 2. *arcendam.* Ad prius nota, ſufficere, etſi pluvia aqua cum alia mixta ſit *l.* 1, *pr. h.* Sed ſi nil pluviæ aquæ concurrat, erit locus Negatoriæ, quæ poſt Actionem aquæ pluviæ arcendæ inducta eſt, ejusque quaſi ſupplementum exhibet; in ſuo enim alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. *l.* 8. §. 5. *ſi. ſerv. vind.* Ex poſteriori ſequitur, non poſſe hac actione a-

quam

quam a vicino ad influxum peti; finge, ſuperiorem opus feciſſe, ne aqua ad inferiorem venire queat. *arg. d. l.* 8. §. 5. *conf.* §. 107. *verſ. ita & ceſſat. ſupr.* niſi animo duntaxat nocendi id fecerit, *l.* 2. §. 9. *h.* malitiis enim hominum indulgeri non debet, *l.* 38. *de R. V.* Multo minus ergo vicinus aquam a vicino jure petet, ſi hic in ſuo fundo nihil omnino fecerit. Quod tamen per regulam *ex. l.* 2. §. 5. *h. t.* ſupra §. præc. in fin. adductam, limitandum eſt.

§. 112. Ex dictis patet, nonnullis caſibus Actionem aquæ pluviæ arcendæ ceſſare. Sunt tamen & alii, quibus itidem dictæ Actioni locus non datur, veluti ſi in publico opus factum *l.* 18. *h.* aut in prædio urbano (ubi tum Negatoriæ de fluminibus & ſtillicidiis non habendis locus eſt *l.* 1. §. 19. *h.*) aut agri colendi cauſa, *l.* 1. §. 3. *l.* 15. *h.* aut patiente vicino, *l.* 19. *h.* (ubi ergo exemplum eſt ejus quod dicitur, tacentem aliquando pro conſentiente reputari, *add.* 3. *aphor. ad Inſt.* 137.) ſed hoc ita ſi non per errorem aut imperitiam deceptus fuerit, nulla enim voluntas errantis eſt, *l.* 20. *h. l.* 15. *de Juriſd.* uti contra, nullam poteſt injuriam accipere, qui ſemel voluit, *l.* 9. §. 1. *eod.*

§. 113. *In ſumma* (inquit Paulus l. 2. pr. h.) *tria ſunt, per quæ inferior locus ſuperiori ſervit; Lex, Natura loci, Vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur, minuendarum ſcilicet litium cauſa.* His ergo

go & tribus caſibus Actio aquæ pluviæ arcendæ ceſſabit. Primo vides *Legem*, id eſt, pactum conventum, *l. 1. §. f. h.* pacta enim dant legem contractui, *l. 23. R. J.* unde & *leges* appellantur, *l. 39. pact. rubr. ff. de lege commiſſor. l. 2. pr. l. 1. f. h.* Secundo, habes *Naturam loci*: Semper enim hæc eſt ſervitus inferiorum prædiorum, ut natura (non ob opus factum) profluentem aquam excipiant, *l. 1. §. 22. & ſeq. h.* Tertia eſt *Vetuſtas*, quæ & *longa conſuetudo* vocatur in *l. 1. §. f. h.* eandemque vicem legis tenere, *docet & d. l. 1. §. f. & d. l. 2. pr. h.* ita ut hic intelligatur vetuſtas & conſuetudo, quæ memoriam excedat, *l. 2. §. 1. & §. 3. h.* Cum autem hic agatur de juribus duntaxat *privatorum* præſcribendis, cave tibi, ne immemoriale tempus putes & neceſſarium eſſe in inducendo jure conſuetudinario *publico*: ſed nec in ceteris præſcriptionibus, etſi privatis, id obtinebit; adeo a diverſis nulla eſt illatio. *l. f. ff. de calumniat.*

TIT. IV.

De Publicanis, & vectigalibus, & commiſſis.

§. 114. Sequitur Damni genus Quartum, *vid. ſup.* §. 1. Rubrica tres partes ex hibet: Prima loquitur de Publicanis. Intellige vectigalium

lium, aliorumque redituum publicorum, Conductores, qui (ad *temperandas eorum cupidines*: monente idem Senatu apud Tacit. 13. *annal.* 50. Confer. Gryphiand. *œconom. legal. libr.* 1. *c.* 29. *n.* 139. *ſeqq.* Muller *Acerr. Biblic. centur.* 2. *hiſtor.* 94.) ſi quid illicite extorſerint, in duplum tenentur: quin & in quadruplum, vi admota; ita ut & ipſi duplo & quadruplo inſit & ipſa res, *l.* 9. §. 5. *l.* 5. §. 1. *h.* ut adeo *pœnalis* dicatur hæc actio in *l.* 1. §. 4. *h.* cum ſupplemento, *mixta*, *l.* 5. §. 1. *l.* 9. §. 5. *ſ. h.* 15. *I. de L. Aquil.* Unde ſequitur, publicani heredes non teneri, niſi quatenus locupletiores ex defuncti maleficio evaſerunt: Crimina enim ipſa etſi morte extinguantur, tamen turpia lucra heredibus ſunt extorquenda, *l.* 5. *ff. calumniat.* *l. un. C. ex delict. defunct.*

§. 115. Singulare hic eſt (*arg. l.* 31. *de R. J.* *l.* 65. *de furt.* vid. *Admon. VII.* 27.) pœnam alterius tanti & tripli ceſſare, ſi publicanus illicite acceptum reſtituat, *l.* 1. §. 4. *l.* 5. *pr. h. t.* Quod quamvis Doctores nonnulli ad reſtitutionem ante litem conteſtatam faciendam reſtringant: textus tamen in *d. l.* 1. §. 4. *d. l.* 5. *pr.* id etiam poſt litem conteſtatam admittendum eſſe volunt. Limita 1, niſi quis generali actione, vi bonorum raptorum, damni, injuriæ, vel furti, agere velit. Eſt enim abſurdum, meliorem eſſe publicanorum cauſam, quam cetero-

terorum effectam: opinari, *d. l.* 1. §. 4. Limita 2. ut nihilominus publica animadverſio ad viginti annos ſuperſit; *l.* 12. *C. falſ.* alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat, *l.* 9. §. 5. *h.* ut duplum illud quadruplumve non niſi pœnæ partem videatur conficere: cum alioquin pœna bis peti nequeat, §. 289. *infra.*

§. 116. Secunda pars rubricæ indicat vectigalia. Vectigal, etſi alibi alias præſtationes, etiam privatas, veluti canonem emphyteuticum *tit. ff. ſi ager vectig. id eſt emphyt.* denotet: hoc tamen loco notat penſionem, quæ pro mercium invectione & advectione ſolvitur, *l.* 16. §. 7. *h.*

§. 117. Imponit Vectigalia ſola Majeſtas, *l.* 10. *pr. ff. h. t.* Imperatoris tamen poteſtas coarctata eſt ut vectigalia in Imperio inſtituere noviter nequeat, niſi cum conſenſu Electorum & Statuum, quorum intereſt, perinde ut & vicinorum; v. Zchackwitz. *feud.* 10. *th.* 36. *p.* 291. Bockelm. *jur. publici cap.* 8. *ad art.* 21. *& cap.* 12. §. 8. *in fin.* ubi in annotamentis meis vides Electoris Brandenburgici (cum maxime & Boruſſiæ Regis) privilegium.

§. 118. Vectigalium quantitas olim continebat partis octavæ rerum, pro quibus ſolvebantur, pretium, *l.* 7. *l.* 8. *C. h.* Erant tamen nonnullæ & perſonæ & res immunes. Res; ad pro-

 prium

prium uſum, *l. 5. C. h.* aut ad exercitum, *l. 9. §. 7. h.* aut ad agriculturam ſpectantes *d. l. 5.* Perſonarum: fiſcus *l. 9. §. f. h.* navicularii, *l. 6. C. h.* præſides provinciarum, *l. 4 §. 1. h.* perſonæ eccleſiaſticæ, *c. 3. de cenſib. in 6.* Profeſſores & Studioſi, *Auth. Habita C. ne fil. pro patr. Sed in omnibus vectigalibus conſuetudo ſpectari ſolet*, ait *l. 4. §. f. h.* quemadmodum ubique mos regionis inſpiciendus eſt, *l. 1. inſ. de ventr. inſpic. vid. l. 31. §. 21. de ædil. edict.* Unde & quod ex Authentica Habita modo dixi, a publicanis ſolet eludi dicentibus: *Habita ubi vis, & ſolve vectigal.* Henning. *ad. T. public. Bek. cap. ult. §. ult.*

§. 119. Tertia tituli pars eſt de *Commiſſis.* Ita vocantur res, quæ ob non ſolutum vectigal ſunt amiſſæ & in Fiſcum delapſæ. Fiſcum intellige etiam eos, qui vice fiſci ſunt, publicani, *l. 11. C. h.* Dixi; *res:* ut intelligatur, non tantum merces fiſco acquiri, ſed & ipſos equos, currus, naves, & quæ in iis ſunt, *l. 11. §. 2. h. l. 3. ff. naut. caup.* modo defraudatoris propriæ ſint, *arg. l. 16. ff. l. 22. C. pœn. l. 156. pr. ff. R. J.* Berger. *reſolut. h. t. qu. 2.*

§. 120. Ceſſat tamen pœna commiſſi (1.) Si quis ignorans vectigal non ſolverit: quo tamen caſu pœna dupli, duplicati nempe vectigalis, præſtanda venit, *l. 16 §. 5. 10. ſeq: h.* ubi obiter nota, aliquando & *pœnam ob culpam* præſtari: velu-

veluti ſimilem dupli pœnam habes in bona fide alienum tignum jungente, vid. *Irner. injur. vapul. coit.* 34. §. 7. & quæ dixi *ad Inſt. libr. 2. aph.* 34. (2). Si propter neceſſitatem adverſæ tempeſtatis expoſitum onus fuerit, *d l.* 16. §. 8. eſt ea enim vis divina *l.* 25. §. 6. *locat.* quam uti nemo evitare poteſt, ita nec præſtare cogitur ullus, *l.* 23. *R. J.* (3.) Si profeſſus vectigal fuerit, etſi nondum ſolverit. *d. l.* 16. §. 12. (4.) elapſo quinquennio, *l.* 2. *C. h.* (5.) Quantum ad milites, etſi his vectigal non remittatur, *l.* 3. *C. h.* & (6.) Pupillos, modo hi cis menſem ſolvant vectigalia debita, *l.* 7. §. 1. *h.* (7) Minores, ſi aliqua ſit excuſandi ratio, *l. f.* §. 9. *h. l.* 37. *ff. minorib.* Scotan. *addit. ad exam. pag.* 858. (8.) Heredes, puta quoad pœnam: res enim ſemel commiſſa, apud fiſcum manet, *l.* 8. *l. f.* §. *p. h.* Add. dicta *ſupra Part. V.* §. 159. *in fin.*

TIT. V.

De Donationibus.

§. 121. Donatio (*jung.* §. 2. *ſupra*) eſt actus liberalitatis. Per *actum*, quod generale verbum eſt, *l.* 19. *V. S.* ſopiuntur tribulcula circa quæſtionem, quodnam Donationis abſtracte ſumtæ genus ſit? moveri ſolita. Dixi; *abſtracte ſumta*: Enimvero hoc ſcien-

dum eſt, donationem, quando ut *modus* acquirendi conſideratur, ſtipulatione aut pacto non perfici, *l.* 3. *ff. d. O & A. l.* 20. *C. de pact.* Unde donatio contractu aut quocunque pacto (ſecus eſt, ſi donationes mortis cauſa factas mors donantis inſecuta fuerit, *l.* 2. *ff. de Publician. in rem act.*) celebrata, actionem in rem contra poſſeſſorem rei donatæ non traditæ non producet. Donationum autem duo ſunt genera: mortis cauſa, & non mortis cauſa. *d. pr. I. h. t.* Donationem non mortis cauſa, ſive inter vivos, iterum dividere licet in *abſolutam* & *relatam*, *arg. l.* 35. §. 2. *& l.* 42. *in f. ff. de m. c. donat.* Abſoluta (directa vocatur in *l.* 25. *C. h.* mera in *l.* 27. *ff. h.* Aliis: vera, ſimplex, &c.) eſt, quæ ex mera fit liberalitate. *l.* 1. *h.* Relata quæ ſe ad aliud refert, veluti 1. Quæ ſub modo fit. 2. Propter nuptias. 3. Remuneratoria.

122. De iſtis dixi *ad Inſtit. libr.* 2. *aphor.* 69. De reciproca conjugum, conf. Carpz. 2. 13. *def.* 10. Natta *Sattut. qu.* 2. *n.* 104. Adde fis. Donatarium nullibi prohiberi, advocationem præſtare tertio, contra donantem *v. l.* 43. §. 1. *procurat.* §. 1. *I. h. t.* Nec obſtat *l. ult. C. de rev. don.* Non enim loquitur de prohibitione. Poteſt donatarius re donata malle carere, quam advocatione. Præterea argumentum ex d. l. ult. poſſet reſtringi ad duos caſus, ut rem his ſolis amittat donatarius, puta cum inſidias advocando ſtruxit do-

donantis vitæ aut bonis jacturâ gravi. Sed quid ſi & his caſibus re donata malit carere, quam advocati officio? Poterit utique. *l.* 21. *C. mandat.* Si tamen ad alios etiam caſus hæc cauſa pertinet, certe non ad omnes: & quid ſi (3.) & advocatum officii neceſſitas aliquando excuſet? *l.* 5. §. 13. *de his quæ ut indign.* Cauſas iſtas ingratitudinis ex d. l. ult. qualiquali carmine incluſas vides apud Motz, *de contr. de donat. Tit. Quomodo annulletur n.* 21.

§. 123. De revocatione ob ſuperventum liberorum, adde exceptionem, niſi quis liberis ſuis antea natis donaverit, tum enim non revocatur tota donatio, ſed tantum quatenus eſt inofficioſa *l.* 5. *C de inoff. donat.* Adde ſis: dictam revocationem etiam locum habere ob *partem aliquam* bonorum donatam *l.* 8. *C. de rev. don.* quod lucem capit ex *l.* 35. §. 4. *C. de don.* vid. Jan. a Coſta *ad* §. 2. *I. h. t. ad verba: alia inſuper multa.* Ut dubitare liceat, de ſententia aliorum, etiam in rebus ſingulis d. l. 8. locum, in eoque arbitrio judicis ſtandum, eſſe. Menoch. 2. *arbit. jud. quæſt.* 2. *caſ.* 133. Scheplitz, *ad Clammer. promtuar. tit.* 20. §. 7. *n.* 6. Et illud ex collatione d. l 35. §. 4. patet, non eſſe *partem* de qua d. l. 8 reſtringendam ad partem dimidiam. *v. l.* 164. §. 1. *ff. de V. S.* Et hoc noris: revocationem ob liberorum ſuperventum, ipſo jure fieri, *d. l.* 8. *ibi: revertatur.* Clar. §. *donatio q.*

*n.*8.Zoez.*ff.h.t.num.*139.CeterumClammerus *d. tit.*20.§.6.poſtGloſſam *ad l.ult.verb.voluerit.C.de rev.donat.* alioſque, addit cauſam revocationis, ſi donator ad paupertatem delapſus ſit, eumque donatarius alere recuſet. Alii diſtinguunt. vid Schepliz.*ad d.* §.6. Sed & hi & illi refutantur *arg. l.*25.§.11.*de her.petit.junct.l.*8.*de O. & A.* Non obſt, *l.6.pr.*§.1.*de agn. lib.l.*5.*pr.* §.1.*l.*19.*de jur. patr. Nov.*78. *c.*2.agunt enim *de jure patronorum* ſingulari.

TIT. VI.

De mortis cauſa Donationibus & Capionibus.

§. 124. Donatio mortis cauſa eſt, quam quis facit propter mortis ſibi imminentis, ſive ſuæ, ſuſpicionem aut cogitationem, verbis tamen aliove modo expreſſam: ſolus enim mortis metus periculumve, mortis cauſa donationem non efficit, *l.*42.§.*f.l.*35.§.4.*de mort.c.donat.*Dixi:*ſibi imminentis, ſive ſua.*Ut ita diſtinguatur a *mortis cauſa capione*: Quæ ſpecialiter notat lucrum, quod alicui ob mortem *alterius* a tertio obvenit, & figuram, quæ proprio nomine appelletur, non induit, *l.*18.*l.*31.*l.*38.*h. t.* Huc ergo pertinet, ſi tibi quid donem, ſi ex. gr. frater meus ex hoc morbo deceſſerit, *d. l.*18. ſi hereditatem aut legatum alicui relinquam ſub conditione, ſi uxori meæ det centum, *d. l.*38. ubi tum actioni in factuum locus eſſe poteſt, *l.*3.§.*f. cond. cauſ. dat.* Huc & ſpectat, ſi pretio accepto hereditatem præter-

miſeris, *l.* 8. *h.* Dixi; *ſpecialiter*: generali enim acceptione, omnis mortis cauſa donatio, legatum &c. mortis cauſa capiones vocari queunt, *d. l.* 18. *d. l.* 31. add. Huſman. *paradox.* 16.

§. 125. Donationes mortis cauſa legatis per omnia fere æquiparantur, *d.* §. 1. Dixi *fere*: Vide enim ſis *l.* 7. §. 4. *de don. l.* 25. §. 1. *h. t. junct. l.* 6. §. 2. *jur. codic.* & *l.* 3 *qui teſtam. fac. poſſ.* Illud autem diſcrimen quod Janus a Coſta *ad* §. 1. *I. h. t.* proponit, quod donatio mortis cauſa, etiam ab inteſtato fieri poſſit, non autem legatum *l.* 20. *de legat. præſtand.* nauci eſt. Cum hodie etiam legata, quatenus fideicommiſſum in ſe continent, ab inteſtato recte relinquantur. *l.* 2. *C. commun. de legat.* §. 3. *I. eod.* Admon. *part.* 5. §. 91.

LIBER XL.

TIT. I.

De Manumiſſionibus.

§. 126. Nunc vocant nos cauſæ ſtatus, ſpeciatim libertatis, ut ex rubrica vides, per manumiſſionem redintegratæ; *conf.* §. 1. *ſupr.* Eſt autem Manumiſſio de manu miſſio, id eſt

libertatis datio, *l.* 4. *ff. de juſt. & jur.* Per *manum* autem hoc loco intelligitur *poteſtas dominica, pr. J. de Libertin.* Quam autem libertatem dat manumiſſor? ſuamne an alienam? Accurſii olim quæſtio fuit: etiam Gothofredo *not. ad d. l.* 4. non neglecta. *Sed hoc illud eſt, quod Paulus ait, Jus civile calumniari*: inquit A. Vacca *expoſit. d. l* 4. Dic, neutram. Manumiſſor dat Majeſtatis indulgentia, id, quod non habet. Quod interdum & alibi fit. *l.* 63. *de uſufr. l.* 21. *de A. v. A. P.* Hujus manumiſſionis traduntur hoc libro, modi aut cauſæ, tum contraria, & effectus. Illi hic e ceteris proponuntur tres: vindicta, teſtamentum, lex.

TIT. II.

De manumiſſis vindicta.

§. 127. Manumiſſio vindicta fiebat apud Magiſtratum majorem, ita nimirum, ut lictor juſſu magiſtratus virgulam capiti ſervi manumittendi, raſo capite ad Prætorem deducti, imponeret, eodemque leviter percuſſo, inque gyrum rotato & circumducto, pileum libertatis ſignum præberet. Illam virgulam *Vindictam* appellatam a Vindico vel Vindicio Vitelliorum ſervo, qui dominorum conjunctionem de revocandis Regibus, ad Conſules detulit, qui ita primum manumiſ-

ſus

ſus ſit, conſtantior eruditorum ſententia eſt: etſi alii appellationem ex eo, quod mancipium ita in libertatem *vindicetur*, deductam eſſe malint. Sed hoc ceteris etiam modis convenit.

TIT. III.

De Manumiſſionibus, quæ ſervis ad univerſitates pertinentibus imponuntur.

§. 128. Ceterum ita manumittere Univerſitates ſive Collegia & Civitates ſervos ſuos non poſſunt niſi concurrentibus illis, quæ vides apud Gothofr. *ad l* 1. *C. de ſerv. reip. man.* Erant tales ſervi tabulario publico deputati, perque eos ſtipulationes peragebantur. vid. Gothofred. *not. ad rubr. C. d. t.* quod nota ad intellectum §. 3. *J. de adoption. &c.*

TIT. IV.

De Manumiſſis teſtamento.

§. 129. Sequitur *vid.* §. 126. *in fin. ſupr.* Teſtamentum: ubi noris, 1. Teſtamento libertatem poſſe dari vel directam, vel fideicommiſſariam: vide ſis *part.* 5. §. 91.

TIT. V.

De Fideicommiſſariis libertatibus.

§. 130. Fideicommiſſaria libertas eſt, quando teſtator heredem aliumve rogat, ut ipſe ſervum manumittere velit: quod maxime uſu veniebat in ſervis alienis manumittendis, qui tum redimendi & manumittendi. Si dominus manumittere nolit, in ſuſpenſo eſt libertatis datio, §. 2. *J. de ſing. reb. per. fid. rel.*

TIT. VI.

De ademtione libertatis.

§. 131. Noris 2. libertatem ſemel teſtamento datam, iterum poſſe adimi, *l. un. ff. de ademt. libert.* vid. l. 4. *ff. de adim. legat.*

TIT. VII.

De ſtatu liberis.

§. 132. Porro 3. uti cetera, ita & libertatis dationem, in diem conferri, aut ſub conditione ſuſpendi poſſe. Ita autem manumittendi, interim *ſtatu liberi* vocabantur, quaſi

quaſi qui *ſtatutam* in certum diem vel conditionis eventum, haberent libertatem, *l.* 1 *pr. h.* Manent enim interim *ſervi*, *l.* 29 *pr. h. t.* Limita ſis tamen per l. 14. *de quæſt.* l. 9. §. *f. ff. de pœn. l.* 209. *R. J. ibi; pene.* d. *l.* 29. *pr. ibi: pene.*

TIT. VIII.

Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniant.

§. 133. Sequitur Lex *v.* §. 126. *in fin. ſupra.* Enimvero aliquando ſervi ſine Manumiſſione dominica, manumiſſione quaſi legali, ad libertatem perveniunt: ut, ſi dominus ſervum ob infirmitatem aut ſenium pro derelicto habuerit; ſi ſervus necem domini detexerit, aut beneficium ſingulare reip. præſtiterit; aut manumiſſus non fuerit intra certum tempus, intra quod manumitti, vigore contractus aut teſtamenti, debeat, aut ſi ancilla proſtituta fuerit contra legem venditionis. Quæ ad homines noſtros proprios nonnulli applicant: eſt tamen a diverſis nulla ſequela, *conf.* §. 39. *ſupr.* In Inſtitutionibus vidimus etiam caſum quo quis ſine manumiſſione expreſſa liber fit, §. *ult. J. adopt.* puta cum quis ſervum ſuum adoptaverit. Cujus ratio eſt in *arg. l.* 2. *ff. de juriſdict.* de quo Jacobus Bonjour. *leg. ænigm. cap.* 2.

TIT

TIT. IX.

Qui, & a quibus manumiſſi liberi non fiant, & ad Legem Æliam Sentiam.

§. 134. Ad contraria manumiſſionis pertinet Lex Ælia Sentia, contra quam manumiſſus ſervus, liber non fit. vid. *l.* 5. *C. de Legib.* Habet hæc Lex duo capita: 1. Ne Manumiſſio peragatur in fraudem creditorum, id eſt, ne manumittat quis eo animo & eventu (hæc enim duo junctim requiruntur) ut deſinat eſſe ſolvendo; ita ut inde creditoribus damnum emergat: alias manumiſſio ipſo jure eſt nulla: Lex enim Ælia Sentia hoc caſu impedit libertatem, *pr. J. qui & a quib. man.* Et ſi vel maxime libertas tum *reſcindi* dicatur, iſtud tu tamen late alioque ſenſu dictum puta, pro reſciſſione ſcil. legis: de qua vide ſis *l.* 5. §. 2. *h. t.* quemadmodum *reſcindi* vocabulum alibi tam late ſæpius accipitur. vid. *Novell.* 115. *cap.* 3. & *ſeq. & Irner. inj. vap. coit.* 6. Dixi; *hoc caſu*: Quo ſcilicet de libertate danda agitur: Secus, ſi in fraudem creditorum, rerum dominia alienentur, §. 6. *J. de act.* adeo a libertatis datione ad alienationes nulla eſt conſequentia *vid. Adm. IV.* 117. Alterum Legis Æliæ Sentiæ caput vult, ut minor viginti annis non manu-

mit-

mittat, niſi vindicta, ſi prius apud conſilium juſtam manumiſſionis cauſam approbaverit, §. 4. *& ſeqq. I. d. t. vid. tamen Nov.* 119. *c.* 2.

TIT. X.

De jure aureorum annulorum.

§. 135. Sed avocant nos iam manumiſſionis *effectus*; *vid.* §. 126. *ſupr.* qui vel *ſingulares* ſunt vel *communes*. *Singulares* voco, qui conditionem quandam ultra libertinitatem adnexam habent: veluti ſi quis 1. *Jus aureorum annulorum* (intellige *geſtandorum*) impetraverit, quo ipſo jus ingenuitatis conſequitur, ſalvo tamen jure patronatus, *l. p. & f. h. t.* 2. *C. eod.* Sed jure noviſſimo *Nov.* 78. *cap.* 1. carere licet hac ſpeciali impetratione, cum ſecundum dictam Novellam omnes homines, etiam manumiſſi, ſed ſalvo jure patronatus, ingenui ſint & jus aureorum annulorum habeant: ut diviſio hominum liberorum ingenuos inter & libertinos, de qua §. *ult. I. de jur. perſon.* minoris uſûs remanſerit. Interim nota tamen, aureos annulos geſtare olim ſolis licuiſſe Legatis, poſtea Senatoribus, deinde & Equitibus. *Olim*, dixi. Tandem enim & ad plebejos id pertranſiit; ſed ingenuos. Immo, ex Juſtiniani, ut vidimus, lege, etiam ad libertinos. Ut mos exhibendi Doctoribus,

in eorum renuntiatione, annulum, non tam ex Jure Juſtinianeo arceſſendus videatur, quam aut ex more JCtorum antiquo reſponſa ſua annulo ſignantium, aut magis ex modo inveſtiendi per annulum non Germanis tantum ab antiquo, ſed & aliis gentibus uſitato. Exemplum præbet Maimburg. *Hiſtor. Imper. part.* 2. *libr.* 3. *n.* 22. ubi Imperator Ludovicus Bavarus de Pontificatu atque Papali dignitate per *Annuli* exhibitionem inveſtit Papam Nicolaum Quintum. Quale jus per *Annulum* Pontifices Romanos inveſtiendi, antiquitus Imperatoribus competere, aſſerit Elector Trevirenſis apud dictum Maimburgh. *d. part.* 2. *libr.* 1. *n.* 4. add. *c.* 22. *& c.* 23. *diſt.* 63. Aliud videatur apud Saresber. 3. *metalog.* 42. ubi Adrianus Pontifex Henricum II. Angliæ Regem de Hibernia per *Annulum* inveſtit.

TIT. XI.

De Natalibus reſtituendis.

§. 136. Quin & 2. ſi quis Natalibus (quibus ſcil. homines initio naſcuntur) a Principe reſtitutus fuerit, patrono pura conſentiente, (neque enim Principis eſt jus ſuum alicui detrahere: *v.* §. *f. I. de his qui ſunt ſui vel ali.*) pleniſſimam ingenuitatem, ſublato ipſo patronatus jure, conſequitur, *t. t. ff. de natal. reſtit.* Jure tamen *Novella* 78. *cap.* 1. hoc jus im-

impertienda: παλιγγενεσίας ipſi patrono conceditur. Ceterum Natalium reſtitutione non videntur ii indigere, qui liberi nati poſtea in ſervitute (id eſt, vere ſervi, *pr. I. de libertin.*) fuerunt: ita enim conſtitutum eſt ab Imperatoribus *§. ult. I. de libert. junct. §. 6. I. de jur. natur.* miſſis antiquis fabulis in *l. 21. ſtat. hom. l. 40. lib. cauſ.* Quod ad Nobiles, qui aliquando in civico ſtatu latitarunt, deinde iterum emergentes, applicant Doctores: *vid.* Stryck. *annot. ad d. §. ult.* Poſſes adeo idem ad Principes, qui Comitum pro tempore titulo contenti vixerunt, extendere; vid. illuſtriſſimum exemplum apud Im. Hoff. *in tract. Notit. Procerum S. R. G. Imperii lib. 6. cap. 11. pr.*

TIT. XII.

De liberali cauſa.

§. 137. *Communes* effectus ſunt, quod unicuique manumiſſo (veluti & alii, cui libertatis jus competit) liceat inſtruere *liberalem cauſam*, id eſt, judicium de libertate competente, *l. 42. §. 1. ſol. matr. l. 8. ff. de liberal. cauſ.* Sublata antiqua illa aſſertione, qua pro eo, qui invitus in ſervitute detinebatur, adſertor libertatis, cognatus aut extraneus admittebatur; velut & pro ſponte ſerviente,

pa-

pater, *l.* 1. *& ſeqq. ff. de lib. cauſ. l.* 1. *ſequent. C. de adſert. tollend.*

TIT XIII.

Quibus ad libertatem proclamare non licet.

§. 138. Noris tamen 1. eſſe aliquos, quibus ad libertatem proclamare non licet; veluti ſi qui annis viginti majores ad pretium participandum, ſe venum dari paſſi ſunt, *l.* 1. *& ſeqq. ff. quib. ad libert. prov.* ubi pretium participandum intellige, ſi ſui ipſius venditor, pretii *dimidiam* partem nanciſcatur; cum enim non adjicitur portio, tum intelligitur ubique pars dimidia, *l.* 164. *§.* 1. *V. S. l.* 43. *uſufr.*

TIT. XIV.

Si ingenuus eſſe dicetur.

§. 139. Tum 2. non tantum de libertate, ſed & de ingenuitate, quem poſſe contendere *ſi ingenuus eſſe dicetur*, alter autem forte operas, obſequia, aliave, ab eo ceu liberto exigat, *tot. tit. ff. ſi ingenuus eſſe dicet.* Quin &, ſi quis ingenui ſtatum paſſim diffamet, quaſi hic libertus eſſet, ingenuus ille diffamatus aget *ex l. diffamari* 5. *C. de ingenuis manumiſſis,* ad

ad id ut diffamans probet ea quæ jactavit, vel alias perpetuum ipſi imponatur ſilentium. vid. *Admon. Part.* 2. §. 10. Interim *tit. ff. ſi ingenuus eſſe dicetur*, poſt Novell. 78. minoris uſus eſt. *Conf. ſupr.* §. 135.

TIT. XV.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

§. 140. Porro 3. etſi quæri de ſtatu defunctorum poſt quinquennium non poſſit; *tit. ff. ne de ſtat. defunctor.* id tamen nec ad emancipationes pertinet, *l. 5. C. eod.* nec ultra caſum, quo de ingenuitatis præjudicio agitur, extendi debere l. 1. & 3. *ff. eod.*

TIT. XVI.

De Colluſione detegenda.

§. 141. Denique 4. ſi quis Colluſionem domini vel patroni cum ſervo vel liberto detexerit oſtenderitque, illos his controverſiam ſtatus ſimulate & dicis tantum gratia moviſſe, ut hi ſcilicet iſtis vinci ſe geſtientibus liberi vel ingenui declarentur, tum illos quidem dominii vel pa-

tronatus jus amittere, id autem iis, qui colluſionem intra quinquennium detexerint, in præmium accedere *t. t. de colluſ. deteg.* Sed de talibus plus ſatis.

LIBER XLI.

TIT. I.

De acquirendo rerum dominio.

§. 142. Subſequitur (*v.* §. 1. *ſupra*) tractatus, *de acquirendo rerum dominio.* Ubi videbimus modos acquirendi ex jure Gentium. Et cum & hi mediante poſſeſſione ſe exerant *l.* 1. §. 1. *A. vel A. P.* de poſſeſſione acquirenda, intermiſcendum eſt; etſi alias Poſſeſſio cum Proprietate regulariter nihil commune habeat, l. 12. §. 1. *de A. vel A. P.* Ceterum Poſſeſſionis materia ſimul occaſionem præbebit inſpiciendi modum acquirendi ex Jure Civili, Uſucapionem puta, hactenus reliquum.

§. 143. Modos acquirendi ex Jure Gentium commodiſſime, niſi fallor, ad duos reducemus: Apprehenſionem, & Acceſſionem. Iſtic facto noſtro, apprehendendo ſcil. acquirimus: Hic autem poteſtate & vi rei noſtræ. Apprehenſio iterum duplex eſt: 1. Occupatio, & 2. Traditio. Illam

lam *Simplicem:* hanc *Qualificatam* Apprehenſionem nonnulli cognominant. Acceſſio iterum eſt vel Naturalis, vel Artificialis, vel Mixta. Ad Naturalem pertinet 1. Alluvio. 2. Appulſio cum Coalitione, 3. Inſula. 4. Alveus. 5. Fœtura. Ad Artificialem 1. Specificatio. 2. Confuſio ſive Commixtio. 3 Adjunctio. Ad Mixtam 1. Satio, 2. Plantatio. 3. Fructuum ex alieno bona fide perceptio. Sed de his dicenda repræſentavi ad *Inſtit. libr.* 2. *aphor. Tit.* 1. Addo duas Quaſi-Traditionum ſpecies: Ceſſionem, & Executionem. De illa dixi 3. *aphor.* 139. *in fin.* De hac videatur *l.* 68. *ff. de R. V.* & quæ dixi *tract. de Jure Ventris part.* 12. §. 5.

§. 144. Adde (1.) controverſiam de Pictura: An hæc ſcilicet tabulæ cedat, an autem hanc ad ſe trahat? Sententiam meam latius propoſui *Benedictor. collat.* 6. Summa huc redit, ut dicam, Juſtiniano placuiſſe eam ſententiam quæ arti pictoriæ id tribuerit privilegii, ut acceſſio ad ſe trahat rem principalem, pictura inquam tabulam. *l.* 9. 2. *de A. R. D.* §. 34. *I. de R. D.* Eandem ut credam eſſe ſententiem & Triboniani aut ſociorum in compoſitione *legis* 23. §. 3. *ff. de R. V.* ut ibi hæc verba: *Sed & quod in charta mea ſcribitur, aut in tabula pingitur, ſtatim meum fit:* ſint Pauli JCti. Sed quæ ſequuntur: *licet de pictura quidam contra ſenſerint, propter pretium picturæ:* ſint a Triboniano ejuſ-

ve ſociis adjecta: quibus indicetur, artem pingendi hoc gaudere privilegio, ut regula juris Gentium, quæ vult, acceſſionem cedere principali, in pictura de Jure Civili fallat, propter picturæ pretium. Quem horum verborom ſenſum eſſe, collatio d. §. 34. & d. l. 9. §. 2. ſatis evincit. Cum tum in d. l. 23. §. 3. ſubjicitur: *Sed neceſſe eſt ei rei cedi quod ſine illa eſſe non poteſt*: hæc reſpiciunt ad regulam juris Gentium quam dixi, & volunt, etſi ex Jure Juſtinianeo pictura tabulam ad ſe trahat, id tamen non convenire cum dicta regula. Ergo poſt dicta verba: *Sed neceſſe eſt:* ſubaudi, *jure Gentium:* ex *d. l. 23. pr.* Certe cum Inſtitutiones & Pars Secunda Tertiaque Pandectarum, nihil deſueti inutiliſque contineant §. 3. *I. Proœm.* & §. 3. *Conſtitut. Omnem.* ſequitur, inter §. 34. I. de R. D. & l. 23. §. 3. ff. de R. V. (qui titulus eſt in Secunda Parte Pandectarum) nullam pugnam eſſe, nec alterum textum alteri detrahere, aut in d. l. 23. §. 3. eſſe quid inutilis aut deſueti. Nam hoc utrumqne negatur *d. Conſtit. Omnem.* §. 3. & *de Proœm. I.* §. 3. Aliorum Doctorum explicationes indicavi *d. Benedictor. collat. 6.* Acceſſit nunc & nova viſio Filii mei Joh. Frid. Wilh. Pagenſtecheri JC. Conſiliarii & Profeſſoris Steinfurtenſis, *tract. de Barba. theſ. 22.* Plane quæ de Jure Gentium dixi, ea intelligenda ſunt ex mente JCtorum Romano-

rum

rum, qui exiſtimabant, eam Juris Gentium rationem eſſe, quæ d. l. 23. §. 3. indicatur: an autem ita vere exiſtimaverint, ea alia quæſtio eſt, de qua Grotius 2. *de jur. bell. & pac.* 8. & nos alibi, exiſtimantes, de Jure Gentium nec tabulam ad ſe picturam trahere, nec huic illam cedere. Aliter Wurmſer. 2. *controv.* 84. Lyclam. 1. *membran.* 15. Ungepauer. 5. *exercit.* 11. Goedd. *ad l.* 14 *ff. de V. S.* Martuc. 3. *var. explanat* 74. De artis Pictoriæ (quæ in *d. l.* 23. §. 3. *pictura* audit. conf. Plin. 35. *hiſtor.* 9.) pretio, addatur *l.* 11. *C. de metat. Plin.* 35. *hiſtor.* 10. Sed nec ſoli Romani eam artem in pretio habuerunt. vid. Piſetzky a Kranichfeld *de Statu Seculari c.* 15. §. *Culpandus:* ubi Turcarum Sultanus Gentilem Bellinum ob excellentem in arte pictoria peritiam, in ordinem Equeſtrem cooptaſſe legitur. Adde (2.) in controverſia, an bonæ fidei poſeſſor fructus *naturales* ſuos faciat, quod nos affirmamus 2. *aphor.* 55. ab omnibus opponi *l.* 45. *ff. de uſur.* ubi Pomponius generalem regulam videtur proferre, dum inquit: *ſicut nec cujuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris.* Atqui diſſentiunt Paulus *l.* 48. *de A. R. D.* Julianus *l.* 25. §. 1. *de uſur.* Cajus *l.* 28. *pr. eod.* Solve. Inter Veteres JCtos variæ hic fuerunt diſſenſiones, ut præter jam datas quatuor leges, patet ex *l.* 13. *quib. mod. uſusfr. amitt. l.* 78. *de R. V.* At Pomponii ſententia eſt

TIT. IX.

Qui, & a quibus manumiſſi liberi non fiant, & ad Legem Æliam Sentiam.

§. 134. Ad contraria manumiſſionis pertinet Lex Ælia Sentia, contra quam manumiſſus ſervus, liber non fit. vid. *l. 5. C. de Legib.* Habet hæc Lex duo capita: 1. Ne Manumiſſio peragatur in fraudem creditorum, id eſt, ne manumittat quis eo animo & eventu (hæc enim duo junctim requiruntur) ut deſinat eſſe ſolvendo; ita ut inde creditoribus damnum emergat: alias manumiſſio ipſo jure eſt nulla: Lex enim Ælia Sentia hoc caſu impedit libertatem, *pr. J. qui & a quib. man.* Et ſi vel maxime libertas tum *reſcindi* dicatur, iſtud tu tamen late alioque ſenſu dictum puta, pro reſciſſione ſcil. legis: de qua vide ſis *l. 5. §. 2. h. t.* quemadmodum *reſcindi* vocabulum alibi tam late ſæpius accipitur. vid. *Novell.* 115. *cap.* 3. & *ſeq.* & *Irner. inj. vap. coit.* 6. Dixi; *hoc caſu*: Quo ſcilicet de libertate danda agitur: Secus, ſi in fraudem creditorum, rerum dominia alienentur, §. 6. *J. de act.* adeo a libertatis datione ad alienationes nulla eſt conſequentia *vid. Adm. IV.* 117. Alterum Legis Æliæ Sentiæ caput vult, ut minor viginti annis non manu-

mit-

mittat, niſi vindicta, ſi prius apud conſilium juſtam manumiſſionis cauſam approbaverit, §. 4. *& ſeqq. J. d. t. vid. tamen Nov.* 119. *c.* 2.

TIT. X.

De jure aureorum annulorum.

§. 135. Sed avocant nos iam manumiſſionis *effectus*; *vid.* §. 126. *ſupr.* qui vel *ſingulares* ſunt vel *communes*. *Singulares* voco, qui conditionem quandam ultra libertinitatem adnexam habent: veluti ſi quis 1. *Jus aureorum annulorum* (intellige *geſtandorum*) impetraverit, quo ipſo jus ingenuitatis conſequitur, ſalvo tamen jure patronatus, *l. p. & f. h. t.* 2. *C. eod.* Sed jure noviſſimo *Nov.* 78. *cap.* 1. carere licet hac ſpeciali impetratione, cum ſecundum dictam Novellam omnes homines, etiam manumiſſi, ſed ſalvo jure patronatus, ingenui ſint & jus aureorum annulorum habeant: ut diviſio hominum liberorum ingenuos inter & libertinos, de qua §. *ult. I. de jur. perſon.* minoris uſus remanſerit. Interim nota tamen, aureos annulos geſtare olim ſolis licuiſſe Legatis, poſtea Senatoribus, deinde & Equitibus. *Olim*, dixi. Tandem enim & ad plebejos id pertranſiit; ſed ingenuos. Immo, ex Juſtiniani, ut vidimus, lege, etiam ad libertinos. Ut mos exhibendi Doctoribus, in

in eorum renuntiatione, annulum, non tam ex Jure Juſtinianeo arceſſendus videatur, quam aut ex more JCtorum antiquo reſponſa ſua annulo ſignantium, aut magis ex modo inveſtiendi per annulum non Germanis tantum ab antiquo, ſed & aliis gentibus uſitato. Exemplum præbet Maimburg. *Hiſtor. Imper. part.* 2. *libr.* 3. *n.* 22. ubi Imperator Ludovicus Bavarus de Pontificatu atque Papali dignitate per *Annuli* exhibitionem inveſtit Papam Nicolaum Quintum. Quale jus per *Annulum* Pontifices Romanos inveſtiendi, antiquitus Imperatoribus competere, aſſerit Elector Trevirenſis apud dictum Maimburgh. *d. part.* 2. *libr.* 1. *n.* 4. add. *c.* 22. & *c.* 23. *diſt.* 63. Aliud videatur apud Saresber. 3. *metalog.* 42. ubi Adrianus Pontifex Henricum II. Angliæ Regem de Hibernia per *Annulum* inveſtit.

TIT. XI.

De Natalibus reſtituendis.

§. 136. Quin & 2. ſi quis Natalibus (quibus ſcil. homines initio naſcuntur) a Principe reſtitutus fuerit, patrono puta conſentiente, (neque enim Principis eſt jus ſuum alicui detrahere: *v.* §. *f. I. de his qui ſunt ſui vel ali.*) pleniſſimam ingenuitatem, ſublato ipſo patronatus jure, conſequitur, *t. t. ff. de natal. reſtit.* Jure tamen *Novella* 78. *cap.* 1. hoc jus im-

impertiendæ παλιγγενεσίας ipſi patrono conceditur. Ceterum Natalium reſtitutione non videntur ii indigere, qui liberi nati poſtea in ſervitute (id eſt, vere ſervi, *pr. I. de libertin.*) fuerunt: ita enim conſtitutum eſt ab Imperatoribus §. *ult. I. de libert. junct.* §. 6. *I. de jur. natur.* miſſis antiquis fabulis in *l* 21. *ſtat. hom. l.* 40. *lib. cauſ.* Quod ad Nobiles, qui aliquando in civico ſtatu latitarunt, deinde iterum emergentes, applicant Doctores: *vid.* Stryck. *annot. ad d.* §. *ult.* Poſſes adeo idem ad Principes, qui Comitum pro tempore titulo contenti vixerunt, extendere; vid. illuſtriſſimum exemplum apud Im. Hoff. *in tract. Notit. Procerum S. R. G. Imperii lib.* 6. *cap.* 11. *pr.*

TIT. XII.

De liberali cauſa.

§. 137. Communes *effectus* ſunt, quod unicuique manumiſſo (veluti & alii, cui libertatis jus competit) liceat inſtruere *liberalem cauſam*, id eſt, judicium de libertate competente, *l.* 42. §. 1. *ſol. matr. l.* 8. *ff de liberal. cauſ.* Sublata antiqua illa aſſertione, qua pro eo, qui invitus in ſervitute detinebatur, adſertor libertatis, cognatus aut extraneus admittebatur; velut & pro ſponte ſerviente,

pa-

pater, *l. 1. & ſeqq. ff. de lib. cauſ. l. 1. ſequent. C. de adſert. tollend.*

TIT XIII.

Quibus ad libertatem proclamare non licet.

§. 138. Noris tamen 1. eſſe aliquos, quibus ad libertatem proclamare non licet; veluti ſi qui annis viginti majores ad pretium participandum, ſe venum dari paſſi ſunt, *l. 1. & ſeqq. ff. quib. ad libert. prov.* ubi pretium participandum intellige, ſi ſui ipſius venditor, pretii *dimidiam* partem nanciſcatur; cum enim non adjicitur portio, tum intelligitur ubique pars dimidia, *l. 164. §. 1. V. S. l. 43. uſufr.*

TIT. XIV.

Si ingenuus eſſe dicetur.

§. 139. Tum 2. non tantum de libertate, ſed & de ingenuitate, quem poſſe contendere *ſi ingenuus eſſe dicetur*, alter autem forte operas, obſequia, aliave, ab eo ceu liberto exigat, *tot. tit. ff. ſi ingenuus eſſe dicet.* Quin &, ſi quis ingenui ſtatum paſſim diffamet, quaſi hic libertus eſſet, ingenuus ille diffamatus aget *ex l. diffamari 5. C. de ingenuis manumiſſis*

ad

ad id ut diffamans probet ea quæ jactavit, vel alias perpetuum ipſi imponatur ſilentium. vid. *Admon. Part. 2.* §. 10. Interim *tit. ff. ſi ingenuus eſſe dicetur*, poſt Novell. 78. minoris uſus eſt. *Conf. ſupr.* §. 135.

TIT. XV.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

§. 140. Porro 3. etſi quæri de ſtatu defunctorum poſt quinquennium non poſſit, *tit. ff. ne de ſtat. defunctor.* id tamen nec ad emancipationes pertinet, *l. 5. C. eod.* nec ultra caſum, quo de ingenuitatis præjudicio agitur, extendi debere l. 1. *&* 3. *ff. eod.*

TIT. XVI.

De Colluſione detegenda.

§. 141. Denique 4. ſi quis Colluſionem domini vel patroni cum ſervo vel liberto detexerit oſtenderitque, illos his controverſiam ſtatus ſimulate & dicis tantum gratia moviſſe, ut hi ſcilicet iſtis vinci ſe geſtientibus liberi vel ingenui declarentur, tum illos quidem dominii vel pa-

tronatus jus amittere, id autem iis, qui colluſionem intra quinquennium detexerint, in præmium accedere *t. t. de colluſ. deteg.* Sed de talibus plus ſatis.

LIBER XLI.

TIT. I.

De acquirendo rerum dominio.

§. 142. Subſequitur (*v.* §. 1. *ſupra*) tractatus, *de acquirendo rerum dominio.* Ubi videbimus modos acquirendi ex jure Gentium. Et cum & hi mediante poſſeſſione ſe exerant *l.* 1. §. 1. *A. vel A. P.* de poſſeſſione acquirenda, intermiſcendum eſt; etſi alias Poſſeſſio cum Proprietate regulariter nihil commune habeat, l. 12. §. 1. *de A. vel A. P.* Ceterum Poſſeſſionis materia ſimul occaſionem præbebit inſpiciendi modum acquirendi ex Jure Civili, Uſucapionem puta, hactenus reliquum.

§. 143. Modos acquirendi ex Jure Gentium commodiſſime, niſi fallor, ad duos reducemus: Apprehenſionem, & Acceſſionem. Iſtic facto noſtro, apprehendendo ſcil. acquirimus. Hic autem poteſtate & vi rei noſtræ. Apprehenſio iterum duplex eſt: 1. Occupatio, & 2. Traditio. Illam

lam *Simplicem:* hanc *Qualificatam* Apprehenſionem nonnulli cognominant. Acceſſio iterum eſt vel Naturalis, vel Artificialis, vel Mixta. Ad Naturalem pertinet 1. Alluvio. 2. Appulſio cum Coalitione, 3. Inſula. 4. Alveus. 5. Fœtura. Ad Artificialem 1. Specificatio. 2. Confuſio ſive Commixtio. 3 Adjunctio. Ad Mixtam 1. Satio, 2. Plantatio. 3. Fructuum ex alieno bona fide perceptio. Sed de his dicenda repræſentavi ad *Inſtit. libr.* 2. *aphor. Tit.* 1. Addo duas Quaſi- Traditionum ſpecies: Ceſſionem, & Executionem. De illa dixi 3. *aphor.* 139. *in fin.* De hac videatur *l.* 68. *ff. de R. V.* & quæ dixi *tract. de Jure Ventris part.* 12. §. 5.

§. 144. Adde (1.) controverſiam de Pictura. An hæc ſcilicet tabulæ cedat, an autem hanc ad ſe trahat? Sententiam meam latius propoſui *Benedictor. collat.* 6. Summa huc redit, ut dicam, Juſtiniano placuiſſe eam ſententiam quæ arti pictoriæ id tribuerit privilegii, ut acceſſio ad ſe trahat rem principalem, pictura inquam tabulam. *l.* 9. 2. *de A. R. D.* §. 34. *I. de R. D.* Eandem ut credam eſſe ſententiem & Triboniani aut ſociorum in compoſitione *legis* 23. §. 3. *ff. de R. V.* ut ibi hæc verba: *Sed & quod in charta mea ſcribitur, aut in tabula pingitur, ſtatim meum fit:* ſint Pauli JCti. Sed quæ ſequuntur: *licet de pictura quidam contra ſenſerint, propter pretium picturæ:* ſint a Triboniano ejuſ-

rum, qui exiſtimabant, eam Juris Gentium rationem eſſe, quæ d. l. 23. §. 3. indicatur: an autem ita vere exiſtimaverint, ea alia quæſtio eſt, de qua Grotius 2. *de jur. bell. & pac.* 8. & nos alibi, exiſtimantes, de Jure Gentium nec tabulam ad ſe picturam trahere, nec huic illam cedere. Aliter Wurmſer. 2. *controv.* 84. Lyclam. 1. *membran.* 15. Ungepauer. 5. *exercit.* 11. Goedd. *ad l.* 14 *ff. de V. S.* Martuc. 3. *var. explanat* 74. De artis Pictoriæ (quæ in *d. l.* 23. §. 3. *pictura* audit. conf. Plin. 35. *hiſtor.* 9.) pretio, addatur *l.* 11. *C. de metat. Plin.* 35. *hiſtor.* 10. Sed nec ſoli Romani eam artem in pretio habuerunt. vid. Piſetzky a Kranichfeld *de Statu Seculari c.* 15. §. *Culpandus:* ubi Turcarum Sultanus Gentilem Bellinum ob excellentem in arte pictoria peritiam, in ordinem Equeſtrem cooptaſſe legitur. Adde (2.) in controverſia, an bonæ fidei poſeſſor fructus *naturales* ſuos faciat, quod nos affirmamus 2. *aphor.* 55. ab omnibus opponi *l.* 45. *ff. de uſur.* ubi Pomponius generalem regulam videtur proferre, dum inquit: *ſicut nec cujuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris.* Atqui diſſentiunt Paulus *l.* 48. *de A. R. D.* Julianus *l.* 25. §. 1. *de uſur.* Cajus *l.* 28. *pr. eod.* Solve. Inter Veteres JCtos variæ hic fuerunt diſſenſiones, ut præter jam datas quatuor leges, patet ex *l.* 13. *quib. mod. uſufr. amitt. l.* 78. *de R. V.* At Pomponii ſententia eſt

reprobata. Probo: quia *d. l.* 13. eſt Pauli, unde mens Pauli ex altera lege Pauli in d. l. 48. explicanda eſt. Atqui d. l. 13. ut & d. l. 78. extant in Parte ff. ſecunda. Ergo a Juſtiniano ſunt approbatæ, *Conſtitut. Omnem.* §. 3. Si ergo Pomponius in d. l. 45. contrarium ſenſit, ſequitur, ſententiam Pomponii contrariam in parte ff. quarta, eſſe reprobatam. Quod porro patet ex §. 35. *ibi: cura. I. de R. D.* Tu dicis, atqui hæc valde nova ſunt! Belliſſime. Si tamen aliorum explicationes quis mavult, is videre poteſt Forſterum *de dominio cap. 9. n.* 195. alioſque alibi. Addo (3.) ad intellectum *l.* 38. *h. t.* ſequens ſchema:

Fundus Attii

Via Publica.

Ager Lucii Titii.

Flumen Publicum.

Fundus Anonymi.

Nunc dictam l. 38. cum brevibus adnotamentis ſubjungo: *Attius fundum habebat ſecundum viam publicam: ultra viam flumen erat, & ager Lucii Titii* inter viam publicam & flumen medius. *Fluit flumen paulatim: primum omnium agrum* Lucii Titii *qui inter viam & flumen eſſet, ambedit & viam ſuſtulit: poſtea rurſus minutatim receſſit & alluvione in antiquum locum rediit. Reſpondit* Alfenus Varus: *cum flumen agrum* Lucii Titii *& viam publicam* paulatim ſive mi-

nu-

nutatim ambedendo *ſuſtuliſſet*, *eum agrum ejus* Anonymi *factum eſſe*, *qui trans flumen fundum habuiſſet* : *poſtea cum* flumen ex via publica *paulatim retro rediſſet*, *ademiſſe ei* Anonymo *cujus factus eſſet*, *& addidiſſe ei* Attio *cujus trans viam* fundus *eſſet*, *quoniam ejus fundus proximus flumini* dictam viam publicam nunc occupanti at nunc paulatim inde recedenti *eſſet*. *Id autem quod publicum* dictæ viæ *fuiſſet* : *nemini acceſſiſſe*. *nec tamen inpedimento viam eſſe ait* Alfenus Varus publicam, *quo minus ager* Lucii Titii *qui trans viam* illam *alluvioni* Attii fundo acquirendæ *relictus eſt*, *Attii fieret*. *Nam ipſa quoque via* publica *fundi* Attii *eſſet*. Addo (4) *ad l. 5. §. 1. h.* ſequentia ex Radevico *de rebus Friderici Primi lib. 3. cap. 26. in fin. Si quis* (inquit) *venatus fuerit cum canibus venaticis*, *feram quam invenerit & canibus agitaverit*, *ſine alicujus impedimento habebit*. *Si quis per canes leporarios feram fugaverit*, *non erit neceſſario ſua*, *ſed erit occupantis*. *Si quis lancea vel gladio feram percuſſerit*, *& antequam manu levaverit*, *alter occupaverit*, *non occupantis erit*. *Sed qui occiderit eam*, *ſine contradictione obtinebit*. *Si quis birſando feram baliſta vel arcu occiderit*, *ejus erit*. Hæc ille. Ubi *birſare* deſumtum eſt a Germanico Birſch *venatio cum ſclopeto* & Birſchen *explodere* : hinc Birſchbüchſe ſclopetum venatorium. Deſcendunt a Berſten, unde & *Berſare* legitur, a fragore

qui exploſione editur. add. Hedinger. *ad Grot.* 2. *c.* 8. §. 3. Rhet. 10. *meditat.* 27.

TIT. II.

De acquirenda vel amittenda Poſſeſſione.

§. 145. Poſſeſſio etſi alibi ipſam rem poſſeſſam, ſive mobilem ſive ſoli, l. 2. *C. ubi in rem act.* *l.* 78. *V. S.* alibi ſucceſſionem Prætoriam, *rubr. ff. bon. poſſeſſion.* alibi Uſucapionem *l.* 30. *ff. ex quib. cauſ. maj.* denotet: hoc tamen loco eſt *Detentio rei cum affectu ſibi habendi,* l. 1. *pr. &* §. 1. *de acq. poſſ.* Ergo ſi quis detineat animo alii habendi, non habet poſſeſſionem, niſi late ſumtam.

§. 146. Dividitur (1) in Veram & Quaſipoſſeſſionem: *pr. I. interd.* Hæc eſt rerum incorporalium l. 18. §. 2. *de pet. her.* Eidemque (non, quod ſit incorporalium: ſed, quod rerum in privatorum poſſeſſionem non cadentium) Prætor locum fecit in Interdictis illis: Ne quid in loco ſacro fiat: Ne quid in loco publico vel itinere fiat, &c. Porro, in lata quam dixi acceptione (quicquid diſſentiat Gribaldus Mopha *variar. declarat. c.* 5.) dividitur Poſſeſſio (2.) in Naturalem & Civilem, l. 1. §. 9. *ff. de vi & vi armat.* Hæc eſt cum opinione aut animo domini: illa non *l.* 13, §. 1. *de Publician. l.* 21. *C. de furt.* Hæc competit domino, furi, &c. Illa

Illa creditori, *d l.* 13. §. 1. *d. l.* 25. §. *ult.* uſufructuario *l.* 12. *pr. de acq. poſſ. l.* 49. *d. t.* commodatario, conductori, &c. l. 3. *ſ. l.* 4. *ad exhib. l.* 15. §. 1. *locat. l.* 2. §. 1. *pro her. l.* 15. §. 4. *de precar. add.* §. 13. 14 15. 16. 17. *I. de oblig. q. ex delict. naſcunt.* Etſi enim commodatarii, coloni, ſimilesque, non poſſideant ſibi in totum, poſſident tamen ſibi ex parte & in tantum: non quidem ſibi reſpectu dominii: bene tamen ſibi reſpectu uſus aliusve juris, §. 13. 14. 15. 16. 17. *I. de obl. q. ex delict. l.* 12. & 18. *ff. de vi & vi armat. l.* 13. §. 1. *ff. de donat.*

§. 147. Ita hæc Poſſeſſionis in Naturalem & Civilem diviſio conſideratur ratione eſſentiæ, quæ aliter explicari poteſt & debet reſpectu modi poſſidendi: quo intuitu Civilis eſt, quæ ſolo animo detinetur, Naturalis quæ etiam corpore, *l.* 1. §. 1. *h.* Hanc & *Corporalem* leges nominant, *l.* 25. §. *ſ. ff. de acq. vel. am. poſſ. l.* 40. §. *ſ. pign. act. l.* 1. §. 5. *quod legator. l. p. C. ad L. Falcid. l. ſ. C. de fundis patrimonial. add. l.* 3. §. 8. *de acq. poſſ.* Illam *animi* ex *d. l.* 3. §. 8. *l.* 25. *eod.* aut *Mentalem* dixeris, cum Lauterbachio *Comp. ff. de acq. vel am. poſſ. p.* 569. Sane nemo ambigit, duplicem eſſe Poſſeſſionis rationem: *Juris* & *Corporis*, *l.* 10. *C. de acquir. poſſeſſ.* Cum autem Animi ſive Mentalis illa poſſeſſio mente concipiatur: hæc autem in incerto fluctuare non amet, *Lucian. de calumnia pr.* &

ibi Toll. ſed & Corporalis certum quid depoſtulare videatur; creditum fuit, incertum quid poſſideri non poſſe, *l.* 3. §. 2. *l.* 26. *ff. de acquir. poſſ.* quod tamen ad *meram ſubtilitatem* refert *l.* 32. §. 2. *de uſurpation. & uſuc.* Ut dicendum ſit, partem incertam non poſſe poſſideri poſſeſſione Civili, poſſe Poſſeſſione Prætoria. Ita, ex. gr. agens interdicto Quorum bonorum, fundat ſe poſſeſſione Prætoria, ſed incertiſſimarum rerum, integræ quippe ſæpe ampliſſimæque hereditatis & univerſitatis. *conf.* §. 45. *I. R. D.* Alia ratio eſt neſcientis, ex. gr. theſaurum in fundo eſſe *l.* 3. §. 3. *acq. poſſ.* huic enim deeſt acquirendi animus.

§. 148. Enimvero notanda eſt bene (3.) diſtinctio Poſſeſſionis in Civilem & Prætoriam: Illa JureCivili agnita effectus habet varios, quos vide ſis §. 155. infra. Hæc a Prætore inducta interdicto poſſeſſionem vindicandi aut defendendi poteſtatem impertit, §. *noſtro* 154. *infra.* Ita ut hic effectus Prætorius ſit, non excludens tamen iſtos Civiles, utpote quos, aut eorundem ſaltem aliquos, ſubinde ſibi adjungit: veluti ex diverſis ſpeciebus infra libro *ff.* 43. diverſimode apparebit. Notabilis inter alias Prætoriæ Poſſeſſionis ſpecies eſt Superficium, de quo *l.* 1. *ff. de ſuperf. l.* 49. *de V. S.* Vid. §. 241. *ſeq. infr.* Nec minus Poſſesſio illa Prætoria quæ Paulianam actionem producit. *v.* §. 212. *infr.*

§. 149.

§ 149. Præterea dividitur Poſſeſſio (4.) in Vitioſam & Non Vitioſam. Illa eſt quam quis ab adverſario habet vi, clam, vel precario: Hæc ab tribus iſtis vitiis pura eſt, *v.* §. 1. *&* 4. *l. de interd.* (5.) in Juſtam & Injuſtam. Illa titulo juſto eſt acquiſita: hæc injuſto. Denique (6.) Poſſeſſio eſt vel Bonæ Fidei vel Malæ Fidei. Poteſt adeo eſſe Poſſeſſio juſta & tamen malæ fidei: ex. gr. a Titio bona fide emi rem Caji, quam poſtea Caji eſſe deprchendo, eamque nunc mala fide poſſideo & juſte uſucapio, l. 13. §. 1. *de Publician. l.* 22. §. 1. *de noxalib.*

§. 150. Jam de modis acquirendi, retinendi, amittendique poſſeſſionem videamus. Acquiritur autem poſſeſſio animo & corpore ſimul, §. 5. *in fin. h. l.* 153. *de R. J. l.* 8. *de acq. poſſ.* Ita tamen ut traditionibus fictis quoque ſit locus, *de quibus ad Inſtit. lib.* 1. *aph.* 47. *& ſeqq.* adeo ut vel deguſtationi in venditionibus locus ſit, vel ſufficiat rem ponderoſam commonſtratam vidiſſe, *l.* 1. *l.* 4. *l.* 14. *de per. & comm. r. v.* vel cuſtodem appoſuiſſe, l. 51. *h. t.* aut fundi glebæ inſtitiſſe, *l.* 3. §. 1. *t.* modo prior poſſeſſor reliquas ejusdem glebas dereliquerit, *l.* 18. §. *f. h. t.* Sed & nihil interſit, per ſe quis poſſeſſionem acquirat, an per procuratorem, §. 5. *I. per. quas perſ. acq.* modo hic mandantis nomine acquirat: ſecus ſi ſibi ipſi ſe acquirere profeſſus fuerit, *l.* 1. §. 20. *de acq poſſ.* cogitatio-

ni nullo impertito effectu, l. 13. *de donat. arg. l.* 18. *de pœn.* Ejus qui poſſeſſionem alteri acquirit, nobile exemplum eſt in Conſtituto Poſſeſſorio; de quo *dicto aphor.* 47. *libr.* 2. *ad Inſt.*

§. 151. Retinetur Poſſeſſio vel 1. animo & corpore, & hoc iterum vel proprio vel aliorum, ex. gr. conductorum, commodatariorum §. 5. *de interdict.* vel etiam 2. ſolo animo, *d.* §. 5. in tantum, ut etiamſi poſſeſſio ab alio clam occupata ſit, adhuc tamen retineatur, niſi deinde ſcientes eandem recuperare nolimus, forte quod vim majorem vereamur, aut, ab altero non admiſſi, nequeamus, l. 6. §. *f. l.* 7. *l.* 13 §. 8. *ff. h.*

§. 152. Amittere poſſeſſionem etiam quidem utroque & corpore & animo ſolemus, *L.* 8. *ff. h. t. d. l.* 153. poſſumus tamen etiam ſolo animo, *l.* 3. §. 6 *ff. acq. poſſ. L.* 44. §. 2. *ff. eod.* Qua poſſeſſione ita ſemel amiſſa, nihil impedit, quominus quis ex nova cauſa poſſidere, eaque ratione ſibi poſſeſſionis ſuæ cauſam mutare poſſit *v. l.* 3. §. 19. *l.* 19. §. 2. *de acq. poſſ.* Ita autem volentes poſſeſſionem amittimus. Sed & invitis id aliquando nobis contingit, ut ſi tertius nos removeat, *l.* 6. §. *f. l.* 7. *ff. l. f. C. h. t.* aut maris fluminisve inundatio, *l.* 23. *ff. quib. mod. uſ. amitt. l.* 3. §. 17. *h.* aut ſpeciem novam inducentis, aliove modo acquiſitionem alii procurantis factum nos a poſſeſſione excludat, §. 25 *ſeqq. I. de R. D.* Non tamen indiſtincte alterius poſſeſſio, con-

continuo noſtram expellit: cum duo eandem rem in ſolidum poſſidere valeant: diverſo, inquam, poſſeſſionis genere, etſi non utroque corporali, *l.* 3. §. 5. *l.* 6. §. 1. *l.* 46. *h. t.*

§. 153. Non amiſſæ Poſſeſſionis effectus princeps eſt, quod producat, itaque adjunctum ſibi habeat *Jus Poſſeſſionis l.* 5. §. 1. *ff. ad L. Jul. de vi publ. Plurimum enim ex jure poſſeſſio mutuatur, l.* 49. *pr. h. Plurimum*, id eſt, multum. *arg. l.* 12. *f. de teſtib.* nam & eodem ſenſu *plurimum facti* habet, non tantum cum adhuc *acquirenda*, ſed & cum jam *acquiſita* eſt *l.* 19. *ff. ex quib. cauſ. maj.* Eſt ergo etiam Poſſeſſio *Jus*: idque Jus *in Re* eſſe, ex eo patet, quod producat Actiones in rem, nimirum Interdicta: hæc enim ſunt *vindicationes* (ita & Petronius *Satyr.* de quo infra §. 260. dicam, ea cognominat) *quibus agimus ad poſſeſſionem rei* naturalem *adipiſcendam, retinendam, vel recuperandam*, §. 2. *I. interd.* Certe, cum Interdictis non niſi in *Poſſeſſorio* litigemus, videtur inconveniens, iis aliud fundamentum quam *Poſſeſſionem* aſſignare velle. Statuamus igitur potius omnia interdicta eſſe in rem actiones, oriundas ex Jure Poſſeſſionis. Poſſeſſionis, intellige, Prætoriæ: veræ, item, vel quaſi. *pr. I. interdict.* add. §. 212. *infr.*

§. 154. Plane ſunt & alii Juris Poſſeſſionis effectus, ſed quos & ipſa Civilis ſecum vehit: alterique Prætoriæ aliquando adjungit, poſ-

ſeſ

ſeſſoremque variis commodis beat §. 4. *I. de interdict. l. 25. de R. V. l. 128. R. J.* Unde commendatur illud Claudiani: *Omne futurum Deſpicitur, ſuadentque ſui præſentia fructum.* Quod adduxit Accurſius *ad l. 8. ff. de tranſact.* ubi illud vulgare: *Ad præſens ova, cras pullis ſunt meliora.* Nevizan. *ſylv. nuptial.* 4. *n.* 130. Mandelſlo *Juſtit. poſtergat. c.* 6. *pag.* 257. qui & alterum illud Accurſii refert: *Melius eſt unum tene, quam centum cape.* Norat hæc Paulus Tertius Papa qui donationem Conſtantini, ex his tuebatur. Suden. *Critic. part.* 1. *quæ.* 2. *in fin.* add. Alciat. 4. *de verb. ſignific. n.* 14. Ex hoc Poſſeſſionis Jure pullulant ſequentia. Puta, quod Poſſeſſor regulariter (excipitur enim poſſeſsor hereditatis) non teneatur edere titulum ſuæ poſſeſſionis, *l.* 11. *C. pet. her.* quod in dubio pro poſſeſsore iudicetur, §. 4. *I. interd.* quod etiam injuſtus poſſeſsor præferatur non poſſidenti, *d.* §. 4. *l.* 4. §. 7. *ſi ſerv. vind.* quod nec prædo per vim dejici debeat, *l.* 1. §. 30. *l.* 3. §. 9. *de vi & armat.* quod poſſeſſió cum bona fide juncta quaſi dominium inducat, *l.* 136. *R. I.* quod poſſeſſionem defendere liceat etiam armis, *l.* 29. *l.* 49. § *ad. L. Aquil. l.* 1. *C. und. vi. d. l.* 3. §. 9. Plures effectus enarrat Bockelm. *de actionib. cap.* 3. *part.* 5. §. §. 7. quos inter memorandus hoc loco is eſt, quod Poſſeſſio per Uſucapionem dominium inducat. Ita inquam res ſeſe habet, niſi

Uſuca-

Uſucapio per *Uſurpationem* fuerit interrupta, eoque pacto Poſſeſſionis effectus iterum abolitus ſit amiſsusque, *rubr. ff. tit. ſeq.*

TIT III.

De Uſurpationibus & Uſucapionibus

§. 155. Uſucapionem deſcripſit Modeſtinus *in l. 3. ff. h. t.* quod ſit *Adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti.* Ulpianus *tit.* 19. §. 8. vocat *Adeptionem* dominii. Bene quidem: Sed præſtat *Adjectio*, ut ſignificetur, eſse hic quandam quaſi Acceſſionem, dum rei (poſseſioni noſtræ) aliud accedit, illiusque poteſtate aliud (dominium ſcil.) acquirimus, ceu in altero illo ex Jure Gentium modo, Acceſſione. *Uſui* ergo accedit hic *Dominium*.

§. 156. Dixi de hac *ad Inſt. libr. 2. titulo 6.* Hic nota ſis, Poſseſſionem debere eſse continuam, non uſurpatam ſive interruptam, *l. 2. h. §. diutina. I. h.* Uſurpatio autem *hic* nihil aliud eſt quam *Uſucapionis interruptio.* Et eſt vel naturalis vel civilis. Illa fit manu, hæc judicialiter: etiam ſola citatione, correcto jure antiquo, *v. l.* 18. *l.* 20. *de R. V. l.* 9. §. 9. *ad exb. l.* 2. §. *f. pro emt. l.* 5. *h. t. l.* 2. *C. de ann. exc. l.* 2. *l.* 10. *C. de long. temp. præſc.* Quin & ſufficit ſola teſta-

ſtatio publice propoſita, *d. l. 2. C. de ann. except.* Wiſsenb. *ad d. l.* 2. Lauterbach. *Comp. ff. pag.* 575. Plane continuatur Poſſeſſio etiam in ſucceſsore, non tantum univerſali, §. 7. *I. h.* ſed & ſingulari §. 8. *I. h. l. 2. §. 20. ff. pro. emt.* Unde ſi tuus auctor etiam ſingularis, bonam fidem habuit, tua tibi mala fides *jure Juſtinianeo noviori* non obſtabit *l. un. C. de uſuc. tranſf.* Quod tamen non obtinebit de Jure Canonico bonam fidem perpetuam requirente, de quo *ad Inſt. lib. 2. aph.* 68. *verſic. Nunc nota.* Contra ſi auctor in mala fide fuerit, intereſt, an ſucceſsor ſit univerſalis an ſingularis: ille uſucapere nullo modo poteſt, §. 7. *I. h.* hic poteſt, ſed jure noviſſimo tum demum, ſi dominus alienationem factam eſse ſciat, *Nov.* 119. *c.* 7. *fin.*

§. 157. Adhuc notabis, 1. controverti, an bona fides, quæ in Uſucapione requiritur, excludatur per dubitationem? Nos id omnino negandum eſse, non dubitamus. Dubitans enim adhuc *ignorat*, rem eſse alienam: at hoc eſt eſse in bona fide, *l.* 109. *de V. S.* Accedit, dubitantem ignoranti æquiparari, *l. ult. C. de furt. l. ult. C. de cond. indeb.* §. 16. *I. de oblig. ex del. l.* 15. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* excepto caſu, quo dubitatio ex conteſtatione judiciali exoritur, *l.* 10. *C. de acq. poſſ.* aſt exceptio firmat regulam in caſu non excepto, *l.* 12. §. 43. *inſtruct.* De Jure tamen Canonico aliud ſtatuendum eſt *per. c. f. x.*

de

de praſc. add. §. 280. *infra.* Nota 2. ſufficere, bonam fidem adfuiſſe tempore traditionis: excepta emtione, quæ & traditionis & contractus tempora vult inſpicienda eſſe. *l. 2. pr. pro emt.* quod emtionis quotidianiſſimus uſus ut alter ſcil. per alterius uſucapionem minus lædatur, videtur induxiſſe. *conf. l.* 14. §. 1. *conſtit. pec.* Opp. *l.* 10. *pr. de uſurp. & uſuc.* Reſpondi *diſput. ad L. Unum. th.* 17. ſcil. ſubintelligendum eſſe: *etiam.* Etiam traditionis tempus ſpectandum eſſe. *Confer.* §. 195. *n.* 1. *in fin. infr.* Nota 3. Etiam in rebus mobilibus aliquando requiri annos decem vel viginti, ſi agatur de Servianæ præſcriptione. 4. *aphor.* 52. *not.* 2. Porro, quod ad cauſam ſive titulum, notabis 4. cum plures ad uſucapionem inducendam tituli jure ſint comprobati, ſufficere, ſi unus revera ſubſit, etſi alius ſimuletur, *l. f. pro donat. arg. rubr. C. Plus valere quod agitur quam quod ſimulate concipitur. arg. l.* 1. §. 2. *ſeq. de pact. l.* 19. *pr. reb. cred.* Nota & hic (5.) §. 281. *n.* 2. & 3. *infr.*

§. 158. Nota 6. titulos famoſiores juxta ff. (in Codice habes rubricam: De *uſucapione pro Emtore vel Tranſactione. v. l.* 8. *C. h. t.*) uſucapionis eſſe octo ſequentes: quorum Primus eſt, *Pro ſoluto*: cui locus eſt cum vel verus debitor rem alienam tanquam ſuam, vel cum non debitor rem propriam ſolvit, *l.* 46. & *l.* 48. *ff. de uſucap.* Obiter autem hic ex Gothofredi notis *ad d. l.*

46. notabis, in quibusdam editionibus Pandectarum, ante *d. l.* 46. incipere Titulum *Pro ſoluto.* Sed incommode: Nam *l.* 47. *eod.* & *l.* 49. *ſive ult. eod. tit.* ad talem rubricam non pertinent, & neſcit hanc editio optima, id eſt Florentina. *vid. Admonit. part.* 1. §. 22.

TIT IV.

Pro Emtore.

§. 159. Secundus eſt: *Pro Emtore.* Ita uſucapit, qui rem a non domino, quem dominum eſse credebat, emit, modo emerit pure: idem eſt, ſi ſub conditione reſolutiva emerit: ſecus ſi ſub ſuſpenſiva *l.* 2. §. 2. §. 3. *h.*

TIT. V.

Pro Herede vel Poſſeſſore.

§. 160. Per *Poſſeſſorem* intellige hoc loco Heredem Prætorium: Quemadmodum *Poſſeſſoria* Hereditatis petitio, ſupra libro 5. tit. 5. notat *Prætoriam. v. l.* 117. *R. J.* Agitur hic ergo de eo, qui pro Herede (hic habes titulum uſucapiendi Tertium) ſive ut Civilis, ſive ut Prætorius Heres, uſucapere intendit.

dit. Ubi tum non una ſententia eſt & antiquorum & recentiorum JCtorum, qua ratione hæc uſucapio peragatur. Audi Pomponium JC, in *l. pen. h. t. Plerique* (inquit) *putaverunt, ſi heres ſim, & putem rem aliquam ex hereditate eſſe, quæ non ſit, poſſe me uſucapere.* Quæ verba accipienda de caſu quo heres abſque mala fide omnique vitio non tantum ſui, ſed & defuncti reſpectu (ſume ex. gr. Titii ovem poſt illius mortem, ejuſdem gregi ſe immiſcuiſſe), poſſidet *l. 11. C. de A. & R. P.*

TIT. VI.

Pro Donato.

§. 161. Quartus Uſucapionis Titulus eſt: *Pro Donato.* Ita uſucapit, cui res aliena donationis cauſa data eſt, *l. 1. pr. ff. h.* etiam mortis cauſa: donanti tamen integro manente jure revocandi, *l. 13. ff. de mort. cauſ. don.* §. 1. *I. don.*

TIT. VII.

Pro Derelicto.

§. 162. Quintus eſt, ſi quis occupaverit rem a non domino pro derelicto habitam, *l. 6. h.* qualis non eſt deperdita,

 l. 4.

l. 4. *h.* etſi occupans eam derelictam putaverit. *§.ſeq.fin.*

TIT. VIII

Pro Legato,

§. 163. Sexto, ſi legata ſit res aliena, legatarius teſtamenti factionem (ut loquimur) paſſivam habens, eandem uſucapiet, *l.* 4. *l.* 7. *h.* Quid ſi putaverit legatum, cum non ſit? Ex communi iterum regula dicendum eſt: Error falſæ cauſæ uſucapionem non parit, niſi juſtisſima fuerit erroris cauſa, *v. d. l.* 4. *h. l. f. h.*

TIT. IX.

Pro Dote.

§. 164. Septimo, maritus res in dotem ipſi datas, ſive ſingulas ſive univerſas, uſucapit *l.* 1. *h.* Cum *dotem* audis, intelligis requiri matrimonium, quippe ſine quo non eſt dos; *l.* 1. §. 3. *h.* ſed nec errorem matrimonii hic ſufficere putativi, ex eodem, *juncto* §. *Error autem I. h. t.* conſequitur. Fluit ex eodem, tempus ante nuptias non proficere, niſi ut uſucapioni *Pro Suo* (de qua titulo ſeq.) matrimonio deinde ſecuto, locus ſit, *l.* 10. §. 4. *de jur. dot.*

§. 165.

§. 165. Ceterum Uſucapionem *Pro dote* intelliges de Uſucapione Dominii Civilis, non Naturalis, *l.* 30. *C. de jur. dot* Aut ſi mavis(ſed id idem eſt re ipſa) Irregularis, non Regularis. Illud maritus ſibi ipſi: Hoc uſucapiet Uxor per maritum. Dixi *ſupra Part.* 3. §. 129. *&* *Part.* 4. §. 113. 117. 118. *Item Irner. c.* 18. §. 4. & alibi. Vid. *ad Inſtit. libr.* 2. *aph.* 79. ubi argumentum novum produxi ex *l.* 20. *C. de donat. ant. nupt. junct. l.* 7. *C. de pignor. action.* Teneſis tamen inter alias exceptionem ex *l.* 42. *ff. de jure dot.* quod ad res ſcilicet fungibiles, ut talium rerum dominium in maritum plane tranſeat. Ratio patet, quod maritus ſcilicet uti rebus dotalibus debeat, *l.* 20. *C. j. dot.* at harum rerum uſus eſt in conſumtione aut alienatione.

TIT. X.

Pro Suo.

§. 166. Octavus Titulus *Pro Suo*, & Generalis eſt & Specialis. *Ille* cum aliis concurrit. *Hic* ſe exerit cum alius titulus deeſt: cujus exemplum ex *l.* 1. §. 2. *ff. pro dot.* vidimus ſupra ad Titulum *Pro dote*. Aliud præbet materia Occupationis, cum quis ex. gr. lapillum, gemmam, leporem, ignorans jam eſſe aliorum, apprehenderit, *l.* 2. *h.* Singu-

lare heic eſt, quod non ſufficiat bona fides initialis; cum repugnet, uſucapere pro *ſuo*, quod noris eſſe *alienum. l.* 4. *h.*

LIBER XLII.

TIT I.

De Re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus.

§. 167. Reſtat ut dicamus de Communibus illis Actionum, quorum mentionem injecimus §. 1. ſupra. Ad hæc pertinet (1.) Terminus omnium actionum, ſcilicet Executio, *de qua libro ff.* 42. tum (2.) Actionum Affinia, nempe Interdicta, & Exceptiones. De illis eſt *lib.* 43. De his *lib.* 44.

§. 168. Executio decernitur 1. ob Rem Judicatam. 2. ob Confeſſionem. 3. ob Ceſſionem. Sed & 4. ſi reus latitet, aut non defendatur, his ex cauſis in poſſeſſionem bonorum itur.

§. 169. In his quatuor primum locum obtinet *Res Judicata.* Ubi *res* idem eſt quod *lis*, ſive *cauſa judicialiter controverſa. Conf. l.* 1. *ff. tranſ. Plaut. Captiv. act.* 1. *ſc.* 1. Talis *res* hic per judicem deciſa eſt, unde *judicata* vocatur. Potuiſſet enim & *tranſigendo* decidi. *vid. Admon. part.* 1. §. 158. Deſcribitur enim Res Judicata, quod ſit *quæ finem controverſiarum pronuntiatione judicis*

acce-

accepit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit. l. 1. ff. h. t. Unde Res Judicata ſtatim poſt ſententiam latam præſto eſt. Unde & ipſa ſententia *Judicium* aliquando appellatur. *vid. quæ dixi ad legem Vinum* §. 20. Cum tamen adhuc appellationi locus ſupereſſe queat, hinc illa proprie res judicata eſt, a qua appellari nequit, puta ſi decem dies poſt ſententiam elapſi fuerint, *l. 23. §. 1. de cond. indeb. c. 13. & c. 15. x. h. t.*

§. 170. Sententia eſt pronuntiatio judicis rite inter controvertentes facta cauſæ controverſæ deciſionem continens *arg. l. 1. h. l. 13. §. 2. l. 19. §. 1. rec. arbitr.* Dico: *Deciſionem.* Rationes decidendi addere, neceſſe non eſt. *l. 59. pr. h. t. l. 37. excuſ. tut. c. 19. x. h.* Dividiturque in *interlocutionem*, ſive ſententiam *interlocutoriam*, & ſententiam in ſpecie dictam, ſive ſententiam *definitivam*. Interlocutoria eſt, qua articulus aliquis acceſſorius & incidens: Definitiva qua ipſa cauſa principalis deciditur, *l. 1, l. 2, l. 19, ff. l. f. C. h. t.* Eſt & *Mixta*, quæ ita articulum incidentem decidit, ut ſimul cauſæ principali faciat præjudicium: verbi gratia, ſi deferat judex juramentum ſuppletorium vel deciſorium: aut fidejuſſori convento concedat ordinis beneficium. At interlocutoria *ſimplex* cauſam principalem non tangit, verbi gratia, quæ procuratori injungit, ut ſe debite ad acta legitimet, mandato

ſcilicet prolato. At Comminationes, programmata, ſubſcriptiones, epiſtolæ, ſententiis accenſendæ non ſunt, nec earum effectum habent, utpote cum absque jurium utriuſque partis cognitione proferantur. *t.t. Commin. epiſt. programm.*

§. 171. Ut rite feratur ſententia, requiruntur alia in Judice, alia in ipſa ſententia. In Judice, ut 1. ipſe eam proferat. *Nov.* 71. *c.* 1. Excipiuntur Illuſtres qui per miniſterium ſuum hoc peragere poſſunt *l.* 2. *C. de ſent. ex per. recit.* 2. pro tribunali ſedens. *Nov.* 82. *c.* 3. *vid. tamen* §. 2. *I. de libertin. Part.* 1. §. 86. 3. ex periculo ſive ſcripto, quo concepta eſt. *t.t. C. de ſent. ex peric. recit.* Ipſa autem ſententia, debet 1. eſſe juri conformis, non aperte contra leges lata. *pr. I. de off. jud.* 2. libello conformis. *l.* 18. *comm. div. l. f. C. de fid. libert.* intellige, & quod ad petendi cauſam, & quod ad rem ipſam petitam *vid.* Diſput. noſtr. *ad. l. Vinum.* §. 22. Add. §. 219. *n.* 3. *infr.* Porro ſententia debet eſſe 3. actis congrua; niſi propria ſcientia repugnet: vid. *Adm II.* 24. Diſſent. Winther. *Parth. litig.* 2. 8. *num.* 12. *ſeqq.* Denique 4. requiritur ut ſententia ſit certa § 32. *I. de act.* Amplia. etſi de eo quod intereſt agatur, ſecundum definitionem *l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod int. fer.* vid. Jul. a Beyma *de eo quod intereſt* §. 5. *pag.* 562. *ſeqq.* Limita 1. *quantum poſſibile. d.* §. 32. veluti id poſſibile non eſt in debitis generalibus & alte-

alternativis. §. 33. *l. de act.* add. Struv. *ff. h. t. th.* 5. Lim. 2. ut ſufficiat certitudo per relationem ad aliud. *arg.* §. 1. *I. de emt. vendit.* vid. Gilhauſen *arb. jud. c.* 8. *part.* 1. *n.* 7. *ſeqq.*

§. 172. Si plures ſint judices, qui ſententiam protulerint, pluralitas prævalet: at ſi ſententiæ pares fuerint, reus abſolvitur, aut in minorem ſummam ſententia comprehenſam condemnatur. *l.* 38. *pr.* & §. 1. *h. t. l.* 125. *l.* 128. *de R. J. l.* 47. *de O & A.* ſecundum calculum Minervæ, vid. Boecler. *diſſert. Acad. tom.* 1. *pag.* 200. & *ſeqq.* Gronov. *de L. Regia*, & ibi Barbeyrac. *in not. pag.* 32. *ſeq.* Ita in judicibus ordinariis. At ſecus eſt tum in delegatis, tum in arbitris compromiſſariis: quod ad illos enim, vota paria pendent a confirmatione delegantis, quod ad hos autem neutra valent. *l.* 28. *h. t. l.* 17. §. 6. *rec. arb. c. ult. x. h. t. Admon. I.* 226.

§. 173. Effectus ſententiæ ſunt varii. Veluti (1) Executio, a judice (non a victore, *l.* 176. *d. R. J.*) vel manu militari, vel captis pignoribus, vel miſſione in poſſeſſionem, peragenda. *d. l.* 15. §. 2. *ſeqq. h. t. l.* 68. *de R. V. l.* 1. *l. f. C. qui bon. ced. poſſ. l.* 1. *ff. quib. ex cauſ. in p.* Reincking *Bibliſch. Polic.* 2. *ax.* 54. Sciendum tamen eſt eſſe nonnullas perſonas, adverſus quas executio in ſolidum fieri nequit, propter beneficium competentiæ, quo gaudent: de quibus *vid.* 4. *aph.* 64. *Admon.* III. 50. & VI. 182. (2.) Quod

ſententia ſemel lata non poſſit revocari nec mutari *l. 14. l. 55. h. t. l. 2. C. de ſent. ex per. recit. l. f. §. f. C. de mod. mulctar.* Amplia 1. etſi alia inſtrumenta noviter fuerint reperta *l. 4. C. h. t. vide tamen l. 35. h. t. l. 31. de jurejur. l. 1. C. Si ex falſ. inſtrum. l. 20. ff. de exc. r. judic.* Amplia: ut idem obtineat in ſententia interlocutoria. *arg. l. 8. ff. de Public. in r. act.* Berger *ad Laut. ff. h. t. quæſt.* 3. Limita, ut eodem die judex ſupplere poſſit, quæ ad ſententiæ jam latæ conſectaria pertinent, veluti ſi uſuras, expenſas, aliasve acceſſiones ſententia omiſerit. *l. 42. h. junct. l. 3. C. de fruct. & lit. exp.* Limita porro, ut non tantum ſententia, ſed & res judicata, variis remediis poſſit impugnari: veluti reſtitutionis in integrum, de qua ſupra libro quarto: Item Appellationis de qua libro 49: aliiſque, de quibus vid. Wernher *Comp. jur. libr. 4. tit. 26.* Kreſſ, *ſpec. juriſpr. tit. 25. & ſeq.* Huc pertinet & ſupplicatio: de qua dixi *Irner. coit.* 50. (3.) Ut inter partes litigantes jus faciat, habeaturque pro veritate *l. 25. ff. de ſtat. homin. l. 207. de R. J.* puta quoad effectum. Quo ſenſu & accipiendum, quod Doctores aſſerunt, per ſententiam album fieri nigrum, & ex nigro eam facere album, & de ente non ens, & de non ente ens, &c. Jaſon. *ad l. Julianus ff. de cond. indeb.* vid. quæ dixi *de Jure Virginum.* §. 33. adde ſis tamen Vulteium 3. *de Judic. c. 12. n. 12. ſeqq.* Dixi *inter par-*

partes litigantes. Res enim inter alios acta aliis non nocet nec prodeſt *l. 63. h. t arg. l. 3. § 11. de pecul. junct. l. 1. §. 2. de pact. l. 2. C. quib. res judicat.* ita ſcilicet regulariter; aliquando enim id fallit *vid. d. l. 63. h. l. 6. §. 1. l. 8. §. pen. ff. de inoffic. teſtam l. 3. de pign. l. 3. de coll. deteg.* Struv. *ff. h. t. th. 22.* Adde ſis dicta *Sicilıment. manip. 1. n. 17.* (4.) Quod reſpectu ejus pro quo lata eſt, producat non tantum *exceptionem rei judicatæ. de qua infra lib. 44. tit. 2.* ſed & actionem, quæ *actio adicati* appellatur *l. 4. l. 6. h.* quæ quaſi ex contractu, lite ſcilicet conteſtata oriunda *l. 3. §. 11. pecul. l. f. C. uſur. rei indic.* adeoque ſemper heredi & in heredem datur *arg. l. 49 de O. & A.* unde & perpetua eſt: etſi principalis actio contrariis imbuta fuerit qualitatibus *l. 6. §. f. h. t.* Add. Eckolt. *ff. h. t §. 17. & ſeqq.* ubi & videbis hodie actionem dictam judicati raro frequentari, ſed inſtitui implorationem officii judicis pro executione facienda. Unde & vix obſervari ulterius meretur, quod actio hæc judicati intra quatuor menſes in cauſis pecuniariis (extra delicti cauſam. *arg. l. 37. in fin. de minorib. §. p. in fin. I. de pœn. tem. lit.*) quieſcat, ita ut nec uſuras intra hoc ſpatium damnati pendant, poſt illud centeſimas præſtaturi *l. f. C. de uſur. rei iud. Tempus enim* (inquit Huber. *h. poſ. 23*) *judicati faciendi ubique obſolevit.* add. Broidæus *ad Pollet. for. Rom. libr. 5. c. 15. & ſeq.*

T I T.

TIT. II.

De Confeſſis.

§. 174. Secundum Executioni locum faciens, eſt Confesſio in jure facta. Confeſſus enim pro judicato habetur, cum quodammodo ſua ſententia condemnetur *l. 1, h. t.* Unde ſequitur, condemnationi poſt Confesſionem locum non eſſe *l. 25. inf. ff. L. Aquil.* Oppon. *l. 3 ff. h. t.* Reſp. Accipienda eſt de Confesſione in judicio, id eſt, poſt litem conteſtatam facta, de qua enim re cognoverit judex, pronuntiare quoque cogendus eſt *l. 34. judic.* Habebit ergo talis confesſio vim probationis: veluti prior, vim ſententiæ. Aſt, ſi confesſio nec in jure ſit facta, nec in judicio: dicto effectu carebit. Operatur tamen ſemiplenam probationem *l. 58. §. ult. de ædilit. edict. c. ult. x. de ſucceſſ. ab inteſt.* unde tum juramento ſuppletorio ab adverſario præſtando locus erit. Immo aliquando & plenam, puta ſi adverſarius confesſionem illam acceptaverit *arg. l. 1. §. 2. pact.* qualis & ineſt inſtrumento deſuper confecto §. 11. & 16. *l. de inutil. ſtip.* Add. Muller. *ad Struv. h. th. 23. lit. d.* Ceterum limitatio notabilis occurrit *in Novell.* 48. de qua dixi *Irner. injur. vap. c.* 16. §. 1.

§. 175. Ex quibus patet, de judiciali hac confesſione accipiendum eſſe, quod vulgo jactant: Propriam confesſionem, eſſe optimam pro-

probationem. Alexand. *conſil.* 76. *n.* 4 *inf* Cravett. *conſ.* 310. *n.* 12. *& ſeqq.* Tuſc. 6. *concluſ.* 797. *n.* 4 aliique apud A. Matth. *de probat. c.* 1. *n.* 6. & Homfeld. *meditat. ad l.* 1. *h. t.* Quod ipſum tamen fallit in criminalibus, ubi inſuper conſtare debet de corpore delicti, *l.* 1. *§.* 24. *ad Silan.* *l.* 23. §. *ult. l.* 24. *l.* 25. *ff. ad L. Aquil.* A. Matth. *d. c.* 1. *n.* 4. ubi addit fatuam & inſulſam condemnationem ruſtici cujusdam, viduam a ſe occiſam confesſi, quæ tamen poſt biennium reverſa incolumis & hactenus illæſa *v.* Homfeld. *d. loc. pag.* 366. In delictis tamen facti *tranſeuntis*(quale eſt adulterium)corporis delicti inſtar præſtant indicia , immo & in delictis facti permanentis , ſed clam perpetrari ſoliti(quale eſt infanticidium) ſimile qui obtinet. vid. Carpzov. *crim. quæſt.* 16. *& quæſt.* 108. ubi & videbis pœnam, confitentibus, ubi de delicti corpore non conſtat, ultra relegationem aut fuſtigationem non infligi. Ita, inquam, res ſe habet, quod ad Confesſionem criminis Judicialem. At Extrajudicialis, indicium, etiam *propinquum*, facit ad torturam. Carpzov. *crim. quæſt.* 121. Add. §. 178. *infr. & Part.* 7. §. 122.

§. 176 Illud patet, in confitente requiri facultatem ſe onerandi, qualis deeſt infantibus, adeſt pupillis cum tutoris auctoritate, minoribus cum curatorum conſenſu, *l.* 6. §. 5. *h. t. l.* 24. *de minorib. l.* 3. *C. de reſt. in int. min.* ſalvo in

inte-

integrum reſtitutionis beneficio §. 33. *I. de act. Adm. I.* 214. add. Malcot. *ad l. 7. C. de j. & ſ. ignor.*

§. 177. Etiam hoc requiritur, ut confeſſio fiat adverſario præſente, *d. l.* 6. §. 3. aut ejus ſaltem procuratore, *arg. l.* 23. *C. proc. Etiam illud* (inquit Cujacius *parat. C. h. t.*) *requiritur, ut qui confitetur, non erret in facto: non etiam ut non erret in jure. l. 2. ff. h. nam ſi neſciens hæres quantum eſſet in bonis vel ære alieno, in iure confiteatur ſe debere legata integra & ἀφαλκιδίωτα (ut Theodorus loquitur) ex ſua confeſſione non tenetur. Si peritus facti, ignarus vero Legis Falcidiæ, ex ſua confeſſione tenetur.* Hæc ille. Ex his patet intellectus dictæ *l. 2. h. t.* ſcilicet, errantem in jure tum haberi pro confitente, cum errando confeſſus fuerit *in jure*, id eſt, coram Prætore. Male adeo ut hic textus a nonnullis trahatur ad ſolventem indebitum juris errore: quaſi hic ſcilicet pro *ſciente* habeatur *d. l.* 2. adeoque pro donante. *l.* 53. *ff. de R. J.* Cum tamen utique differant, ſolvere & confiteri: in jure coram majeſtate Prætoris agere, & abſque his eſſe. Add. *Adm. III.* 11.

§. 178. Denique eſt & Confesſio quædam Tacita aut Præſumta. Veluti ejus qui pecunia interveniente de crimine paciſcitur, *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *de his qui not. inf.* Vide tamen *l.* 18. *C. de tranſact.* Adm. *I.* 161. *n.* 1. Huc pertinet Fuga; ſaltem hactenus, ut faciat indicium *remotum* ad torturam. *P. H. O. artic.* 27. TIT.

TIT. III.

De Ceſſione bonorum.

§. 179. Tertio (*vid. ſupra* §. 168.) fit executio ob Ceſſionem Bonorum. Quæ eſt actus, quo debitores obærati omnia ſua bona creditoribus concedunt. Quo ipſo cum a carceris mala manſione *l.* 7. *ff. depoſ.* debitores ſe liberent *l.* 1. *C. h. t.* eſt ſane hactenus beneficium, ſed ſimul tamen flebile & miſerabile *d. l.* 1. *l.* 7. *l. ult. C. h.* cum omnibus bonis ita exuantur.

§. 180. *Obæratos* debitores requiſivi. Sed intellige *ſine fraude*, *l.* 37. *fin. de min. l. p. de jur. dot. l. f. de in jus voc.* Et ita ſupple generalius effatum *l. f.* §. 4. *C. de cuſtod. reor. arg. l.* 28. *ff. de legib.* Malitiis quippe hominum beneficium indulgendum non eſt, *l.* 38. *ff. de R. J.* Sed illis, qui per *vim Dei*, ut loquitur *l.* 25. §. 6. *locat.* fortunis ſuis ſpoliati ſunt, §. 39. *I. de action.* quod cuivis etiam diligentiſſimo patrifam. poteſt contingere, *l.* 11. §. 5. *de minor.* quo pertinent inundationes aquarum, incurſus hoſtium, *v. l.* 23. *ff. de R. J.* item incendia; etſi enim hæc plerumque culpa inhabitantium fiant, *l.* 3. §. 1. *de off. præf. vig.* non caſu fortuito, *l.* 30. §. *ult.* *ff.*

ff. loc. recte tamen aliquando caſibus fortuitis annumerantur reſpectu ejus qui culpa vacat, neque enim abſciſſe culpa inhabitantis ædes, aut fit, aut præſumitur incendium factum, *arg. l.* 51. *pro ſoc.* cum potuerit aliorum urbem inhabitantium aut culpa aut dolo eſſe exortum, aut & cœlitus immiſſum. Certe enim & damnum a tertio datum caſibus fortuitis accenſendum eſt *l.* 19. *commod. l.* 41. *locat.* Unde & ad hanc claſſem referendi qui aliorum fraudulentia & decoctione ſunt defraudati, *l.* 4. §. 7. *de adm. rer. ad civ.* vid. Wegner *de bancciruptor. cap.* 3. *junct. cap.* 1. *num.* 22. *ſeq.* Poteſt & ſine & culpa fieri decoctio: v. Wegner. *d. c.* 3. Si *dolo* fiat, ſolet *Banccíruptio* hodie cognominari. Feltman. *de Somno* 12. 14. Quod diſplicet Wegnero *d. c.* 1. qui bancci ruptionem ad *negotiatores* reſtringit & ad *non doloſos* negotiatores extendit, idque argumento etymi a *bancco* vel *banqua* deducti. Verum, veluti metonymia banci ab argentariis ſe notorie latius protendit ad negotiatores quoſcunque, ita nil impedit, quominus & ad aliorum menſas & bancos, id uſu volente extendatur & ad doloſos reſtringatur, *v. l.* 7. §. 2. *de ſupell. legat. junct. l.* 1. *in fin. de ventr. inſp.*

§. 181. Quibus autem Ceſſio hæc indulgetur, illi (1.) omnia ſua bona, adeoque quicquid

quid ipſos beat, *l.* 49. *de V. S.* etſi revocabiliter interim *arg. l.* 31. *de pignor.* cedere coguntur, nullo excepto; niſi quid ex miſericordia relinquatur, *l.* 6. *h. arg. l.* 105. *de ſolut.* Porto (2) cavere debent, ſaltem jurejurando aut nuda promiſſione *l.* 3. *C. de V. S.* ſe reliqua præſtaturos, ubi ad pinguiorem fortunam reverſi fuerint. *C. Odoardus. x. de ſolut.*

§. 182. Effectus talis Ceſſionis patet ex §. præc. Sed ſunt tamen & alii. Veluti, quod cedens non posſit ob iſta debita incarcerari, §. 179. *ſupr.* vid. *tamen Adm.* VII. 89. item, quod, etſi obligatus ad reſiduum maneat, *l.* 3. *C. de bon. auct.* [*ind. poſſ.* §. *ult. I. de act.* gaudeat in poſterum beneficio competentiæ, *d. l.* 3. *d.* §. *f. l.* 4. *ff. h.* interim fidejuſſoribus tamen, ſi creditoribus id ita viſum fuerit, conveniendis *arg. pr. I. d. fidejuſſ. junct. Nov.* 4. *cap.* 1. etſi enim in omnibus ſpeciebus liberationum etiam fidejuſſores liberentur *l.* 43. *de ſolut.* cesſio tamen ad liberationes non pertinet, utpote quæ debitum non tollit ſed minuit atque ſuſpendit. Sunt Doctores, qui inter effectus cesſionis & hunc numerant, quod Cesſio infamiam irroget, ſaltem Facti. Wegner. *de banccirupt. d. l. n.* 13. add. Piccard. *obſervat. decad.* 17. *cap.* 4. Sed eſt profecto, hæc ſententia omnino abſurda, cum Ceſ-

 ſio

ſio ob caſus fortuitos aliquando neceſſaria ſit: quæſo, cur infamiæ pœna ibi infligatur, ubi nullum occurrit delictum? At ubi non eſt ſcelus, ibi nec eſt infamia, *l.* 5. §. 1. *ff. de extr. cognit. l.* 2. *C. de dign.* Sed & adſunt textus, qui eos, qui bonis ceſſerunt, ab infamia liberos pronuntiant, *l.* 1. *& l.* 11. *C. ex quib. cauſ. infam. l. ult. C. h.* Nec obloquuntur *Novell* 135. *pr. &* §. 1. *I. quib. ex cauſ. manum. non lic.* Præterquam enim quod loquuntur de *pudore* duntaxat onerato, quod diverſum eſt ab *infamia*, *l.* 28. *de reb. auct jud. poſſ. l.* 10. *de his qui not. inf.* dico, eos de infamia non loqui, ſed de vita aliorum obtrectationibus obnoxia, ſecundum illud Juvenalis: *Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quam quod ridiculos homines facit.* Adeo *magnum pauperies opprobrium, quidvis jubet pati*: apud *Horat.* 3. *od.* 24. Vide ejus rei exemplum in Craſſo illo Divite apud *Valer. Max. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 12. *Roman.* conf. *Sueton. Dom. c.* 1. Ex quibus conſequitur & ille Ceſſionis effectus, quod Societas per eandem diſſolvatur, §. *pen. I. de Societat.* quo pertinet, quod *egeſtate* Societatem ſolvi, habes *l.* 4. §. 1. *pro ſoc.* quod limitandum, niſi talis ſocius nil niſi operas in Societate præſtet, quippe a quibus egeſtas non arcet, cum & hujus cauſa ſit probitas, *Q. Curt. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 20. Confer. Martial. 11 *epigramm.* 5.

§. 183.

§. 183. Ceſſat beneficium hoc Ceſſionis 1: Si quis bonam copiam ejuraverit; *ſecundum Novell.* 135. *cap.* 1. Verum hæc Novella nec Gloſſa eſt illuſtrata, nec ab Irnerio (vel quiſquis Authenticarum auctor eſt) ulla Authentica digna habita fuit. Unde nec in fori uſum deducta eſt, *vid. Irner. injur. vapul. coit.* 28. §. 8. Ceſſat 2. ſi debitor malit (fidejuſſione idonea oblata *l.* 4 *C. de precib. imper. off.*) reſcriptum moratorium (regulariter quinquennale) conſentientibus creditoribus, aut majore (quæ ex debiti quantitate dijudicatur) eorum parte, impetrare, *l. ult. C. h. t.* Ceſſat 3. in debito vectigalium, *l.* 2. *C. exact. trib.* Ceſſat. 4. in criminalibus; ubi qui non habet in ære, luit in pelle *l. p. de in jus voc. l.* 1. *§. f. de pœn.* v. Speckhahn. 1. *centur.* 40. Ceſſat 4. ſi quis eidem renuntiaverit, *arg. l. p. C. de pact.* vid. Alexander *ad l. quia tale. §. eleganter. ff. ſolut. matr.* Ceſſat (6.) illis in locis ubi receptus eſt carcer debitorum obæratorum: de quo Hahn. *ad Weſ. h. t. n. ult in fin.*

TIT. IV.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

§. 184. **R**eſtat Quartum; de quo ſupra §. 168. ſcilicet itio in bonorum debitoris poſſeſſionem. Hæc locum habet, cum de-

bitore latitante aut ſaltem abſente & non defendente ſe *l. 6. §. f. l. 7. l. 13. h. t.* a Judice vel Magiſtratu, ad præviam cauſæ ſummariam cognitionem & creditoris petitionem, miſſio decreta eſt, l. 7. §. 1. *h. t. arg. l. 23. quod met. cauſ. l. 176. de R. J.*

§. 185. Fit hæc miſſio in omnia debitoris bona, *l. 1. ff. h. t.* (non obſtante *Nov. 53. c. 4. §. 1. ff. h. t.* dixi *libr. 3. aphor.* 48.) qualis miſſio obtinet & in cauſa legatorum, & ventris nomine, de quibus ſupra. *Adm. V.* 184. *& VI.* 30. Aliud tamen cautum eſt Jure Canonico: *c. ult. in fin. x. ut lite non conteſtat.* & Moribus, ut miſſio ſcilicet fiat duntaxat pro menſura debiti. Unde tamen non ſequitur, ceſſare hodie quod miſſio proſit etiam Creditoribus aliis non miſſis, ſi modo impenſas miſſionis, cujus ſe participes fieri petunt, pro rata refundant, *l. ult. C. de bon. auct. jud. poſſ.*

§. 186. Miſſionem hanc, ut dixi, decernit Judex. Ubi notandum eſt, Decretum heic occurrere duplex. Primum, inquam, & Secundum.

§. 187. Et quidem Primum Decretum non dat, niſi Poſſeſſionem Prætoriam; heic conſiſtentem in Cuſtodia & Pignore Prætorio, *l. 6. C. h. l. 26. ff. de pign. act. t. t. C. de Pign. Prætor.* adeo ut miſſus Creditor ne fructus quidem

poſſit

poſſit conſumere, etſi eosdem ſorti velit imputare, *l. 7. f, h. l. 4. §. 22. ut in poſſeſſ. legat.* Unde & admittitur in bona pupillorum non dolo (de quo conſtet,) latitantium, *l. 2. pr. §. 1. l. 3. l. 7. §. 10. ſeqq. h. arg. l. 15. §. 27. 29. damn. inf.* immo datur & creditori conditionali *l. 6. h. t.* quod ſecus eſt quod ad Secundum Decretum *l. p. §. f. h.* conf. *l. 6. §. 1. l. 7. §. 1. h. t* hoc ſiquidem majoris præjudicii eſt, ut mox §. ſeq. apparebit.

T I T. V.

De rebus auctoritate judicis poſſidendis ſeu vendendis.

§. 188. Secundum Decretum, quod vel Rubrica hujus tituli indicat, dat Creditori jus *vendendi.* Enimvero ſi Creditor ex Primo Decreto in bona debitoris ſui immiſſus, per longius tempus (Jure Canonico, annale, *c. f. x ut lit. non conteſt.*) eis inhæſerit, judex, creditore petente, ſecundo Decreto poteſtatem bona Debitoris diſtrahendi impertit, *l. 9. l. ult. C. h. t.*

§. 189. Diſtractionem hanc Creditor peraget publica auctione, idque in loco ubi Debitoris defenſio ſuſcipienda fuiſſet, in loco ſcilicet, ubi conveniri debet, *l. 1. ſeqq. h.* Ubi

ſingulare ipſius Creditoris diſtrahentis, & poſt eum cognationis, privilegium apparet: quod ſi idem ſcilicet, quod alius emtor, pretium offerat, præferendus ſit, *l. 16. ff. h. t.* Ut & hic exemplum ſit Juris Protimeſeos Legalis: cujus alias & ex Jure Sanguinis (qui Retractus Gentilitius audit) tum & ex Jure Vicinitatis & Societatis, ſpecies, exhibet *lib. 5. Feudor. tit.* 13. 14. *&* 15. Aliam petere licet ex *l. f. C. de jur. emphyt.*

§. 190. Nec his obloquitur, quod aliam Decreti hujus indolem ſupra §. 105. exhibui. Agitur ibi quippe de Damno infecto: a quo ad debita exigenda & impetranda, non eſt conſequentia, *l. f. de calumniat.* cum illic agatur de ſecuritate damni, quod metuitur, paranda, quam ipſius domus dominium optime præſtat: hic autem de pecunia quærenda, quam unde habeas, modo honeſte, perinde eſt.

§. 191. Neque tamen Creditor omnem ex diſtractione bonorum Debitoris redactam pecuniæ vim ſibi ſoli retinet, ſed id quod creditum ſuum excedit (*hyperocham*, vocat Tryphoninus *l. 20. ff qui. pot. in pign.*) debitori reſtituit, *l. 6. h. arg. l. 14. cond. ind.* Immo ſi plures Creditores concurrant, & omnibus ſatisfieri non poſſit, præferendi illi ſunt, qui potiori jure gaudent. Non tantum illi, inquam, qui potiores ſunt in pignore (de quibus agitur *lib.*

20. *ff*

20. *ff. tit.* 4.) ſed & qui aliis Privilegiis atque protropraxia (ut eſt apud Plinium 10. *epiſt.* 109 gaudent. Unde & in Editione Pandectarum Vulgata & Haloandrina, ante Legem 16 *ff. h. t.* conſpicitur Rubrica ſequens: *De Privilegiis Creditorum.*

§. 192. Hæc *Creditorum Privilegia* ſecundum quinque Creditorum Claſſes ſolent collocari. Dixi: *Creditorum.* Nam qui inter Debitoris bona res ſuas deprehendunt, itaque vindicant, illi proprie Creditores non ſunt: Sed res ſuas a bonis Debitoris ſeparando, ſibi ſolis easdem retinent. Jure ſcilicet dominii, quod ipſis actionem in rem adverſus quemcunque poſſeſſorem largitur. Exemplum notabile eſt in venditore: cui de pretio ſatisfactum non eſt, ne quidem fide de pretio habita: quo caſu cum dominium a venditore non receſſerit, vindicabit rem ſuam, neque Creditoribus concurrentibus permittere eam cogetur §. 41 *I. de R. D. arg. l.* 19. *de contr. emt.* Buſ. *ad l.* 16. *de contr. emt. n.* 5. Eadem ratio eſt venditoris, dominium rei venditæ, uſque dum de pretio ipſi ſatisfiat, ſibi reſervantis: ceu facere poteſt. *l.* 48. *de pact. l.* 21. *C. mand.* Lauterbach. *comp. p.* 323. Eadem ratio eſt mulieris, quæ res ſuas dotales aut paraphernales, adhuc exſtantes, e bonis obærati ſui mariti repetit: eſt quippe earum rerum domina. Eadem ratio eſt liberorum, quod ad

ad bona adventitia apud patrem exiſtentia. Eadem ratio eſt & deponentis, etiam in depoſito irregulari adhuc exſtante: nam & tum erit ante privilegia, *l.* 24. §. 2. *de reb. auct. jud. poſſ* jure ſcilicet dominii. Eadem ratio eſt Commodantis, & dominorum aliorum. *v. l.* 3. *C. ne ux. pro mar.*

§. 193. Claſſis Prima Creditorum complectitur illos, quos ſingulari privilegio Lex inſtruxit ante ipſas hypothecas: quos *privilegiatiſſimos* cognominare poſſes. Quales ſunt (1) qui in funus impenderunt, *l.* 14. §. 1. *l. p. ff. de relig. arg. l.* 43. *eod. l.* 17. *de reb. auct. jud. poſſ. l. f. §. in computatione, C. de jur. delib. vid. Admon. III.* 37. Quod nonnulli extendunt ad ultimi morbi impendia, *vid.* A. Matthæ *de judic. diſput.* 14. *th.* 8. Dubio procul autem illuc pertinent impenſæ peregre mortui, ut perferretur *l.* 4. §. 4. *h. t.* Unde & ſi quid mercatores ex mercibus ſuis funeris cauſa crediderunt. Carpzov. 1. *conſt.* 28. *def.* 1. Menoch. 3. *arb. jud. quæſt.* 107. *n* 12. Brunneman *concurſ. cred. c.* 4. §. 14. Chemnit. *de iur. prælat. credit. th.* 47. arbitrio judicis plurimum hic obtinente. Carpzov. *d. l. def.* 42. Berlich, 1. *concl.* 14. *n.* 91. Quibus convenienter Facultas Juridica me referente vinum in funere Viri nobilis conſumtum in hunc locum redegit. Debent enim defuncti dignitas & facultates ſpectari *l.* 12. §. 5. *l.* 14. §. 6. *de relig.*
vid.

vid. Jacob. Coren. *obſervation.* 38. *num.* 40. *ſeq.* Hoyer. *de iur. ſepultur. aph.* 11. *& ſeq.* (2.) Huc pertinent ſumtus judiciales, ad proſcriptionem diſtractionemque bonorum, communemque concurſus uſum facti: item in confectionem inventarii, aliosque uſus hereditarios, *d. l. ult. §. in computatione. C. iur. del. l.* 8. *depoſ. l.* 72. *L. Falcid. l.* 19. *§. f. Trebell.* A. Matth. *d. l. th.* 7. *&* 1. *de auctionib.* 12. *n.* 1. Mev. 3. *deciſ.* 353. *&* 6: *deciſ.* 83. Brunneman. 5. *deciſ.* 12. *in f. & tract. de concurſ. creditor, cap.* 1. *n.* 12. Quibus convenienter Facultas Juridica, me referente, ſumtus a Judice & Aſſeſſoribus in diverſorio pagi, ad quem illi ex urbe concurſus promovendi ergo profecti erant, factos, hoc loco collocavit. Adhuc (3.) ex conſuetudine (alias nemini hic judex protopraxiam indulgebit. *arg. l.* 19. *C. de SS. Eccles.* Trajanus *apud Plin.* 10. *epiſt.* 110.) quorundam locorum huc pertinent Cauſæ Piæ, & Alimentorum. Berlich. 1. *concl.* 20. *n.* 7. Struv. *ff. h. th.* 56. Esbach, *ad Carp.* 128. *def.* 152. Vid. tamen Mev. 3. *ad Jus Lubec.* 1. *art.* 12. *n.* 44. Brunnem: *conc. c.* 5. *n.* 18. Item, Mercedes famulorum, juxta illud apud Reinkingk. 2. *Bibl. Polic.* 63.

Clamitat in cœlis vox ſanguinis, & Sodomorum,
Vox oppreſſorum, merces detenta laborum.

§. 194. Secunda Claſſis continet illos, qui

hypotheca ſimul & privilegio gaudent. In his (1.) collocandus eſt Fiſcus ratione cauſæ primipilaris, id eſt, annonæ militaris, *l.* 3. *l. ult. C. de primip. l.* 4. *C. in quib. cauſ. pign. tac.* vid. Alciat. *ad libr.* 12. *Cod. tit.* 63. Panciroll. *not. dign. c.* 20. nec non tributorum, *l.* 1. *C. ſi propt. publ. penſitat.* (2) Creditor emtæ pignoratæque ſibi militiæ, *Nov.* 97. *c.* 3. quæ cum apud Romanos eſſet in commercio, *l.* 102. §. 1. *leg.* 3. Briſſon: *lexic. in militia.* ſequitur, non poſſe id ad dignitates hodiernas, ex. gr. Doctoratus, applicari. §. 6. *I. de J. N. G. & C.* (3.) Mulier ratione dotis, *d. Nov.* 97. *c.* 4. *l. ult. C. qui pot. in pign.* eaque defuncta, ejusdem liberi. *d. l. ult. §. exceptis. Nov.* 91. *præf. & cap.* 1. Amplia, etſi Creditores anteriores expreſſam habeant hypothecam. *l.* 12. *C. qui pot. in pign. l.* 30 *C. de iur. dot.* §. 29. *I. de act. Nov.* 97. *c.* 2. & *ſeq. auth. quo iure. C. qui pot. in pign. iunct. l.* 5. *ff.* & *l.* 7. *C. d. t.* Tileman. *ad Haned. ex.* 26. *q.* 1. Harprecht. *ad* §. 29. *I. de act. n.* 7. *ſeqq.* Fachin, 10. *c.* 35. & 3. *c.* 99. Pape *ad* 2. *conſil. JC. Bat.* 79. Non tamen id extendendum ad donationes propter nuptias aut paraphernales *l. f. C. de pact. conv. l.* 12. §. 2. *C. qui potior. in pign. arg. Plin.* 10. *epiſtol.* 110. Sed nec ad uxorem putativam: immo nec ad ſponſam, etſi de præſenti, *arg.* §. 6. *I. de iur. nat.* (4) Quartum, in hac Secunda Claſſe locum occupant quatuor

tuor ſequentes: nimirum 1. qui ad reſtitutionem inſulæ ſive ædificii crediderunt, *l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. tac.* 2. qui ad comparandam conſervandamve rem crediderunt, pignusque in ea ſibi pacti ſunt, *l. 5. l. 6. ff. l. 6. C. qui pot. in pign.* 3. pupilli, quorum pecunia res per extraneum emta eſt, *l. 7. pr. ff. qui pot. in pign.* 4. qui ſua pecunia ab hoſte quem redemerunt, *l. 2. C. de poſtlim. reverſ.* Qui quatuor (priores enim tres his ipſis quatuor præferuntur) ſi concurrant, utentur Regula: Qui prior eſt tempore, potior eſt jure, *l. 7. ff. qui pot.* Nam privilegiatus contra æque privilegiatum, non utitur ſuo privilegio, *l. 11. §. pen. de min. l. 8. pr. de excuſat. l. 12. §. 1. in f. C. qui pot. in pign.* Matth. *de iudic. diſp. 14. th. 10. ſeqq.* Denique (5.) huc pertinet Fiſcus in rebus poſt contractum cum debitore ſuo initum per hunc acquiſitis, *l. 28. ff. de iur. fiſc.* in aliis non *l. f. ff. qui pot. in pign.* (5.) venditor ad pretium uſque ſolutum pignus ſibi pactus *arg. l. 2. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 48. pact.* (7.) Dominus reditum ex fundo, huic inhærentem exigens *l. 15. ff. qui pot.*

§. 195. Tertiam Claſſem occupant Hypothecarii, qui hypothecam habent, ſed abſque privilegio: Inter quos obſervanda eſt Regula: *Qui prior eſt tempore, potior eſt jure. l. 2. l. 11. l. 12. §. 2. ff. qui pot. in pign. l. 2. l. 4. l. 6. ſeqq. C. eod. l. 15. C. de pign. & hyp.* Quam Regulam

am-

amplia (1) ut locum habeat, etiam reſpectu unius momenti, *arg.* §. 3. *I. de vulg. ſubſt. l.* 8. *ff. de Publician. iunct. arg. l.* 11. *l.* 54. *R. J.* Opp. *l.* 16. §. 8. *de pign.* ex quo elicitur Regula: Ea quæ eodem die geſta ſunt, cenſeri quaſi ſimul geſta. Reſp. hanc Regulam limitandam eſſe, niſi de diverſitate ipſorum quoque momentorum conſtet, *dd. ll.* quæ cum regulariter inſtrumentis obligationum inſeri non ſoleant, claret, dictum textum l. 16. §. 8. accommodatum eſſe ad id quod plerumque fieri ſolet. *arg. l.* 3. *ſeqq. de legib.* Alii reſpondent: ante illa: *ſi eodem die.* quæ ſunt in *d. l.* 16. §. 8. ſubaudiendum eſſe: *&*, vel *etiam*: Nec enim negari poteſt, hanc ellipſin alibi uſu venire; vid. Diſp. noſtr. *ad l. Vinum. theſ.* 17. (2) Ut eandem Regulam ſequi teneantur pupilli & minores, reſpectu hypothecæ tacitæ, quam in bonis ſuorum habent tutorum & curatorum: etſi enim habeant privilegium inter (nunc & ante) perſonales ſive chirographarios creditores *l.* 19. *ff. de reb. auth. iud. poſſ.* immo etſi & hypothecam habeant tacitam, non habent tamen privilegium cum hypotheca. v. Matth. *de auctionib. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 47. De Protutela *vid.* §. 197. *in fin. inf.* (3.) Ut idem ſit in fiſco, *l.* 8. *l. ult qui pot. in pign. l.* 22. §. 1. *l.* 28. *i. fiſc. l.* 2. *C. privil. fiſc.* Intellige, 1. extra caſus, quibus fiſcus privilegium habet; juxta quod, ut vidimus in Claſſe Secunda collocatur.

2. Ut

2. Ut hypotheca hac fiſcus gaudeat, extra quam ſi pœnam perſequatur, tum enim in Claſſe ultima collocabitur ultimus, *l. 17. de jur. fiſc.* & ita limita regulam: *Fiſcus ſemper habet jus pignoris. l. 46. §. 3. eod.* (4.) Etſi prius debitum in diem, aut ſub conditione, quæ poſtea exſtitit, contractum ſit: poſterius pure. *arg. l. 213. de V. S. l. 11. §. 1. qui. pot in pign.* (5) Ut etiam hypotheca generalis præferatur poſteriori ſpeciali, *l. 2. ff. l 6. C. qui pot. in pign.* Nunc etiam prædictam Regulam limita (1) Ut locum non habeat in Pignore Prætorio *Admon. IV. 5. & VI. 185.* quod ſcilicet a Judiciali diſtingues, utpote in quo dictæ Regulæ omnino locus eſt, *l. 12. l. f. C. de reb. auct. iud. poſſ. l. 10. ff. qui pot. in pign.* (2) Ut fallat, quando poſterior hypotheca publico, aut a tribus ſaltem teſtibus ſubſcripto, inſtrumento comprehenſa eſt, quod anteriori hypothecæ deſit, *l. 11. C. qui pot. in pign.* (3) Ut ceſſet quod ad Creditorem anteriorem, qui ſimul ſpecialem hypothecam habeat generali adnexam: hic enim generalem, ſi ex ſpeciali ſuum conſequi poſſit, poſteriori creditori permittet, *l. 2. C. de pignor. & hyp.* (4.) Ut poſterior Creditor præferatur, quando præcedenti alicui ſolvendo, in ejusdem locum ſucceſſit, *Adm.* IV. 28. (5) Ut ceſſet Regula quando primus Creditor ſuum diſſimulando debitum, ſecundo Creditori ut crederet frau-

du-

dulentus auctor fuit, *arg. Auth. contra qui propriaſ. C. de non. num. pec. Auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign.* (6) Si fundo vendito poſterior pretio manum injiciat, & priori ex reliquis poſſit ſatisfieri. *l.* 48. §. *ult. de furt. junct. l.* 1. *de diſtr. pign. l. f. C. quæ res pig. obl. poſſ.* Matth. 1. *de auction. c.* 19. *n.* 86. *ſeqq.*

§. 196. Ceterum prioritas non ex contractus principalis, ſed hypothecæ conſtitutæ tempore, æſtimanda eſt, *l.* 11. *l.* 12. §. 2. *qui potior. in pign.* Sed quid ſi Hypothecæ pares tempore ſint? Erunt & pares jure, adeoque æqualiter inter ſe pignus divident, *l.* 7. *pr.* §. 1. *qui pot. l.* 16. §. 8. *de pign.* quod limita niſi alter in poſſeſſione prævenerit. *arg. l.* 128. *de R. J.* Matthæ. *de Judic. diſp.* 14. *th.* 42. *ſeqq.*

§. 197. Succedit Claſſis Quarta Chirographariorum ſive Perſonalium, ſed qui ſimul privilegio prælationis inſtructi ſunt: veluti (1) qui ad certam rem comparandam vel reficiendam (extra ædes) crediderunt, nec de pignore ſibi proſpexerunt, *l.* 26. *l.* 34. *h. t. l.* 17. *C. pignor.* Ædes excepi; quia id creditum pertinet ad Claſſem Secundam, ut vidimus §. 194. Sed an non & navis refectionem excipimus? Leges hanc exceptionem neſciunt. Dixi *Part.* 4. §. 20. *ſupr.* (2) Reſpublica *l.* 38. §. 1. *h. l.* 2. *C. de jur. reip.* (3) Sponſa quæ dotem

tem prorogavit ſponſo *l.* 17. §. 1. *h. t. l.* 74. *de jur. dot.* (4.) Deponens, ratione depoſiti non amplius exſtantis *l.* 24. §. 2. *h. l.* 7. §. 2. *l.* 8. *depoſ.* qui tamen textus inter ſe juncti de ſolis menſulariis debitoribus loquuntur: pætereaque tali depoſito ultimum in hac Quarta Claſſe locum aſſignant. Conf. Wiſſenb. *ff. h. t. th.* 9. Aliter adhuc Pichardus *ad* §. 20. *I. de actionib. ad Jul. Paul.* §. 41. *ſeqq.* Accipe ſis & aliam explicationem. Enimvero, cum dicta l. 24. §. 2. ſit in Sexta Pandectarum Parte, prævalebit utique d. l. 7. depoſ. utpote quæ eſt in Parte Tertia. Certe hæc ratio & methodus Juris docendi ad Anteceſſores a Juſtiniano perſcripta eſt *Conſtitut. Omnem* §. 3. vid. 1. *aphor.* 2. *in fin. & Admon. Part.* 2. §. 100. Ut ſecundum *d. l.* 7. §. 2. *depoſ.* tali depoſito non ultimus, quod vult *d. l.* 24. . 2. ſed primus locus in hac claſſe ſit dandus. Cum autem reliquis locus aſſignatus nullus ſit, inter ſe pariter concurrent, cum (ut jam ſupra dixi) privilegiatus contra æque privilegiatum non utatur ſuo privilegio. Sunt Doctores qui (5) ad hanc Claſſem referunt Præceptores, Procuratores, Advocatos, &c. Brunnem. *de concurſ. credit. cap.* 5. *n.* 64. Struv. *ff. h. t. th.* 56. quod uti de conſuetudine quorundam locorum intelligendum, ita ſecundum eandem id limitandum eſt, niſi Præceptores ſint domeſtici, utpote

qui

qui ad Claſſem pertinent Primam. vid. §. 193. *fin.* Stryck. *ad Brunn. d.* §. 64. Denique (6) huc pertinent ii qui pecunia ſoluta in privilegiatorum locum pervenerunt *l.* 2. *ceſſ. bon. l.* 24. § *f. h. t.* Adde (7.) *l.* 19. §. 1. *h. t.* de quo vid. ſupr. *Part.* 4. §. 165. *fin.* ubi de Protutore.

§. 198. Reſtat Quinta eademque ultima Creditorum Claſſis, in qua ſunt nudi Perſonales ſive meri Chirographarii: nullo ſcilicet privilegio, nulla itidem hypotheca inſtructi. In quibus nulla obtinet temporis prærogativa. *l.* 32. *h. t.* ſed Regula: Ut debitoris bona reliqua inter ſe ſecundum proportionem geometricam diſtribuant *l.* 6. *C. de bon. auct. judic. poſſ.* Excipe 1. niſi quis anteriori ſolverit, *vid. ſupr.* §. 195. *limit.* 4. *&* §. 197. *n.* 6. add. Matth. *de iudic. diſp.* 14. *th.* 52. *ſeqq.* Excipe 2. Fiſcum, quoad pœnas: qui omnibus poſtponitur *l.* 17. *de iur. fiſc.*

§. 199. Adhuc ſciendum eſt, eodem loco quem collocari ratione uſurarum, quo poſitus eſt reſpectu ſortis *l.* 18. *qui pot. in pign.* Quod moribus non ubique ſervatur *vid.* Struv. *&* Muller. *ff. h. t. th.* 58. Esbach. *ad Carpzov.* 1. *conſt.* 28. *deciſ.* 160. *ſeq.* Homfeld. *medit. theor. pract. ad d. l.* 18.

§. 200. Ceterum, ut Miſſio ex Secundo Decreto effectus ſuos Diſtractionis & Prælatio-

tionis melius conſequi poſſit, obſervanda adhuc Creditoribus ſunt adjutoria tria: 1. Separationis. 2. Dandi bonorum Curatoris. 3. Revocationis eorum, quæ in fraudem Creditorum alienata ſunt.

TIT. VI.

De Separationibus.

§. 201. Separatio hic eſt diverſorum antea patrimoniorum, debitoris ſcilicet & heredis, ad eandem nunc heredis perſonam pertinentium, judicis auctoritate, cauſa cognita, facta diſtinctio, ut creditoribus hereditariis ex patrimonio defuncti debitoris, ante heredis creditores ſatisfiat.

§. 202. Cauſa efficiens ejus eſt Prætor *l. 2. C. de bon. auct. jud. poſſ.* qui, uti æquitatem alibi ſectatur, ita & hac in parte *remedio indemnitatis* (uti vocatur in *l. 2. C. de bon. auctor. jud.*) creditoribus defuncti ſuccurrendum eſſe, arbitratus eſt. Cum enim omnis contrahens reſpicere cenſeatur conditionem ejus cum quo contrahit, non tertii *l. 19. ff. de R. J.* iniquum ſane foret, ſi tertius aliquis jus Creditoris in contrahendo non culpoſi poſſit intervertere. Sume caſum: Mævius Titio decem millia in bonis habenti mutuos dat quingentos aureos ſine hypotheca: Tum moritur Titius relicto

herede Sempronio, qui Caii ſub hypotheca omnium bonorum, viginti mille aureorum debitor eſt: cum ipſius Sempronii patrimonium vix ad mille exſurgat. Ecce, hoc caſu cum Mævius non reſpexerit Sempronium, ſed ſolum Titium, cujus patrimonium Mævio ſufficiens omnino erat; iniquum ſane foret, per Sempronium ipſi quingentorum aureorum optime apud Titium collocatorum damnum infligi. Etſi enim Titii Semproniique patrimonium confuſum ſit, atque in unam patrimonii nunc Semproniani maſſam coierit. *l.* 10. §. 2. *vulg. ſubſt.* æquitas tamen vult, ut creditori unicuique proſpiciatur ex patrimonio, in quod tacite conſenſerunt: unde Titii bona a Sempronii bonis ſeparari debere, donec Mævio ex iſtis ſatisfiat, Prætor æquitati congruum eſſe cenſuit.

§. 203. Conceditur Separatio Creditoribus, quibus ex quacunque cauſa aliquid debetur, ut exigi quandoque poſſit *l.* 2. *C. de bon. auct. jud. poſſ. l.* 1. §. 1. *ff. h. junct. l.* 1. §. 1. *ff. de leg. praſt.* vid Eckold. *ff. h. t.* §. 4. 5. & 6. & Struv. *ff. h. theſ.* 60. & *ſeqq.* Quibus tamen in eo aſſentiri nequeo, quod creditoribus hypothecariis, Separationis hoc beneficium utile eſſe negant eo quod ſinguli jure pignoris quod habent, ſint priores *l.* 2. *ff. l.* 9. *C. qui pot. in pign.* Quid enim ſi Creditores hereditarii non tantum hypohecam,

ſed

ſed & privilegium prælationis habeant? Quid, ſi, ex. gr. famuli mercedem, uxor dotem petat? vid. Hahn. *ad Weſenb. ff. h. t.* Schilter. *ff. h. t.* §. 45. Stryck. *ad Brunneman. de concurſ. cred. cap.* 5, §. 12. Non autem datur hoc Separationis beneficium ipſi heredi: utpote qui, ſi quid damni ex aditione hereditatis ſenſit, ſolari ſe debet Regula: *damnum quod quis culpa ſua ſentit, ſentire non videtur.* Nec competet heredis Creditoribus: utpote cum quoad hos, debitoris perſona non mutetur: at hujus indolem ignorare non debuerunt, ſed inquirere an prudens ſit in adeundis herditatibus, an bona fide cum Creditoribus ſuis agat? tum & reſpiciendo ad patrimonium Debitoris, quo cum contrahimus, intelligimus patrimonium integrum, etiam futurum. Ut æquitas, de qua §. *præc.* quoad heredis Creditores ceſſet. S*ibi* ergo *imputent, qui cum tali contraxerunt*, ait *l.* 1. §. 5. *ff. h. t.* Ubi & temperamentum ſubjicitur: *niſi ſi extra ordinem putamus prætorem adverſus calliditatem ejus* (qui in fraudem Creditorum adiit hereditatem) *ſubvenire, qui talem fraudem commentus eſt, quod non facile admiſſum eſt. Admiſſum tamen, eoque jure utimur*, inquit Schilter *ff. h.* §. 44.

§. 204. Perſonæ adverſus quas auxilium hoc conceditur, ſunt *Creditores heredis*, qui in defuncti debitoris locum ſucceſſit, & *non*

ſolvendo eſt: *l. 7. in fin. C. eod. l.* 1. §. 1 *ff. h. t.* & *l. 6. pr. ff. eod.* Quam qualitatem, heredem ſcilicet non eſſe ſolvendo, Separationem poſtulantes probare debent *l. 6. C. de her. act.* Solvendo autem nemo eſſe intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſolvere *l.* 114. *ff. de V. S.* Probari id autem poteſt etiam ſummaria demonſtratione per conjecturas & præſumtiones probabiles: veluti, debitorem nulla amplius poſſidere immobilia, vel adeo pauca, ut non æquivaleant debito, quo eſt obligatus creditori: aut debitorem negotiis intricatis & difficilibus ſe immiſcuiſſe, ex quibus facile facultatibus labi, & non ſolvendo fieri poſſit: & quæ ſimiles ſunt conjecturæ judicis arbitrio relinquendæ. Carpzov. 5. *reſponſ.* 5. *numer.* 10. *ſeq.* Separationis hoc remedium etiam contra Fiſcum & municipes datur *l.* 1. §. 4. *ff. h. t.* Sed an non & contra heredem huic beneficio locus erit? Aff. per *l.* 1. §. 15. & *l. ult. ff. h.*

§. 205. Objectum conſtituunt bona hereditaria omnia, quæ cum heredis bonis per hereditatis aditionem ipſo jure confuſa ſunt. *l.* 10. §. 2. *vulg. & pupill. ſubſt.* Vid. tamen *l.* 1. §. 12. *ff. h. & l.* 2. *h. l. p. de ſolut. l. f. C. j. del.* & §. 207. *n.* 3. *infr.*

§. 206. Effectus in eo conſiſtit, quod patrimoniis heredis & defuncti ita ſeparatis atque diſtinctis, Creditores hereditarii ex defuncti patrimonio, heredis vero Creditores ex hujus

patrimonio ſatisfactionem ſuam conſequantur, adeo ut nec heredis creditores, ad defuncti patrimonium pervenire poſſint, (niſi exſolutis primiter omnibus creditis hereditaris, ſi ex defuncti bonis aliquid ſuperſit) nec defuncti hujus Creditores, ſi iis defuncti bona non ſuffecerint, ad heredis bona regreſſum habere poſſint, cum ſibi debeant imputare ſuam facilitatem, ſi, cum eſſent bona idonea heredis, illi maluerint potius bona ſibi defuncti ſeparari *l.* 1. §. 17. *h.* adeo ut nec proteſtatio de reſervandis ſibi in eventum & ſubſidium heredis bonis, hic quicquam operetur *d. l.* 11. §. 17. ut adeo cautela Brunnemanni *ad l.* 1. *ff. h. t. num.* 30. quam creditoribus hereditariis ſuggerit de reſervatione & proteſtatione poſtulationi hujus remedii adjicienda, nullius hactenus effectus ſit. Plane ex capite juſtiſſimæ ignorantiæ & hic reſtitutioni in integrum locus erit. *Adm. I.* 221. vid. Schilter. *ff. h. th.* 43. *d. l.* 1. §. 17. *in fin.* ſecundum quæ intellige *l.* 3 §. *f. ff. h.*

§. 207. Contraria huic Separationis remedio ſunt 1. Si Creditores hereditarii heredem ſecuti ſint. *l.* 1. §. 16. *h. t.* ex. gr. novatione cum herede interpoſita, fidejuſſoribus aut pignoribus aut uſuris ab eo acceptis *l.* 1. §. 10. 11. 15. 19 *ff h. t.* (ut tamen novatio aut renuntiatio non præſumatur. Brunneman. 4. *deciſ.* 42. *num.* 6) non vero litis conteſtatione *l. f. ff. h. t.* quippe quæ acto-

ris conditionem deteriorem reddere non ſolet. *l.* 86. *ſeq. ff. de R. J. Adm. II,* 5. Ceſſat 2. Separatio, ſi intra quinquennium a die hereditatis aditæ impetrata non fuerit. *l.* 1. §. 13. *h.* quod tempus tam diu obſervandum erit, donec ſtatutis moribusve abolitum eſſe probetur. vid. Schilter. *ff. h.* §. 49. Leeuwen. *Cenſur. forenſ. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *in fin.* quod cum in Clivia factum eſſe, in Actis Reeſa ad me & Dn. Richard. Raesfeldium JC. & Judicem tranſmiſſis, non probaretur, in ſententia concipienda rationibusque decidendi, Jus Civile ſecuti ſumus, non attento, quod de contrariis Marchiæ Brandenburgenſis & Pomeraniæ ſtatutis aut moribus, teſtentur Richter. *de privileg. credit. c.* 1. *n.* 76. Schilter. *d.* §. 49. Hahn. *ad Weſ. h. t. num.* 4. *in fin. f.* Mev. 1. *deciſ.* 245. Leeuwen. *Cenſur. for. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *in fin.* ubi tamen monet, reſtitutioni in integum, ſi res adhuc ſit integra & novatio non interceſſerit, facilius locum fieri poſſe. 3. Ceſſat Separatio aliquando ratione objecti, *l.* 1. §. 12. *l.* 2. *h.* Præterea 4. neceſſariam non eſſe ſeparationem exiſtimo, eo caſu, quo inventarium ab herede rite confectum eſt, utpote cum bona heredis & defuncti tum ipſo jure ſeparata ſint, etiam ad hunc effectum, ut creditoribus hereditariis ex bonis hereditariis pro horum quantitate ſatisfiat *l. ult.* §. 4. *&* §. 9. *C. de Jur. deliber.*

§. 208.

§. 208. Ad affinia aut ſimilia hujus Separationis pertinet (1) Separatio illa mercatoria, ſi quis in diverſis locis tabernas habeat, ſive diſtinctas negotiationes exerceat: ubi tum creditor, qui ex. gr. in tabernam Lipſienſem credidit, præfertur, in mercibus tabernæ Lipſienſis, creditori illi qui in tabernam Francofurtenſem credidit. Vid. Brunnem, *ad. l.* 5. §. 15. *ff. de tribut. act.* (2) Quando fiſcus ſtationis unius debitum ſeparat a debito alterius ſtationis, de quo vid. Struv. *ff. h. t. th.* 66. (3.) Quando Creditores, qui filio militi crediderunt, peculium ejus caſtrenſe a reliquis ejuſdem bonis ſeparant, quo in eo aliis creditoribus, qui filio ante militiam crediderunt, præferantur. *l.* 1. §. 9. *ff, b. t.* Stryck *ad Brunnem, de conc, cred. c.* 5. §. 13. (4) Quando venditores, qui hypothecam ſibi in re vendita reſervarunt, ante traditionem vel in ipſa, hanc rem a reliquis bonis debitoris ſeparari faciunt. *l.* 48. *de pact.* vid. Carpzov. 1. 28. *def.* 20. Mev. 6. *decis.* 193. Brunnem. *tr. de conc. cred. c.* 5. §. 13. Denique (5) omnis ſeparatio, quam ordinario jure fieri, repræſentavi §. 192. *ſupra.*

TIT. VII.

De Curatore bonis dando.

§. 209. Secundum (*vid*, §. 200. *ſupra*) eſt, ut miſſione facta, bonis Curator conſtituatur, vel ab ipſis creditoribus, vel a judice ex

creditorum conſenſu *l.* 2. *pr. l. ult, h t. l.* 8. §. *ult de reb. auct. jud. poſſid.*

§. 210. Curatoris talis officium depoſtulat, ut inventario confecto, bona debitoris adminiſtret, actiones perituras exercendo, excipiendo, res non tantum quæ ſervando ſervari nequeunt, ſed omnia denique vendendo, ex quibus Creditoribus ſatisfaciat, rationeſque adminiſtrationis ſuæ reddat *l.* 8. § 1. *l.* 14. *ſeq. de reb. auct. jud. poſſ.* reſiduumque præſtet *l.* 40. *de oper. libert. l.* 8. §. 5. *liber. leg. l.* 45. §. 12. *iur fiſc.*

§. 211. Regulariter ab aliis curatoribus ad hos valet argumentatio *l.* 34. *fin. de furt.* Limita(1)ut & hic aliquis ex ipſis Creditoribus hanc Curam poſſit ſuſcipere *l.* 1. § 4. *h.* quod in aliis Curatoribus ſecus eſt *Nov.* 72. *cap.* 1. & 2. *iunct.* §. *ult. I. de auct. tut.* (2) Ut ad hanc Curationem invitus nemo cogatur. *l.* 2. §. 3. *h. l.* 4. *C. de bon. auct. iud. poſſ* (etſi quis defuncti Curatoris heres ſit. *l.* 9. *de cur. fur.*) quod eſt contra Regulam *in l.* 1. *ff. de vacat. & excuſ. mun* (3) Quod hi Curatores latam duntaxat culpam præſtent. *l.* 9. §. 5. *de reb. auct. iud. poſſ.* contra Regulam *in l.* 7. *C. arb. tutel.* Nec obſtat *l.* 1. §. 22. *de vent. in poſſ. mitt.* agit enim non de hoc, ſed de ventris (qui inter liberos eſt *l.* 7. *ſtat. hom.*) curatore. (4) Quod bona talium Curatorum non ſint tacito pignore obligata Creditoribus *l.* 22. §. 1. *de reb. auct. iud. poſſ.* quod in aliis

Cur-

Curatoribus aliter ſe habet. *l.* 20. *C. de admin. tutor. Nov.* 118. *c.* 5. Nec obſtat *l.* 33. *in fin. ff. de furt.* Nec enim loquitur de hypotheca tacita; ſed continet Regulam, quam modo præmiſi, quæ quod ad tacitam hypothecam & ceteras limitationes ſuum perdit officium; quod in Jure noſtro novum non eſt *l.* 80. *de R. J.*

TIT. VIII
Quæ in fraudem creditorum facta ſunt ut reſtituantur.

§. 212. Tertium (*vid.* §. 200. *ſupra*) eſt, ut ea quæ in fraudem Creditorum facta ſunt, reſtituantur. *rubr. ff. h. t.* Dixi, *facta.* nec enim ad ſolas alienationes hoc pertinet. Unde & actio qua hæc facta reſtituuntur, *in factum actio* appellatur *l.* 14. *h. t.* quæ eadem ab auctore ſuo etiam *Pauliana* cognominatur *l.* 38 §. 4. *de uſur.* quam Juſtinianus mediam inter actiones *in rem* Prætorias collocavit §. 6. *I. de act.* Unde ſequitur, debere eandem ex aliquo Jurium in re pullulare. At ex quo? Dic, ex Jure Poſſeſſionis, ſed Prætoriæ *arg.* §. 6. *ibi: poſſeſſis I. de act.* Ut illa ſcilicet Poſſeſſio Prætoria operetur & retro, & in præſens, & in futurum *l. f. C. de Prætor. pign. junct. l. f.* §. *f. ff. h. t.* Nec obſtat, quod ex Poſſeſſione hac Prætoria detur Interdictum: *ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit, libr.* 43. *ff. tit.* 4. Hoc enim, præterquam quod ad diverſa tendit, eſt tantum in Poſſeſſo-

rio

rio: At Pauliana eſt in Petitorio, utpote executionem & venditionem ſecum vehens *l.* 6. §. *ult.l.* 10. §. 18. *h.t.* Quemadmodum ex Pignore datur in Petitorio, *Actio Serviana*: in Poſſeſſorio, *Interdictum Salvianum.* Nec obſtat, Paulianam ex fraude ſive dolo naſci *l.* 9. *h.* id enim negatur: nec *d. l.* 9. id affirmat, nec alia. Cum aliud ſit, *ex fraude*: aliud, *de fraude* dari. Quemadmodum Querela inofficioſi teſtamenti non datur ex injuria: ſed de injuria *Nov.* 115. *cap.* 5. & actio Negatoria non eſt ex Servitute, ſed de Servitute. Nec obſtat, hypothecariam actionem heic dari *l. ult. C. de Prætor. pign.* nego enim, id in dicto textu inveniri, cum ſaltem actionem in rem largiatur, dum *recuperationem* indulget. Quæ recuperatio per Paulianam inſtituetur, nunc per d. l. ult. extenſam ut & ultra annum nunc competat caſu quo poſt miſſionem datumque Pignus Prætorium, poſſeſſio quocumque modo amiſſa eſt. Ergo Actio Pauliana *in d. l. ult.* extenditur, quæ ratione Pignoris Prætorii olim competiit; non extenditur Hypothecaria quæ hic nunquam competebat. Nec obſtat, hanc actionem eſſe *in factum. l.* 10. *pr. &* §. 18. *l.* 14. *h.* dico enim, *in factum actionem* denotare actionem *Prætoriam. vid. l.* 21. *in med. C. de SS. Eccleſ. Adm. III.* 125. & nil impedire, quominus aliquando & actio Prætoria *in rem*, audiat *in factum. arg. d. d. l.* 21. *Confer. l.* 11. §. 1. *ff. de pignor.*

§. 213.

§ 213. Cum ergo Pauliana actio in rem ſit, ſequitur, contra omnem poſſeſſorem regulariter eandem competere §. 2. *I. de act.* Dixi, *regulariter.* Enimvero, quemadmodum in aliis actionibus in rem, juris eſt, ut hæc Regula ſæpe fallat: *vid. ad I. libr. 2. aph.* 23. ita & de actione Pauliana ſciendum eſt, eam noc dari (1) Si quis rem nactus ſit, fraudis inſcius, titulo oneroſo *vid. l. 6.* §. 9 & 11. *h. t.* qualis & dos eſt *l.* 20. *C. j. dot.* *l.* 56. §. 1. *ff. eod.* Veluti & (2) ceſſat quod ad creditores, qui ante miſſionem ſuum conſecuti ſunt: enimvero *Jus Civile vigilantibus ſcriptum eſt*. vid. *l.* 10. §. 1. & *l.* 24. *h t.*: junct. *l.* 2. *quod cum eo qui in al. pot. l.* 18. §. *f jur. fiſc. l. f.* §. 6. *C. d. jur. del.* (3) Ut heredes non teneantur, niſi in id quod pervenit *l.* 10. §. *f. junct. l.* 11. *h.* (4) Ut non detur ſi quis jus ſibi competens repudiavit *l. 6. pr. ſeqq. h.* niſi fiſco debeat *l.* 45. *de. jur. fiſc.*

§. 214. Plane, cum hac actione reſcindantur alienationes ſimiliaque in fraudem creditorum geſta, par eſt eam anno terminari *l.* 35. *ff. de O. & A.* Cui convenienter hæc actio intra annum poſt venditionem bonorum in judicium deducenda eſt *l* 1. *C. h. t.* poſt annum non habitura locum niſi quatenus ad poſſeſſorem pervenit *l.* 10. §. 24. *h.* Immo habebit poſt miſſionem facta alienatione; ſecundum jus novum *l. ult. C. de Prætor. pign.*

§. 215. Cognationem cum Pauliana actione habet

bet Actio Faviana & Calviſiana, de quibus §. 43. *ſupra*. Interdictum autem Fraudatorium, de quo ſ. 67. §. 1. *ad Trebell. l.* 96. *de ſolut.* a Pauliana diſtinguitur, quod illo ſolam poſſeſſionem conſequamur. *v* §. 217. *infr.*

LIBER XLIII.

TIT I.

De Interdictis ſive extraordinariis actionibus quæ pro his competunt.

§. 216. Sequuntur (*vid.* §. 176. *ſupra*) Interdicta, quæ aliud olium erant, aliud ſunt jure poſteriori. Olim erant Formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor, cum de Poſſeſſione vel Quaſi inter aliquos contendebatur, fieri aliquid jubebat aut prohibebat. *pr. I. h t.* Et de tali verborum conceptione antiqua loquitur *l.* 1. §. 3. *h t.* ibi: *Interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa perſonalia ſunt.* Vides hic, *concepta.* Ergo de formularia iſta verborum conceptione agit. Eſtque ſenſus: Talia interdicta eſſe omnia perſonalia, id eſt, perſonas litigantes non egredi; cum *inter duos* tantum dicantur §. 1. *I. h. t.* Secus ac *Edicta* Prætorum, quæ univerſum populum obſtringunt: adeo-

adeoque ſunt *Generalia.* At interdicta ſunt *Perſonalia.* Fruſtra ergo nonnulli ex *d. l.* 1. §. 3. elicere conantur, interdicta omnia eſſe actiones in perſonam ſive perſonales: & conſeqnenter, Poſſeſſionem non eſſe jus in re. Cum *d. l.* 1. §. 3. non agat de actionibus: ſed de formulis Prætoriis. Unde & interdictum Theophilo ὁμιλία appellatur: id eſt effatum ſeu ſermo Prætoris. Nec tamen inde ſequitur, judicem interdictis non fuiſſe addictum: ut recte docet Janus a Coſta *ad pr. I. h. t.* de quo Schurtzfleiſch. 2. *arcan. epiſtolar.* 371. Diſſent. Martini *ad pr. I. h. t.* aliique.

§. 217. Jure Poſteriori, poſtquam judicia omnia cœperunt eſſe Extraordinaria, id eſt, poſtquam JudicesPedaneos & Formulas dandi ordo Prætoribus abrogatus eſt. §. *ult. I. de Interd. l. l.* 3. *C. eod.* extraordinariæ actiones pro Interdictis competunt *rubr. ff. h. t. l.* 3. *C. eod. l.* 37. *pr. ſ. de act.* Ut hodie Interdictum ſit Actio, qua de Poſſeſſione vel Quaſi litigatur. *rubr. h. d. l.* 3. *C. h. d. l.* 37. *de act. junct. pr. I. h. t.*

§. 218. Sunt ergo Interdicta hodie Actiones. At quales? Perſonales, an in rem? In rem *arg. l.* 1. §. 1. & §. 3. *de ſuperfic. l.* 13. §. *quod legator. l.* 8. §. 2. *in fin. de precar. l.* 1. §. 1. *de Salvian. Petron. Satyric. de quo* §. 260. *infra. junct.* §. 15. *I. de action.* At ſi in rem ſunt, ex qua Jurium in re ſpecie naſcuntur? Ex Jure Poſſeſſionis Præ-

toriæ *arg. rubr. ff. h. t. junct. pr. I. & l. 3. C. h.* Dixi, *Prætoria*. Nec enim *Civilem* Poſſeſſionem in his agnoſco. Tum diſtingue inter Poſſeſſionem quæ Jure conſiſtit, & quæ Corpore *l.* 10. *C. de acq. poſſ.* Dico adeo, omnia Interdicta naſci ex Poſſeſſione Prætoria, quatenus Jure conſiſtit. Unde quod alibi legis, Interdicta quædam eſſe adipiſcendæ Poſſeſſionis aut recuperandæ aut retinendæ: id intelliges de Poſſeſſione *corporali*. At illa quæ *Jure conſiſtit*, jam apud Actorem Interdicto agentem eſt, adeoque actor talem nec adipiſci intendit, nec recuperare. Nec obſtat, quod delictum aliquando concurrat. *l. 1. pr. & l. 3. de vi & viarm.* Neque enim *ex* illo interdictum aliquod datur: etſi *de* illo. *conf.* § 212. *ſupra.* Adde ſis quæ ſcripſi *ad Inſt. libr. 2. aph. 23. & libr. 4. aph.* 109.

§. 219. *Dividuntur* Interdicta varie, ut dixi *ad Inſt. tit. de Interdictis:* ubi vide ſis. Videbis & ibi de Judicii in *Petitorium* & *Poſſeſſorium* diviſione. *add.* Adm. *II.* 3. *n.* 3. Hic addamus notabiles quasdam Regulas. Veluti apud Struv. *ff. exercit. 45. theſ.* 173. juncto Lauterbach. *comp. pag.* 591. *ſeq.* invenies ſeptem ſequentes. (1.) Commodius adeoque conſultius eſt, agere in Poſſeſſorio quam in Petitorio, cum in iſto ſufficiant leves probationes *l.* 24. *de R. V.* adeoque cavendum eſt, ne, electo Poſſeſſorio in Petitorium imprudentes delabamur. (2) Poſſeſſorium

ab-

abſorbetur per Petitorium *c. 5. x. de cauſ. poſſ. & propr.* Non contra. *l. 14. §. f. de exc. rei jud.* (3) Poſſeſſorio inſtituto, judex de Petitorio judicare non poteſt *l. 18. commun. div. l. f. C. fideicomm. lib.* & vice verſa. *c. ult. x. d. t. v.* §. 171. *ſupr.* (4.) Inſtituto Petitorio, poteſt quis abire ad Poſſeſſorium *l. 12. §. 1. A. A. P.* (5) Moribus, Poſſeſſorium & Petitorium ſimultanee poteſt cumulari: (niſi retinendæ Interdicto agatur, cum contrarietatem involvat, retinere poſſeſſionem adeoque habere, & tamen petere quam non habeas) Secus ac Jure Civili. *l. 3. C. h. l. 13. C. de R. V. l. 3. C. fin. reg. l. 14 C. de agric. & cenſ.* (6.) Judex prius de Poſſeſſione judicet *l. 35. de A. A. P. l. 1 C. de appell.* (7) Poſſeſſorium & Petitorium coram eodem judice tractari debent. *l. 1. §. f. de aq. quot. & æſt. l. 36. R. V. add. tit. ff. de quib. reb. ad eund. judic. eat. Adm. II.* 127.

§. 220. Tantus Interdictorum uſus, meretur, ut eorundem Species attingamus, quæ enarrantur libro 43. compluſculæ ſequentes.

TIT. II.

Quorum Bonorum.

§. 221. Prima itaque Interdictorum Species eſt *Quorum Bonorum.* A primis ſcilicet verbis Interdicti, tali formula concepti.

ti. Quod idem vides in *Quod Legatorum*, item in *Utipoſſidetis* & *Utrubi*. Ut talis a prima conceptionis verborum parte appellatio *vulgo* debeatur. Gothofred. *ad l. 1. pr. h. & l. 1. pr. quod legator.* add. *l. 1. §. 4 ff. uti poſſ.* Conſimili modo quo hodie alicubi utuntur illis: *Pater noſter*: item, *Ave Maria*: aut, *Miſerere*. A primis ſcilicet notiſſimarum formularum verbis. Manzius *ad Conſtitut. Crimin. Carolin. art. 58. n. 47.* ad quæſtionem, quamdiu quis in tortura elevatus maneat; *aliquando*, inquit, *modico tempore, videlicet per unum Ave Maria, vel per unum Pater noſter, vel per unum Miſerere.*

§. 222. *Quorum Bonorum* eſt Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis (corporalis) quod Bonorum poſſeſſor (ſive heres Prætorius ⊕ 117. *de R. J. junct. pr. I. de bon. poſſ.*) adverſus illum qui pro herede vel pro poſſeſſore rem corporalem poſſidet, inſtituit *l. 1. pr. h. t.* Dixi: *adverſus illum.* Ergo contra quoscunque poſſeſſores. *vid. 2. aph. 23.* Dixi: *rem corporalem*: quia contra debitores hereditarios non datur. *l. f. h. t.* Alias & de rebus incorporalibus Utile Interdictum hoc dari, admonemur *l. 3. pr. l. 12. A. A. P. l. 8. §. 5. Si ſerv. vindic.*

§. 223. Dixi *Bonorum Poſſeſſor.* Utile tamen (*v. 4. aphor. 95.*) hoc interdictum competit & heredi Civili, ſive ei qui ipſo Jure civili heres eſt *l. 1. & ult. C. quor. bon.*

Sed

Sed cui bono, dices, hoc interdicto heres civilis utetur, cum habeat *hereditatis petitionem*? Scilicet quia hæc eſt judicium petitorium, iſtud poſſeſſorium. *v.* §. 219. *n.* 1. Eadem utilitas eſt intuitu *poſſeſſoriæ hereditatis petitionis*, quæ etſi cum interdicto *Quorum Bonorum* in eo conveniat, quod & illa & hoc dentur heredibus Prætoriis; in eo tamen differunt, quod illa ſit judicium petitorium, hoc autem poſſeſſorium *Adm. II.* 45. *Conf.* §. 212. *verſ. Hoc enim.*

§. 224. Affine huic Interdicto *Quorum Bonorum*, eſt Remedium ex *l. ult. C. de edicto Divi Hadr. toll* quod datur heredi (& utiliter legatario. Diſſ. D. Zoll. *ſemid. concluſ. jur. n.* 4.) ad poſſeſſionem hereditatis teſtamento, quod viſibili vitio careat; relictæ conſequendam. Limita, niſi adſit legitimus contradictor, quo caſu cauſæ cognitio requiritur, qua prævia, vel heres ſciptus, vel contradictor, prout hic aut ille potiora jura oſtenderit, in poſſeſſionem mittitur *d. l. f.* Textor *prax. judic part.* 1. *c.* 17. *n.* 27. *& ſeqq.*

TIT. III.

Quod Legatorum.

§. 225. Secunda Species eſt Interdictum *Quod Legatorum*, quod heredi datur, contra quemcunque poſſeſſorem, ad adipiſcen-

dam poſſeſſionem corporalem rerum legatarum, quas legatarii propria auctoritate ſine voluntate heredis occupaverunt, ad id ut eamdem reſtituant, heresque (ſatis dans *Adm VII.* 19. *in fin.*) exhauſta aut onerata legatis hereditate, ex legatis quartam legis Falcidiæ queat detrahere *l.* 1. *h. t.* Dixi, *legatis.* Idem eſt in fideicommiſſis, quin & in donationibus mortis cauſa per traditionem nondum conſummatis *Vid. l.* 1. §. 1. *& ſeqq. l.* 2. §. 1. *& ſeqq. ff. l. unic. C. h. t. l. pen. C. ad L. Falc.* Contra fideicommiſſarios tamen univerſales locus eſt condictioni ex *l. Filiam* 56. *ff. ad SC. Trebell. Adm. III.* 24. Textor *d. c.* 17. *n.* 13. niſi ſentire malis, ibidem miſſionem eſſe factam ex *utili* Interdicto Quod legatorum.

TIT. IV.

Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit.

§. 226. Tertia Species exhibetur Rubrica jam viſa, daturque hoc Interdictum illis, quos Prætor in poſſeſſionem miſit, ſi prohibiti ſint in poſſeſſionem venire *l.* 1. § 2. *l.* 2. *ff. h. t.* adverſus prohibentes vel expellentes *d. l.* 2. §. 1. *h. t.* modo id fiat dolo molo *l.* 1. §. 4. *h. t. arg. l.* 53. *de furt.* Unde nec contra pupillum dabitur doli nondum capacem *l.* 1. §. 6. *h. t.*

h. t. arg. l. 111. *de R. J. §. pen. I. de obl. quæ ex del. naſc.*

§. 227. Regulariter datur hæc actio ad id quanti ea res eſt, unde & tum pœnalis eſt, conſequenter annalis *l.* 35. *de O. & A.* conſequenter & heredibus dabitur, ſed non contra heredes §. 1. *I. de perp. & temp. act. arg. l.* 5. *ff. de Calumn. l. unic. C. ex del. defunct.* Vid. tamen *l.* 1. §. *ult. h. t. & l.* 3. *pr. h. t. junct. l.* 68. *de R. V.*

§ 228. At grave dubium dictæ Interdicti hujus indoli obmovet *l.* 3. § *ult. ff. de acq. vel am. poſſ.* ſed quod evaneſcit, ſi diſtinguas inter poſſeſſionem civilem & prætoriam. Hanc habent miſſi *Rubric. h. t.* illa carent *d. l.* 3. §. *ult. conf. l.* 27. *de donat. & l.* 11. *de vi & vi arm. Add.* §. 212. & §. 187. *ſupra.*

TIT. V.

De Tabulis exhibendis.

§. 229. Quartam Interdictorum Speciem exhibet Interdictum *De Tabulis exhibendis.* Quod eſt exhibitorium, quo is cujus intereſt tabulas ultimæ voluntatis ſibi exhiberi ab illis, penes quos illæ ſunt, eas exhiberi ſibi petit: ſive valeant, ſive (citra tamen viſibile vitium) imperfectæ ſint *l.* 1. §. 3. §. 5. *h. l.* 6. *de falſ.*

TIT VI.

Ne quid in loco ſacro fiat.

§. 230. Quintum eſt Interdictum *Ne quid in loco ſacro fiat*: quod eſt prohibitorium & reſtitutorium, quando ſcilicet in loco ſacro aliquid factum eſt, quod deformitatem aut incommodum ſecum vehat: *v. l.* 1. §. 2. *h.*

TIT VII.

De locis & itineribus publicis.

§. 231. Sexto & Interdicta ratione locorum & itinerum publicorum, dantur, cuilibet ex populo, adverſus illos, qui aliquid talibus locis incommodi vel detrimenti adferunt. Suntque partim prohibitoria, partim reſtitutoria. Habes hæc ſub titulis ff. novem ſequentibus: nimirum *Tit. VII. De locis & itineribus publicis. Tit. VIII. Ne quid in loco publico vel in itinere fiat. Tit. IX. De loco publico fruendo. Tit. X. De via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicetur. Tit. XI. De via publica & itinere publico reficiendo. Tit. XII. De Fluminibus, ne quid in flumine, ripave ejus, fiat, quo pejus navigetur. Tit. XIII.*

Ne

Ne quid in flumine publico fiat, quo aqua aliter fluat atque priori æſtate fluxit. Tit. XIV. Ut in flumine publico navigare liceat. Tit. XV. De ripa munienda. Vide ſis quæ dixi *Manip. Sicilim. 2. num. 216.*

§. 232. Suppletam ergo ibidem vides non unam Lauterbachiani Compendii lacunam. Et miror Cl. Kresſium *ſpecim. iuriſprud. tit. 15. in fin.* hanc *imaginariam* lacunam vocare, & quam ego *non ſine bile* ſuppleverim. De *bile* quod ait, vides Lector nullam in verbis meis *dict. n. 216.* occurrere: nec ullam inibi bilem deprehendet vel centoculus Argus. Nec *imaginariam* lacunam eſſe apud Lauterbachium, omnes norunt, qui uſui practico titulos Lauterbachio omiſſos inſervire, ex ipſis rerum argumentis edocti ſunt. Vel Brunnemanum anteſtor, in Supplemento illo meo laudatum. Caſus Brunnemanno, & mihi in Academia Electorali nunc Regia Duiſburgenſi ut Facultatis Juridicæ ibidem tum temporis Decano, oblatus eſt, quo Titius ripam Caji vult munire quam non poſſidet. Quæritur, num ad refectionem admitti debeat Titius, invito Cajo? Reſpondimus ego & Collegæ poſt Brunnemannum: debere. Modo de indemnitate ad annos decem idonee Titius caveat. Quiſquis hæc, extra leges civiles, ex Jure Naturæ aut poſſeſſionis indole, decidere valet: næ! is imaginario ſuo jure &

Naturæ & eo fundatæ Poſſeſſionis vehementer decipitur.

TIT. XVI.

De Vi & Vi armata.

§. 233. Septimo Interdictum *De Vi & Vi armata*, reſtitutorium, recuperandæ poſſeſſionis corporalis, datur dejecto per vim de poſſeſſione corporali rei immobilis. Dixi *corporalis*. Ea enim quæ in animo & jure conſiſtit poſſeſſio (*mentalem* alii vocant) dejecto eripi nequit: ſed ipſi remanſit & adeſt *l.* 7. *C. unde vi. l.* 7. *pr. l.* 3. §. 8. *l.* 49. *pr. A. A. P.* Nec hanc ergo petit, utpote qua ſe fundat: ſed *corporalem* ſolam, quæ abeſt. *vid.* §. 218. *verſ. Unde quid. infr.*

§. 234. Dixi, *dejecto*: intellige, & ejusdem heredi *l.* 1. §. 44. *h. t.* quia hæc non eſt injuriarum actio, nec ei ſimilis *vid.* §. 1. *I. de perp.* Nec obſtat, quod hæc actio non detur niſi ei qui poſſidebat tempore dejectionis *l.* 1. §. 9. & 23. *h.* id enim de actionis *conſtitutione*, non de ejus *tranſitione*, intelligendum eſt.

§. 235. Dixi, *per Vim*. Intellige expulſivam. Locum enim hæc actio duntaxat habet in rei *immobilis* poſſeſſione *l.* 1. §. 3. & 6. *h.* niſi *mobiles* tempore dejectionis adfuerint ceu acceſ-

ſoriæ *d. l.* 1. §. 6. Sciendum tamen eſt, Codicis jure ſufficere vacuæ poſſeſſionis occupationem. *l. f. C. unde vi.* In hoc inquam juris articulo, ubi agitur de recuperanda poſſeſſione: at in materia uſucapionis, ubi de dominii acquiſitione agitur, deſideratur vis expulſiva *l.* 1. §. 28. *b.* Obiter hic ſcias, diverſas eſſe Vis ſpecies: 1. Expulſivam. 2. Ablativam. 3. Compulſivam. 4. Turbativam. 5. Inquietativam. Prima facit locum Interdicto *De vi & vi armata*, ſive (ut in Codice & alibi vocatur) *Unde vi.* Secunda vindicatur Actione *Vi bonorum raptorum.* Tertiam perſequitur Actio, *Quod metus cauſa.* Quoad Quartam competit Interdictum *Uti poſſidetis*, & *Utrubi.* Quinta reparatur Interdicto, *Quod vi aut clam.* §. 248. *infr. Add. Part.* 7. §. 107.

§. 236. Si dejiciantur illi qui naturalem tantum poſſeſſionem habent, veluti conductores, aliique, ipſi principales ſoli agent *l.* 1. §. 10. 20. *l. f. h. t.* niſi (1.) hi abſentes ſint, tum enim naturales illi poſſeſſores nomine abſentium, etiam ſine mandato, agere poſſunt. *l.* 1. *C. ſi per vim.* Immo (2.) etſi principales præſentes ſint, etiam naturalibus poſſeſſoribus proprio nomine ſuccurretur propter juſtam & probabilem cauſam, etiam adverſus ipſos principales *l.* 12. *b. t.* Confer. *l.* 27. *de don. l.* 1. §. 1. & §. 3. *ne vis fiat ei qui in poſſ. l.* 18. *b. t. l.* 1. §. 8. *uti poſſid.* Add. §. 240. *med. infr.*

§. 237. Datur contra dejicientes, etiam mandantem, veluti & contra mandatarium *l.* 1. §. 12. *ſeq. h. t.* ita ut & ratihabitio etiam hic æquipolleat mandato *l.* 1. §. 14. *h. l.* 152 §. 2. *de R. J.* Datur & contra eos qui poſſeſſionem iterum deſeruerunt *l.* 4. §. 28. *uſurp.* datur & contra heredes, quatenus ad eos pervenit *l.* 1. §. *f. l.* 2. *ſeq. h. junct. l.* 5. *de cal.* datur & contra patrem, qui vi armata expulit: alias non *l.* 1. §. 43. *h.* niſi verbis in factum temperatis, ſecundum *l.* 11. *de dol. mal.* ex qua ſupplenda eſt *l.* 52. §. 6. *furt. arg. l.* 9. *obſeq. vid. Adm.* I. 43. *n.* 1.

§. 238. Datur ad recuperandam poſſeſſionem rerum immobilium, & mobilium, quæ ibi tempore dejectionis fuerunt, etſi alienæ fuerint, quin etſi & poſtea perierint. *l.* 1. §. 33. *ſeq. h. t.* & ad omne id quod intereſt. *l.* 1. §. 33. *ſeq. h. t.*

§. 239. Extinguitur anno uno utili *l.* 1. *pr.* § 39 *ff. l.* 2. *C. h. vid. Adm. I.* 138. *ſeq.* niſi (1.) de eo quod pervenit, agatur, tum enim durat ad tempus perpetuum *d. l.* 1. *pr. I. l.* 3. §. 1. *h. l.* 4. *interd. l.* 35. *de O. & A* (2.) ſi quis per poſſeſſionem naturalem dejectus ſit abſens: tum enim tempus currit a reditu. *l.* 1. *C. ſi per vim.*

§. 240. Ceterum pinguius remedium dejectis ſuppeditatur Jure Canonico, in *Can. Redintegranda. cauſ.* 3 *quæſt.* 1. *juncto cap. ſæpe. x. de reſtit. ſpoliat.* ita ut remedium poſſeſſorium ſpo-

liatis

liaris competat de re quacunque, contra perſonas quascunque, tempore perpetuo. Denique & tene ſis canonem Canonicum: *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus. c. Sæpe. x. de reſtit. ſpol.* Eſt tamen idem & Juri Civili conveniens. *l.* 6. §. 1. *C. Unde vi. vid.* Zaſius *conſil.* 10. Böhmer. *de actionib. ſect.* 1. *cap.* 2. §. 41.

TIT. XVII.

Uti poſſidetis.

§. 240. Octavo notabile eſt Interdictum *Uti poſſidetis:* quod eſt Retinendæ, poſſeſſionis ſcilicet corporalis, quam quis jam habet. Quocum concordat Interdictum *Utrubi.* Utrique enim locus eſt, cum uterq; litigantium etiam corporaliter ſe poſſidere contendit, ut ſcilicet decernatur, uter actor, uter poſſeſſor, eſſe debeat. Et Interdictum quidem *Uti poſſidetis* datur poſſeſſori rei immobilis non vitioſo, intra annum, adverſus quemcumque eam poſſeſſionem turbantem aut impedientem, ad hoc ut actor declaretur poſſeſſor, reus autem ut injuſtus turbator condemnetur in id quod actoris intereſt, caveatque de non amplius turbando *l.* 1. *pr.* §. 1. *ſeqq. l.* 2. 3. 11. *ff. l. un. C. uti poſſidet. l.* 7. *l.* 12. *ſi ſervit. vindic.* Dixi, *immobilis*: nam ſi quis in poſſeſſione rei *mobilis* turbe-

tur, datur *Vtrubi*, quod hoc reſpectu ab *Uti poſſidetis* differt, §. 4. *J. de interd. l.* 1. *ff. utrub.* Notandum autem eſt, rei immobili heic æquiparari ſervitutes rebus immobilibus inhærentes: certe perſonales *l. ult ff. uti poſſid.* & reales urbanas, exceptis cloacis *l.* 1. *pr. ff. uti poſſid.* De ruſticis autem ſeparata Interdicta prodita ſunt, veluti de itinere, de aqua quotidiana & æſtiva, &c. *l. ult. ff. de ſervit.* Quoad cetera incorporalia, quæ pro immobilibus habentur, ex. gr. juriſdictionalia, annuos cenſus, &c. dabitur Interdictum utile. Dixi *poſſeſſori non vitioſo*: ut indicem, non dari ei, qui vi, clam, vel precario poſſidet, puta ab adverſario. Nam reſpectu tertii nulla poſſesſio heic vitioſa eſt *l.* 1. §. *f. l.* 2. *ff. uti poſſid. l. ult. acq. poſſ. Quantum ad eum pertinet, liberas ædes habeo:* inquit *l.* 4. §. 7. *ſi ſervit. vindic.* Sed an & Interdictum hoc dabimus Poſſeſſori Naturali, ex. gr. Conductori? Dabimus: Utile, inquam: *arg. l. ult. h. t. junct. arg. l.* 27. *ibi: ad exemplum. ff. de donat.* Non directum *arg. l.* 3. § 8. *h. junct d. l. f.* & *d. l.* 27. Adde ſis §. 235. *ſupra.* Zoll. *ad l.* 9. *C. loc. cond.* Sed hoc paradoxum eſt. Illud autem firmiter tene, poſſesſionem intelligi debere ſecundum tempus litis conteſtatæ §. 4. *J. interdict.* ita ut ille vincat, qui poſſesſionem nec vi, nec clam, nec precario, ab adverſario litis conteſtatæ tempore detinet *d.* §. 4. Sed quid ſi neuter ab altero vitioſe

poſ-

poſſideat? Reſpond. *Favorabiliores Rei potius quam Actores habentur l. 125. ff. R. J. add. l. 47. de O & A.* At Jure Canonico is vincit, qui antiquiorem poſſesſionem probat *c. licet cauſam. 9. x. d. probationib.* quod limita, niſi alter contra probet, eandem legitime fuiſſe interruptam *d. c. 9.* ibi: *a ſexaginta annis & citra cum omni &c. poſſedit.*

TIT XVIII.

De Superficiebus.

§. 241. Nono, Interdictum *De Superficiebus* eſt & Retinendæ poſſesſionis in rem *l. 1. §. 1. 2. 3. h.* Superficies eſt omne quod *ſupra* telluris *faciem* eſt, veluti ædificia, arbores, ſata, &c. *Conf. de jur. Virgin. §. 75.* Unde qui tale ſuperficium habet, Superficiarius audit, ſolvitque pro eo ſolarium *l. 2. §. 17. ne quid in loc. publ.* Dixi: *interdictum.* Nec enim *confeſſoriam* actionem ſuperficiariis lex ulla concedit. Unde errat poſt alios Placcius *ad Inſt. libr. 2. tit. 6. ſuppl. 1.* qui *Servitutem* eſſe ſcribit ſuperficiem. Nec obſtat *l. 86. §. ult. de legat. 1.* cum *ſervitutis* vox aliquando latius ſumatur & ad alia diverſa detrahatur. *Horat. 2. od. 8.* quemadmodum & *ſervire* latius ſæpisſime accipiendum. *Terent. Hecyr. act. 3. ſc. 5. 45.*

Dixi:

Dixi: *veluti.* Nec enim ad ſola ædificia ſuperficium reſtringimus *per l.* 13. *de S.R.P. l.* 23. *uſucap.* ceu poſt alios facit Placcius *d. loc.*

§. 242. Cum autem acceſſio principali cedat, ſequitur, talem ſuperficiem non eſſe in dominio ſuperficiarii, ſed ejus qui ſimul dominus ſoli eſt *l. ult. junct. l.* 49. *de V. S.* Nec obſtat, quod Doctores Superficiario Dominium Utile tribuant: nam utile dominium eſt ſemper jus in re aliena, vigore cujus utilitates ex re aliena alter percipit.

TIT. XIX.

De Itinere actuque privato.

§. 243. Decimo Interdictum *De Itinere actuque privato*, datur illi qui ſervitutibus ruſticis, hoc anno ſaltem triginta diebus, ut ſervitutibus, uſus eſt *l.* 1. *pr.* §. 2. §. 3. *l. ſ. h.* Quod ſi de itinere actuque *reficiendo* agatur, etiam cauſa proprietatis admixta eſt *l.* 3. 13. *h. t. v. pr. I. de interd. ibi. maxime.*

TIT.

TIT. XX.

De aqua quotidiana & æſtiva.

§. 244. Undecimum eſt *De aqua quotidiana & æſtiva.* Quotidiana vocatur, quæ tam hyberno quam æſtivo tempore duci poteſt, etſi non ducatur quotidie *l.* 1. §. 2. *ſeqq. h.* Æſtiva, quæ ſola æſtate ducitur. Hic vim fieri vetat Prætor quo minus quis porro ducat *v. l.* 1. §. 4. 7. 8. 29. *h.* etſi ex caſtello ducatur. *l.* 1. §. 38. *h. t.* v. Gothofr. *ibi in not.* & Sprenger. *fragm. illuſtr. c.* 15. §. *Caſtellum.*

TIT. XXI.

De Rivis.

§. 245. Hoc Interdicto (12) Prætor vim fieri vetat illi, qui cum aquæ ducendæ jus haberet, rivos ſimiliaque huc pertinentia reficere aut purgare geſtit *l.* 1. *pr.* §. 1. *ſeqq. h.*

TIT. XXII.

De Fonte

§. 246. Veluti (13) vim fieri vetat Prætor ei, qui Fonte; idem eſt in piſcina,

na, lacu, puteo, alienis uſus eſt hoc anno *l.* 1. §. 4. *h.* Modo aqua inibi ſit viva & perpetua *d. l.* 1. §. 4. quod requiſitum tamen hodie ceſſare non dubito *l.* 9. *ff. S. P. R. vid. Admon. part.* 2. §. 100.

TIT. XXIII.

De Cloacis.

§. 247. Sed & (14) vim fieri vetat ei qui Cloacam (id eſt, locum per quem colluvies defluit *l.* 1. §. *h.*) purgat aut reficit: etſi vi, clam, aut precario ab adverſario poſſideat *l.* 1. §. 7. *h.* Tales Cloacæ poſſunt & in alieno, jure Servitutis haberi *l.* 7. *ff. de S. V. P.* Immo ſunt & Publicæ: circa quas Prætor interdicit, ne quid in eas immittatur, quo earum uſus deterior fiat, aut ſi quid immiſſum ſit, ut id reſtituatur *l.* 1. §. 15. *ſeq. h. t.* De ſordida hac in parte Romanorum magnificentia, vid. Lipſ. 3. *admir. ſive de Magnitud. Roman. cap.* 12. Nardin. 3. *de Rom. Vet. c.* 5. Theſaur. antiq. *Graev. tom.* 4. *pag.* 1459. Theoph. Amel. *ad Joh.* 17. *verſ.* 1. Marlian. 2. *topograph. Rom.* 18. Ne mireris: nam & apud Ægyptios cloacæ pro numinibus erant. *Clemens Roman. recogn. l.* 5. Add. Burman. *de vectigalib. populi Rom. c.* 12. Cloacæ affine eſt Foramen, de quo in *l. Foramen.*

men. ff. de S. V. P. De qua vide ſis ſententiam meam *ſupra II.* 100.

TIT. XXIV.

Quod vi aut clam.

§. 248. Sequitur (15.) Interdictum *Quod vi aut clam:* quo Prætor illos coercet, qui novum opus fecerunt, ad id reſtituendum, ſi id vi vel clam fecerint *l.* 1. *pr. h.* etſi in ipſo cœlo *l. f.* § *p. h. t. v.* §. 101. *&* 109. *ſupr.* Quid ſit *vi* facere, *quid* clam, habes in *l.* 1. §. *ſeqq. & l.* 3. §. *ſeq. l.* 20. §. 1. *h. add.* §. 234. *ſupr.*

§. 249. Ceſſat tamen hoc Interdictum poſt annum, ex quo opus factum eſt *l.* 15. §. 3. *ſeq. h.* Ceſſat ſi actor viciſſim vi aut clam fecerit, *vid. l.* 7. §. *belliſſime. & ult.* §. *ſi ad januam h. t.* Ceſſat ſi faciens juſtam habuerit faciendi cauſam, veluti ſi quis incendii arcendi gratia, viciniædes emolitus ſit, etſi ſcil. ignis ad eas non pervenerit. *Admon. II.* 115. *vid. l.* 7. §. 4. *h. t. junct. l.* 49 §. 1. *ad L. Aquil.* Ceſſat in rebus mobilibus *l.* 20. §. *p. h.* Ceſſat ſi quis in opus ſemel conſenſerit *l.* 3. §. 2. *h. arg. l.* 51. *C. epiſc. l.* 143. *de R. J.*

TIT. XXV.

De Remiſſionibus.

§. 250. Ceſſat adhuc dictum Interdictum, *Quod vi aut clam*, ſi *Remiſſio* nuntiationis novi operis facta ſit *l. un. h.* de qua vid. §. 102. *ſupra.*

TIT. XXVI.

De Precario.

§. 251. Sequitur (16.) Interdictum recuperandæ poſſeſſionis *l. 2. pr. & §. 1. t. De Precario.* Precarium eſt Contractus, quo quis liberaliter ad alterius preces, uſum alicujus rei concedit, quandocunque concedenti lubuerit revocandum *l. 1. pr. h. t.*

§. 252. Dixi: *Contractus.* Ita enim & JCtus ſentit in *l. 23. de R. J.* Nec valet exceptio, ſi dicas, *Contractus* vocabulum in *d. l. 23.* latius ſumi: cum Precarium in *d. l. 23.* inter Contractus *ſtricte* dictos recenſeatur. Eſt enim Precarium Contractus realis, non equidem nominatus, ſed innominatus: reſpectu cujus eſt & Actio Poſſeſſoria, ſive Interdictum, *de quo h. t.* & Petitoria, Præſcriptis Verbis *l. 2. l. 19. §. f. h.*

f. h. t. l. 5. F. V. l. 14. § 11. *furt. Adm. III.* 126.

§. 253. Differt Precarium a Commodato (1). quod Commodatum cum modo & tempore utendi detur: at Precarium indeterminate, ut & ante tempus revocari poſſit, ſi ad certum tempus datum fuerit *l.* 4 § *f. f. l.* 5. *l.* 8. §. 7. *l.* 12. *h, t.* quod ſecus eſt in Commodato *l.* 17. §. 3. *commod.* Differt (2) quod in Commodato Commadatarii heres teneatur in ſolidum: etſi defuncti dolus concurrat, & ad heredem nihil pervenerit. *l.* 49. *O. & A.* at in Precario accipientis doloſe verſati heres non niſi quatenus ad eum pervenit *l* 8. §. *f. h.* Differt (3.) quod in Commodato accipiens teneatur de culpa leviſſima: at in Precario de lata *l.* 8. §. 3. *h. l.* 23. *de R. J.*

§. 254. Verum de tertia hac differentia ſæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem. Enimvero cum deciſio legis 5. §. 2. *ff. commodat.* quæ in contractibus vult inſpici, in cujus utilitatem geſti ſint, confirmata ſit Jure Inſtitutionum §. *ult. I. quib. mod. re contr. obl.* ſequitur, & in Precario eidem deciſioni locum eſſe debere, *l.* 32. *ad L. Aquil. l.* 9. *in fin. de jur. & fact. ignor.* Nec obſtant dictæ Leges Pandectarum *d. l.* 8. *& d. l.* 23. Enimvero cum inter veteres JCtos circa præſtationes culparum variæ fuerint opiniones & diſſenſiones, quod nemo non fatetur: mirum non eſt, quaſdam ex illis Ju-

re Recentiori, quale eſt in Inſtitutionibus Juris, aboleri *l. ult. ff. conſt. princ.* Ita in *d l* 23. vides in Commodato præſtari culpam regulariter levem: at id mutatum eſt jure Inſtitutionum §. 2. *I. quib. mod. re contr. obl.* Si talis mutatio contigit Commodato: quidni & Precario? Hoc enim iſti ſimile eſt *l.* 1. §. *ult. ff. de precar.* Unde & Inſtitutiones *d.* §. 2. *l. q. m. r. contr. obligat.* commodatum a Precario ratione culpæ præſtandæ non diſcernunt: ſed ubicunque uſus gratuitus conceſſus eſt, ibi culpam leviſſimam præſtari volunt. Nec abhorret aut a Legibus, aut a Latinitate, vocem Commodati aliquando laxius accipere, *v. l.* 9. §. *f. l.* 20. *l.* 11. *R. C. l.* 17. §. 3. *P. V. l.* 3. *C. noxal. act. l.* 11. §. 1. *C. oper. lib. l.* 2. *C. Si adverſ. donat. l. ult. C. Si ex publ. lib. l.* 4. *C. de fund. patrim. Plaut. Rud. act.* 2. *ſc.* 4. *verſ.* 21. *ſeq.* quo pertinet & elegans locus Salviani: *Commodatis* (inquit) *a Deo facultatibus utimur, & quaſi precarii poſſeſſores ſumus.* Ut nil impediat, ultimam partem dicti §. 2. *I. & d. l.* 5. §. 2. etiam de Precario intelligere *arg. l.* 8. *de Public. in r. act.* §. 3. *I. de vulg. ſubſt.* Denique adde, a Commodato ad Precarium regulariter valere conſequentiam: Paul. 5. *recept. ſent.* 6. ibi: *Redditur Interdicti actio, quæ proponitur ex eo, ut quis quod precario habet, reſtituat. Nam & civilis actio hujus rei, ſicut commodati, competit, eo vel maxime, quod ex beneficio ſuo u-*

nus-

nusquisque iniuriam pati non debet. Eſt quidem apertiſſime contrarium in *l.* 8. §. 3. *h. t.* Sed ad quod dici poteſt, ibi id ut vulgare & tritum *annotari* id eſt rejici. *Annotari*, inquam, iu malam partem. Confer. *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *l.* 4. *de requir* *l.* 15. *junct-* *l.* 16. *pr. de Publician l.* 42. *de acq. her. l.* 54. *pr. de legat.* 1. *l.* 61. *de R. V. l.* 9. §. *ult. quod met. cauſ. l.* 33. *locat. junct. l.* 10. §. 1. *de per. & comm. rei vend* Conf. Wiſſenbach. *ad I. de emt. vend. tit.* 22. Connan. 3. *commentar.* 9. Gothofred. *not. ad l.* 61. *de R. V.* Sed eſt hæc ſententia valde paradoxa: ut Inſtitutionum Auditoribus eam nunquam hactenus propoſuerim: & ſub præſidio meo menſe Junio anni 1701, eam prima vice defendi permiſerim. Volui eam aliis mihique latius inſpiciendam & examinandam exhibuiſſe. Interim adhæreo hactenus ſententiæ communi, quæ ratione non deſtituitur, ut monſtravi *de Jure Ventris Part.* 9. *ſect.* 3. Conf. Beyer. *Volcm. emend.* 11. *c.* 34. *n.* 11.

§. 255. Illud notius & receptius eſt, debere ab hoc Precario ſecerni *Precariam* & *Precarias* Juris Canonici; vid. Rittershus. *ad l.* 23. *ff. de R. J. cap.* 4 *in fin.* ubi & memorat de his quatuor verſiculos, ſed non exprimit. Vide ſis eos apud Beuſt. *ad Stryck. feud. c.* 2. *qu.* 31. add, Abbas *ad c.* 1. *x. de precar.* Zoeſ. *ad Decretal. libr.* 3. *tit.* 14. Almers *Manual. in Precar.* §. 5.

TIT. XXVII.

De Arboribus cædendis.

§. 256. Porro(17) vim fieri vetat Prætor ei, qui vicini arbores ſuccidit, cæſasque tollit; ſi hæ ſcilicet in cædentis ædes impenderunt, vicinusque monitus id facere neglexerit *l.* 1. *pr.* & §. 1. *h.* Dixi *ædes*: de agro ita ait Prætor *d. l.* 1. §. 7. *Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, ſi per te ſtat quominus pedes quindecim a terra eam altius coerceas, tunc quo minus illi ita coercere, lignaque ſibi habere liceat, vim fieri veto.*

TIT. XXVIII.

De Glande legenda.

§. 257. Porro (18) ait Prætor: *Glandem, quæ ex illius agro in tuum cadat, quominus illi, tertio quoque die, legere & auferre liceat, vim fieri veto.* add. *l.* 9. §. 1. *ad exh.* Glandis nomine omnes fructus continentur *l. un. ff. h.* Cujus ultimi rationem collige ex illo Auſonii:

Olim

Olim communis pecori cibus atque homini glans,
Ante quidem campis cum ſpicea ſuppeteret frux.

Legere eſt *colligere*: ut in illo Virgilii *Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.* Dixi *de Jure Virgin.* §. 60.

TIT. XXIX.

De libero homine exhibendo.

§. 258. Porro (19) libertatis favore, qui etiam multa alia contra communes juris regulas induxit. §. *ult. I. de donat.* cuivis ex populo, præcipue tamen ei ad quem ea res pertinet, datur Interdictum *De libero homine exhibendo*, contra eum qui dolo ſine juſta cauſa liberum hominem, detinet *l.* 3. §. 9. *l.* 4. *pr. ff. h.* Ita ut concurrere poſſit accuſatio Plagii. §. 10. *I. de public. judic. Adm. VII.* 119. Dixi, *ſine juſta cauſa:* qualis eſt redemtio ab hoſte *l.* 2. *C. poſtl. rev. Adm. VII.* 148. Dixi: *liberum hominem.* Qui ſcilicet pro tali ab omnibus agnoſcatur. *l.* 3. §. 7. *h.* Recte adeo ut Janus a Coſta *ad* §. 1. *I. de interdict.* reprehendat Theophilum qui dictum §. 1. hoc exemplo illuſtraturus obfuſcat: *veluti*, inquit, *fratrem meum apud te occultas, quod dicas eum ſervum tuum eſſe.* Immo, ſi dicas eum ſervum tuum eſſe, interdictum hoc ceſſat. *d. l.* 3. §. 7.

TIT. XXX.

De liberis exhibendis, item ducendis.

§ 259. Adhuc (20) de *liberis* eſt Interdictum geminum: ut & indicat Rubrica *h. t.* utrumque fundatur patria poteſtate. Prius eſt Exhibitorium, adverſus eos, qui liberos noſtros detinent: Poſterius eſt Prohibitorium, ne vis fiat Patri, quo minus liberos ducere, id eſt abducere poſſit. *l.* 1. *pr. l.* 3. *pr. l. f. h.* Add. *libr.* 4. *aph.* 110. Dixi: *patr. pot.* Ceſſat ergo in liberis emancipatis aut qui alio modo a patria poteſtate liberati ſunt, veluti juſta ætate: quam Jus Naturæ dictat, ſed jura Statutaria determinant. vid. 1. *aphor.* 62. Confer. Schel. *libert. public. pag.* 75. & *ſeq.*

TIT. XXXI.

Utrubi.

§. 260. Memorabile etiam (21) eſt Interdictum *Utrubi.* Quod eſt retinendæ poſſeſſionis corporalis rei mobilis *l. un. h.* §. 4. *I. interd.* Dixi, *retinendæ:* quo ſpectat & illud Auſonii:

Interdictorum trinum genus: unde repulſus Vi fuero, aut Utrubi fuerit, Quorumve bonorum.

Olim tamen erat & *recuperanda:* unde & interdicturus *Utrubi*, ad Exhibendum agebat *l.* 2. §. 5. *junct.* §. 12. *ad exhib.* Exemplum habes apud Petronium *Satyric. c.* 13. ubi Encolpius Aſcylto tuniculam, quam ruſticus & mulier poſſidebant, quo jure (in Petitorio, nempe, an in Poſſeſſorio) illa vindicari deberet? interroganti, reſpondet, nolle ſe Petitorii circuitu agere, ſed poſſeſſores Interdicto & in Poſſeſſorio conveni re, quod planius. *v.* §. 219 *num.* 1. *ſupra.* Quod ad reliqua vide ſis *ſupra*, §. 240.

TIT. XXXII.

De migrando.

§. 261. Infrequens autem (22) eſt Interdictum *De Migrando*, quod eſt Prohibitorium, ne vis fiat inquilinis, cum rebus invectis & illatis, poſtquam ea pignori obligatæ eſſe deſierunt (ſume, mercedem ſolutam eſſe) emigrare volentibus *l.* 1. *h. t.* Poſſunt enim extra ordinem judicis officio facilius juvari *l.*1.§.2.*h.v.Adm.VII*,§.167. Qui habitationis favor

 eſt,

eſt, etiam alibi ſe exerens *Conf. 2. aph.* 59.

TIT. XXXIII.

De Salviano Interdicto.

§. 262. Tandem (23) obſervandum eſt *Interdictum Salvianum*: quod (unde dicatur, vide G. Coccejum noſtrum *ad. l. 2. inf. de O J.* & Kettler. *decij. Oſt. Friſic. 7. n. 1. & ſeqq.*) datur creditoribus ad perſequendam *in poſſeſſorio* pignorum hypothecarumque poſſeſſionem. Eſtque vel directum vel utile.

§. 263. Directum datur locatori prædii ruſtici, contra colonum ad adipiſcendam poſſeſſionem eorum, quæ pro mercede tacito vel expreſſo pignore obligata ſunt. *l. 1. ff. h. t.*

§. 264. Utile Salvianum datur (1) aliis quibuscunque crediroribus hypothecariis.(2) contra quoſcunque poſſeſſores *d. l. 1. §. 1. h.*

§. 265. Verum huic poſteriori, graviter obſtare nonnulli putant verba *in l. 1. C. de precar.* ibi: *Salviano, id enim tantummodo adverſus conductorem debitoremve competit.* Ad quæ reſpondent (1) communiter, intelligenda hæc eſſe de Salviano *Directo.* At *Utile* dari contra omnem poſſeſſorem. Quam reſponſionem firmabis, ſi ultimum verſiculum dictæ legis (ibi: *vel qua ad exemplum ejus inſtituitur utilis, adver-*

ſus

ſus emtorem exercenda eſt) retuleris ad Salvianum: ad quod reſpiciat illud: *ejus.* Ita ut illud (*qua*) ſpectet ad actionem quam pro Interdicto hodie inſtituimus. Quid ſi (2) mecum reſpondeas, dictum textum *in d. l.* 1. *C. deprecar.* hoc tantum velle, quod Salvianum non abſorbeat *integrum* jus in *petitorio*, ſed quod ſit non niſi *poſſeſſorium*: Verum ſi quis velit *integrum jus* in *petitorio* perſequi (*confer. l. un: ibi: integra proprietatis cauſa C. ſi de momentan. poſſ.*) eum non debere hoc Salviano interdicto, ſed Serviana actione experiri. Diſſ. Dn. Böhmer. *de actionib. ſect.* 2. *c.* 3. §. 101.

LIBER XLIV.

TIT. I.

De Exceptienibus & Præſcriptionibus & Præjudiciis.

§. 266. Reſtant Exceptiones; *vid.* §. 167. *ſupra.* De quibus Pandectæ tractant 1. Generalia. 2. Species. 3. Objecta, quæ ſunt Obligationes & Actiones. De quibus omnibus *hoc libr.* 44. Sed de Exceptionibus in genere dixi *ad Inſtit. libr.* 4. *aphor. tit.* XIII. Nunc earundem famoſiores nonnullas Species luſtremus.

§. 267. Harum Prima occurrit in Rubrica *h.t.* ſcilicet *Præſcriptio.* Etſi enim Præſcriptionis vocabulum ita late etiam capiatur, ut Exceptionem in genere quamcunque denotet, & *præſcribere* idem ſit quod *excipere l.* 11. *l. p. h. l. f. de ſuſp. tut. l.* 3. §. 1. *pravar.* ſtricte tamen & proprie Præſcriptiones ſunt illæ exceptiones declinatoriæ, quæ actionem directo non oppugnant: qualis ex. gr. eſt exceptio fori *l. f. C. h.* Ut hæ *Præſcriptiones* dictæ videantur quaſi *præter ſcriptiones.* Ut apud Græcos Παραγραφαὶ παρὰ τὴν γραφήν. *vid.* Bachov. *ad Inſt. rubr. tit. de uſucap.*

§. 268. Secundam Speciem indicat Rubrica eadem *h. t. ibi: Præjudiciis.* Præjudicium, alibi aliud quid deſignans *l.* 36. *de O. & A. l.* 4. §. *f. de cenſib.* hoc loco eſt exceptio qua actio intentata eo removetur, quod ea ipſa actioni alteri majori detrimentum ſive Præjudicium inferat. Exemplum habes in *l.* 16. *h. t.* de quo vid. Weſenb. *h. n.* 6. Coraſ. 2. *miſcell.* 5. Maranta 4. *ord. judic.* 20.

TIT. II.

De Exceptione rei judicatæ.

§. 269. Tertia Species eſt *Exceptio rei judicatæ.* Hanc opponit ille, qui Judicis ſententia abſolutus eſt, ſi ab actore eodem, de eadem re, ex eadem cauſa, denuo convenia-

niatur. *l.* 6. *l.* 7. §. 4. *l.* 12. *& ſeqq. h. t.* Tria ergo eadem hic requiruntur: Eadem perſona actoris & rei: Eadem res, & Eadem agendi cauſa.

§. 270. Eædem perſonæ dicuntur, etiam tutores, procuratores, etiam fidejuſſores *l.* 11. §. 7. *ſeqq. l.* 28. *h.* non autem coheredes *l.* 22. *h. arg. l.* 63. *re jud.*

§. 271. Eadem res eſt, etſi deinde ejusdem pars petatur: etiam cum ipſa res aucta vel imminuta eſt: etſi ejus duntaxat acceſſiones petantur *l.* 7. *pr.* §. 1. *l.* 21. §. 1. *h.* Limita quod ad tignum, ædibus deſtructis *l.* 7. *pr. &* §. 3. *h.* Plane autem non eſt eadem res Poſſeſſio & Proprietas. *l.* 14. §. *f. h. l.* 12. §. 1. *A. A. P. l. f. C. quor. bon. v.* §. 219 *n.* 2. *infr.*

§. 272. Eadem cauſa ex origine petitionis æſtimanda eſt. *l.* 11. §. 4. *h.* Ergo, ſi quis alia cauſa nunc novam fundet actionem, exceptione rei judicatæ non repelletur, *l. f. h.* Limita (1) Niſi actiones concurrant elective. *l.* 25. §. 1. *h. l.* 76. §. 8. *legat.* 2. *v.* §. 288. *infra.* (2.) Ut qui *in rem* egit non expreſſa cauſa ſpeciali: deinde hanc exprimens, non audiatur; vid. *l.* 14. §. 2. *h. t.* (3) Ut ſi ab alia cauſa altera dependeat, ſcientia hanc alteram cauſam obmovere volentis obſtet; *vid. l.* 63. *de re judic.* Quo & refero, ſi reus condemnatus id quod ſolvit, condictione indebiti repetere velit:

quod

quod ipſum facere non poſſe, per jam dicta ſentio. Diſſ. Struv. *ff. h.t.th.* 21.

§. 273. Ceſſat hæc Exceptio 1. Si ceſſet cauſa, propter quam reus abſolutus eſt; *vid. l.* 9. *pr. l.* 19. *ſeq. h.* 2. Si a ſententia recte appellatum fuerit; *arg. l.* 1. §. *f. Turpill. l.* 32. §. 3. *C. de appell.* 3. *vid. ad I.* 4. *aph.* 102.

TIT. III.

De diverſis temporalibus Præſcriptionibus, & de Acceſſionibus poſſeſſionum.

§. 274. Quartam Speciem exhibent Præſcriptiones ſive Exceptiones temporis, quæ diverſæ ſunt; *teſte Rubrica h. t.* competuntque ad actiones tempore jam exſtinctas, ſed de facto iterum motas, excludendas: Sunt ergo exceptiones Facti; *vid.* 3. *aphor.* 155.

§. 275. Et aliter quidem obſtat Præſcriptio actionibus Prætoriis, aliter Civilibus.

§. 276. Prætoriæ vel ſunt pœnales, vel rei perſecutoriæ. Illis obſtat tempus annale *l.* 1. *h.* Excipe actionem furti manifeſti in quadruplum, quæ perpetua eſt *pr. I. de perpet. & tempor. act.* Alias exceptiones dat Lauterb. *Comp. h. t. in E. intus*, ex *l.* 13. *de ſerv. corr. l. f. nau.*

caup.

caup. ſtabul. l. 13. §. 2. *ſ. de publican.* Niſi malis hic agnoſcere deciſionem *legis* 35. *pr. ff. de O. & A.* puta ut actio de ſervo corrupto, item adverſus nautas, caupones, & ſtabularios, & adverſus publicanos (de quibus viſæ tres leges loquuntur) perpetuæ ſint, quatenus rem perſequuntur, at anno exſtinguantur quatenus pœnales ſunt *l.* 1. *de. publican.* Add. dicta 4. *aphoriſm.* 59.

§. 277. Quantum ad actiones Prætorias rei perſecutorias, *ex l.* 35. *ff. de O. & A.* diſtinguendum eſt, inter eas quæ dantur *contra Jus Civile*, & eas quæ ſaltem *præter* illud competunt; *vid. d. l.* 35. *ibi: quia contra Jus Civile datur.* Ita ut Regula ſit conſtituenda bimembris: illas eſſe annales, has vero perpetuas *d. l.* 35. Sed hæc Regula exceptionibus obnoxia eſt, vid. *Adm. I.* 201. *IV.* 35. Lauterbach. *d. p.* 615. & quæ *ibidem* dixi in *Sicilimentis*. & ad Inſtit. *libr.* 4. *aph.* 70. *& ſeqq.* Adde ex *d. l.* 35. ſequi, actiones ex delicto rei perſecutorias regulariter perpetuas eſſe; *add l.* 21. §. 5. ibi: *licet ex delicto naſcatur, tamen rei perſecutionem continet, & ideo non anno finitur. ff. rer. amotar.* Ceterum huic rationi & Regulæ obſtare putatur *l.* 7. *ff. de alien. judic. mut. cauſ. fact.* ibi: *quia pertinet quidem ad rei perſecutionem, videtur autem ex delicto dari*; Reſpond. Hæc lex ad illa præcedentia *in l.* 4. §. *ult. ſeq. in heredem autem vel ſimilem non*

dabi-

dabitur: duntaxat pertinet: non vero ad illa in l. 6. interjecta: *poſt annum*. Ut patet ex collatione *d. l.* 21. §. 5. *& d. l.* 25. Nunc obiter notaſis elegantem in *d. l.* 7. textum, pro ſententia illa quæ aſſerit, ex delictis defunctorum heredes non teneri, ne quidem actionibus rei perſecutoriis. Quod limita, quoad turpia lucra *l. 5. ff. de calumniat. l. un. C. ex delict. defunct.*

§. 278. Civiles actiones regulariter triginta annis emoriuntur *l.* 3. *C. de præſcr.* 30. *annor.* Limita 1. Niſi alter præter lapſum temporis ſimul Uſucapionis requiſita omnia adhibuerit: tum enim actiones in rem tribus, decem, aut viginti annis extinctæ cenſebuntur *pr. I. de uſucap. l. un. C. de uſucap. transform.* Limita 2. Niſi brevius tempus aliquibus actionibus leges præfixerint: veluti Querelæ inofficioſi teſtamenti quinquennium *l. f. C. inoff. teſt.* & inofficioſæ donationis *l. f. C. inoff. donat.* Veluti idem quinquennium obtinet, ſi minor alienationem absque decreto factam velit nullitatis arguere *l. f. C. ſi major factus alienationem ſine decreto factam ratam habuerit.* vid. *Adm. IV.* 173. *& VII.* 157. Limita 3. Niſi longius tempus actionibus quibusdam ſpecialiter Leges indulgeant. Veluti cum actionibus litis conteſtatione ſemel firmatis vita datur quadraginta annorum. *l.* 1, *C. ann. except. Adm. II.* 5. Idem tempus habent actiones Eccleſiis competentes: Immo centum anno-

norum, quod ad Eccleſiam Romanam; *vid. Irner. injur. vap. coit. XI.* Quinquagenariam actionem unam habes *l.* 1. *C. de aleatorib.* Alia alibi occurrunt. De Criminalibus tene ſis, accuſationes regulariter viginti annis terminari *l.* 12. *C. de falſ.* Dixi 4. *aph.* 81.

§. 379. Aliquando & exceptionibus, etſi hæ regulariter perpetuæ ſint *l.* 5. §. *ult. de dol. mal. & met. exc.* obſtat Præſcriptio temporis: veluti biennii quod ad litterarum obligationem §. *ult. I. de litter. obl. arg. d. l.* 5. §. *ult.* Vid. *Admon. III.* §. 5. Exceptio dotis cautæ non numeratæ repræſentata eſt *Adm. IV.* 113.

§. 280. Graviter heic controvertitur, an bona fides ad Præſcriptiones Perſonales de Jure Canonico requiratur perpetua? Quod affirm. quoniam ſecundum hoc jus requiritur abſentia conſcientiæ rei alienæ perpetua *c. f. x. de præſcript.* Lauterbach. *comp. ff. pag.* 616. *a.* Dixi *ibi in Sicilim. manip.* 1. *num.* 97. Diſſ. Mencke *diſſertat. Academ.* 10. Contra: ſi bona fides adſit, ne quidem defuncti mala fides obſtabit heredi. *arg. d. c. f. & c.* 15. *& c.* 17. *x. eod. & c.* 2. *eod. in* 6. *& c.* 2. *de R. J. in* 6. Alexand. 1. *conſil.* 110. *n. ult. &* 2. *conſ.* 64. *n.* 1 *&* 4. *conſil.* 63. *n.* 1. Jo. Ramus a Gomeza *ad l.* 5. *ff. de jur. & fact. ignor. n.* 3.

§. 281. Sciendum adhuc eſt (1) Præſcriptiones, qvæ Poſſeſſione fundantur, admittere

Poſ-

lis vel *Specialis.* Illam & *concurrentem*, hanc *ſubſidiariam* poſſis cognominare. Illa ſiquidem cum aliis Exceptionibus concurrit, ut acceſſoria: unde & naturam earumdem, quibus acceſſit, ſequitur. *v. l.* 3. *C. de non num. pec. l.* 2. §. 4. *l.* 4. §. 33. *h. t. l.* 36. *V. O.* Hæc autem per ſe ſtat, competitque ex iſtis cauſis ex quibus alias actio de dolo enaſcitur: de quo *ff. libr.* 4. *tit.* 3. *ſupra.*

§. 284. Sexta eſt *Exceptio Metus*, *rubr. ff. h. t.* qua ille qui metu non vano ad gerendum aliquid coactus eſt, actorem repellit. *vid. libr.* 4. *tit.* 2. *ff. ſupra.*

§. 285. Differunt Exceptio Doli & Metus inter alia in eo, quod Exceptio Doli contra eum abſciſſe detur, qui dolo egit. *l.* 2. §. 1. *l.* 4. §. 33. *h. vide tamen d. l.* 4. §. 27. & §. 29. At Exceptio Metus competat contra quemcunque, etſi metum non intulerit: *d. l.* 4. §. 33. Aliam differentiam obtrudit Lauterb. *comp. ff. h. t.* quaſi ſc. illa contra parentes non detur: cum hæc detur. Sed textus quem adducit, nempe *l.* 4. §. *ult. h.* monſtrat contrarium: ut vel hujus textus argumento dicendum ſit, neutram contra parentes dari. *add. l.* 9. *obſeq. l.* 11. *dol. mal. l. f. C. furt.* Ut *d. l.* 4. §. *f.* de patre in poteſtate habente loquens, non niſi exempli gratia loquuta fuiſſe, cenſeri debeat §. 236. *fin. ſupr.* Circumfertur & Tertia Differentia, qua Excep-

 tio-

tionem Doli replicatione Doli non excludi *d. l.* 4. §. 13. at Exceptionem Metus replicatione Metus elidi *l.* 12. §. 1. *quod met. cauſ.* ſtatuitur: quam tamen dictis legibus non contineri, perſuaſus ſum: ſed nec legibus aliis. *vid.* Tit. *h.* o. 1133. Ut in pari cauſa, rei & poſſeſſoris cauſa, utroque caſu potior ſit. *l.* 125. *l.* 128. *de R. J. arg. l.* 39. *ſol. matr.*

TIT. V.

Quarum rerum actio non datur.

§. 286. Septimo huc pertinet *Exceptio non competentis actionis. rubr h. t.* Quæ duplicem ob cauſam locum habet. Vel enim id ideo fit, quod ſint Exceptiones *Litis finitæ:* vel quod ſint Exceptiones *Facti.* Prioris generis ſunt Exceptiones *Transactionis*, *Rei judicatæ*, & *Jurisjurandi. l.* 1. *h. t. l.* 2. *de jurej. l.* 25, *ſtat. hom. l.* 20. *C. tranſ.* vid. Marta *Digeſt. noviſſ. tom.* 1. *tit. exceptio. c.* 5. 8. 12. 13. & 14.

TIT. VI.

De Litigioſis.

§. 287. Poſterioris hodie generis eſt *Exceptio Litigioſi. l.* 2. *l.* 4. *C. h.* (etſi hæc olim fuerit Exceptio Juris *l.* 18. *R. V. l.* 1. *ſ. quæ res pign.* Sed Compilatores ff. hanc Titulo Quinto ſub-

ſubjecerunt; ut inſervirent Juri Novo: quod novum non eſt *rubr. ff. de interd.*) Competitque poſſeſſori rei litigioſæ alienatæ; contra eum qui dum lis pendebat(*v. Adm. II. 5.*)rem ex. gr. emit,& inde eandem rem nunc petit. Idem eſt, ſi *actio* litigioſa alienata fuerit: niſi quod in *re* litigioſa alienata de qua actio in rem movetur, ſufficere videatur *Citatio* ad inducendum litigioſi vitium. *Nov.* 112. *cap.* 1. *junct.* §. 26. *I de action.* Add. Admon. *part.* 2. §. 5. Sande *de act. ceſſ. c.* 5. *n.* 16. *ſeqq.* Reiter. *de alienationib. part.* 1. *c.* 17. *ſect.* 1. *&* 2. Plures *Facti* Exceptiones (ex. gr. præſcriptionis) vidimus alibi, *v.* 252. *ſupra.*

TIT. VII.

De Obligationibus & Actionibus.

§. 288. Reſtant (*vid.* §. 266. *ſupr.*) Obligationes & Actiones. Sed de his illisque dixi *ad Inſtit. libr.* 3. *tit* 14. *& libr* 4. *tit.* 6. *& ſeqq.* Add. quod ad definitionem Actionis, *pr. I. h. t. & l.* 51. *ff. eod.* extantem, Steph. Forcatul. *necyomant. dialog.* 96. *junct. dial.* 82. Et quæ dixi de diviſione Actionum in bonæ fidei & ſtricti juris, *ad L. Vinum.* §. 16. Corollariorum loco addo (1) Non agnoſcere me Diviſionem illam quorundam Doctorum in Actiones *Nativas* & *Dativas:* quam vides apud Lauterbach. *comp. ff. pag.* 622. ut ſcil. *Nativa* ſint quæ præexiſtentem ſufficientem habent materiam, ex qua deſcendant, ex contractu ſcil. vel delicto veris,

ris vel quaſi: *dativæ* autem autem quæ præexiſtentem cauſam talem non habent ſed ex ſola æquitate, a lege dantur. Repudio, inquam, hanc Diviſionem *arg. §. ult. I. de obligat. §. 1. I. de act. l. 91. §. 3. V. O. Nov. 18. cap. 5.* Nec juvatur dicta diviſio *arg. l. 5. auct. tut.* cum agat de pupillo locupletato. Quid? an *locupletari* nihil eſt? ſi hoc non, quid eſt quod actionis nativitati aptiorem matrem præbere poſſit? Alibi idem Lauterbachius, actionum dativarum exemplum aſſerit Actionem Redhibitoriam. *Lauterb. comp. p. 412.* Sed contra expreſſum jus *l. 23 §. 4. de ædil. edict. l. 2. §. 5. C. V. ?. E.* Alibi idem Condictionem Furtivam in hunc cenſum redigere conatur *Lauterbach. comp. p. 209.* ſcilicet ut ita evitetur argumentum ex *l. un. C. ex delictis defunctorum*, in Quæſtione, an Condictio Furtiva detur in heredem furis in ſolidum, etſi id ad eum non pervenit? ſed fruſtra, ut dixi *4, aph. 10. Admon. III. 19.* His adde: omnes omnino actiones *nativas*, eſſe ſimul *dativas*. Nativas reſpectu cauſæ propinquæ: Dativas, quoad cauſam remotam. *arg. l. 1. ff. commod. l. 1. ſerv. corr. l. 1. vi & vi arm. l. 1. æſtim. act.* Forcat. *dial. 97.* Bartolus tamen *ad l. 7. ff. de pact. & l. 1. ff. de cond. furt.* ridiculam iſtam actionum diviſionem conatur illuſtrare exemplo Adami & Evæ: ut ille ſit homo dativus: hæc ut & alii homines ceteri, nativi: excipiendo Salvatorem noſtrum, quem, ait

ait reſpectu Patris humani, eſſe hominem Dativum. Mirum quod idem Bartolus non exceperit & Melchiſedecum, qui & ipſe ſine patre & matre eſſe dicitur: niſi quod hodie aurum & argentum corruptionibus adhiberi frequenter ſuetum, patris & matris Melchiſedeci offerentis, nomen & vicem ſubeant, de quo Philander von Sittewaldt *part.* 2. *viſion.* 1. & Sewel *Boeckſael. Sept. Oct.* 1705. *pag.* 246. Diſſ. Petr. a Bella Pertica *quæſtion.* 12.

§. 289. Addo (2) Plurium actionum concurſum (a quo diſtingue earundem Cumulationem, de qua *Adm. I.* 141.) pendere ex Regula: *Quoties concurrunt plures actiones unius rei nomine, una quis experiri debet, l.* 43. §. 1. *de R. J. Conf. l.* 59. *eod. & l.* 51. *in f. de re judic.* v. Adm. *IV.* 162. *fin.* Dicitur: *unius rei nomine.* Aliud eſt, ſi *de eadem re* ſint *diverſarum rerum* nomine, id eſt, ſi ob idem factum tendant ad diverſa. *l.* 130. *de R. J.* §. 1. *in f. l. Si quadr. paup. fec.* Ex eodem fluxit diviſio Doctorum, qua Concurſum alium faciunt cumulativum, alium electivum, alium ſucceſſivum. Cumulativo locus eſt cum actiones de eadem re (id eſt eodem facto) competentes ad rem diverſam tendunt, veluti Condictio Furtiva, & Actio Furti dantur quidem de eadem re, nempe Furto, ad diverſa tamen, illa nempe ad rem, hæc ad pœnam. Electivo locus eſt cum tendunt omnino ad idem. vide exemplum *in l.* 9. §. 1. *tributor. act.* Suc-

ceſſivo, cum quidem ad idem tendunt, ita tamen ut in altera plus ſit: de quo *l.* 34. *&* *l.* 41. §. 1. *h.t.* Plura vid. apud Bockelman. *Colleg. Actionum Diſput.* 10. *&* *comp. l. de act. part.* 1. *n.* 50. *ſeq.* Cabor. 1. *diſput.* 30. Wiſſenb. *ad Inſtit. diſp.* 48. Struv. *ff. exerc.* 46. *th.* 88. *ſeqq.* Rhet. *vol.* 1. *diſputat.* 12. Brandeſt. *Diſput. Baſil. vol.* 6. *diſp.* 15. Horum aliorumque Auctorum lucubrationes cum ubique ferme obviæ ſint, ad eas Lectorem comiter remitto. Liceat & mihi tamen nonnihil ex mea penu adjicere. Enimvero dubium non leve injicit Paulus *in l.* 34. *& in l.* 41. §. 1. *h.t.* Uterque locus eſt ex Paulo. De hoc vulgo notum eſt judicium Raphaëlis Fulgoſii *ad l.* 17. *ff. de inoffic. teſtam. Audiviſtis* (inquit dictus Fulgoſius) *iſtum textum, & ſi bene non intellexiſtis eum, legetis ter & quater: & ſonabit vobis: ſic enim eſt mos Pauli. Et ſi haberem eum in manibus, eum per capillos interrogarem: iſte maledictus Paulus ſemper ita obſcure loquitur, ut vix poſſit intelligi.* Hæc ille. Certe dictæ leges duæ *l.* 34. *& l.* 41. §. 1. *h.* etſi ter quaterque lectæ nondum tamen ſonare voluerunt: adeo ut violentas manus iiſdem intulerit proterva Criſeos ambitio. Vide ſis ſaltem Gothofredi noſtri notas *ad dictas leges:* & deprehendes in *d. l.* 34. pro *remanere*, ſubſtitui, *non remanere:* & pro verbis: *locum non habet*, legi, *locum habet.* Et in *d. l.* 41. §. 1. pro, *id conſequatur:*

quatur: reponi, *nihil conſequetur.* At vero quid eſt jura pervertere, ſi hoc non eſt? Tu cogita, Lector, an non in *d. l.* 34. ſenſus apertiſſimus ſit, ſi illa verba: *ſed verius eſt remanere:* parentheſi mecum includas? hoc modo: *& quidem poſt Legis Aquiliæ Actionem, utique Commodati finietur. Poſt Commodati an Aquiliæ remaneat in eo, quod in repetitione triginta dierum amplius eſt, dubitatur (ſed verius eſt, remanere) quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non habet.* Ut mens Pauli hæc ſit: etſi dubitandi rationem magnam præbeat, quod in Legis Aquiliæ triginta dierum æſtimationis augmento, *acceſſorii* indoles obtineat, quod *principalis* ſimpli naturam debeat ſequi, adeoque & hoc ſubducto ſubduci: remanere nihilominus tamen Legis Aquiliæ actionem, propterea, quod in hoc actionum concurſu non acceſſorii indoles attendenda ſit, ſed an in actione altera aliud & plus ſit, quam in actione priori. Pergamus nunc & ad alterum locum Pauli in *d. l.* 41. §. 1. *h.* Verba ejus ſunt hæc: *Si ex eodem facto duæ competant actiones, poſtea judicis potius partes eſſe, ut quo plus ſit in reliqua actione, id actor ferat: ſi tantundem aut minus id conſequatur.* Dico: eundem admittere hunc ſenſum, ut *tantundem* & *minus* referatur ad id quod *plus* eſt: & verba hoc modo fas ſit diſpungere: *ſi tantundem aut minus*

id, *conſequatur*. Id: ſcilicet id plus, de quo præceſſerat. Et ſi id plus ſit tantundem quam alterum quod quis jam conſequutus eſt, ut id nihilominus actor conſequatur. Quod ſi tu tamen Lector emendationem textus obſtinate urges: quid videtur, ſi commate poſito poſt *minus*, mox pro, *conſequatur*, legam, *non ſequatur*. Id tantundem ſcilicet vel minus poſterioris actionis non ſequetur actorem. Certe facilius ex *non ſequatur*, evadet *conſequatur* quam ut pro *nihil* ſcriptum credas, *id*. Adhuc moneo, ex *d. l.* 41. §. 1. lucem accipere textum in *l.* 130. *de R. J.* ibi: *Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit*. Per *eandem rem*, intellige, *idem factum*. Ita enim *d. l.* 41. §. 1. Et notum eſt; *rem* pro *facto* & alibi accipi, *l.* 32. *legib. l.* 4. *pro ſoc.* Tum poſt illud: *conſumit*; adde: *quo plus ſit in reliqua actione*. Hæc enim verba habes in *d. l.* 41. §. 1. Pertinebunt ergo & ad *d. l.* 130. Lex enim una ad alteram pertinet. *l.* 28. *ff. de legib. l.* 26. *d. t.* §. *p. I. de L. Aquil.* vid. *Admonitor. I.* §. 43. Adde ſis (3) regulam Doctorum, omnes actiones bonæ fidei, enumerari in §. 28. *junct.* §. 29. *I. de act.* nullo modo probari ex illo: *hæ*: quod occurrit *in d.* §. 28. de quo vid. Dn. Böhmer. *de actionib. ſect.* 1. *cap.* 3. §. 12. *& ſeqq.*

§. 290. Ad Titulum de Obligationibus dixi,

dixi, naturalem obligationem non parere actionem *l. 7. §. 4. pact.* At huic vehementer creditur obſtare lex gemina, intelligo *l.* 10 *h. t.* & *l.* 16. §. 4. *de fidejuſſor.* Reſpondent (1) in *d. l.* 10. intrudendum eſſe *non*, ante *competit.* Immo, quod pulchrius eſt, ad *d. l.* 10. §. 4. totum hunc §m 4tum eſſe tollendum. Hotom. *apud Gothofr. not. ad d. l.* 10. *& d. l.* 16. §. 4. (2) Obligationes naturales aliquando actionem producere. De quibus exceptis caſibus intelligenda ſit *d. l.* 10. & *d. l.* 16. §. 4. Bockelman. *de actionib. cap.* 3. *part.* 9. *§.* 2. Tu dic (3.) Naturalium Obligationum eſſe duas Species: Mixtas & Meras. *arg. l.* 126. §. 2. *verſ. Supereſt. ff. de V. O. junct. §.* 1. *verb. aut certo Jure Civili comprobata. I. de oblig.* §. 2. *inf. I. de j. nat. gent. civ.* §. 1. *I. except. l.* 6 *ff. de J. & J.* Dictæ ergo leges oppoſitæ, cum ex naturali obligatione actionem dari aſſerunt, intelligunt naturalem mixtam: Cum alios tantum effectus (non ſimul actionem) eidem indulgent, loquuntur de mere naturali. Vel (4) per *naturales* intelligi in dictis legibus oppoſitis, obligationes *veras.* Conf. *l.* 30. *C. de jur. dot.* Certe enim inter obligationes & civiles & naturales ſunt aliquæ, quæ non niſi civiliter & apparenter tales ſunt, at quæ rei veritate inſpecta tales non ſunt. Ita inter Naturales occurrit obligatio ad ἀντίδωρα: Inter Civiles, ex. gr. per vim metumque inita.

Ut leges oppoſitæ ſuſtineant Diviſiones Obligationum Naturalium & Civilium in Efficaces & Inefficaces: de quibus dixi *ad Inſt. libr.* 3. *aph.* 51. *&* 53. & plene Bockelman. *tr. de act. cap.* 3. *part.* 8. *& ſeqq.* Certe præſtat ex duabus his ultimis unam eligere, quam ſecundam amplecti: quam refutavi, *ad I. libr.* 3. *aph.* 57. Prima autem iſta reſponſio ne quidem refutari meretur.

§. 291. Nec in aliis Tituli hujus legibus feliciores ſunt Critici. In *l.* 35. *pr. h.* pro, *cum*, legunt *qua*: Sed non recordantur, etiam *Reſciſſoriam* actionem eſſe *Publicianam*. Vide ſis quæ dixi *ad Inſt.* 4. *aph.* 50. & plenius *Benedict. noſtr. ſive collation. Cathedrar. cum Excellentiſſ. JCtis collat.* 2. Sed ad alia. In lege 33. *h. t.* quid non moliuntur? vid. Gothofr. *not. add. l.* 33. Sed tu noſti §. 1. *verſ. Pœnales autem. I. de perp. & temp. l. un. C. ex del. def. l.* 3. §. 11. *de pecul. l.* 58. *h. t.* Quid de *l.* 44. §. 3. *h.*? Scilicet *alter* refert ſe ad *hominem*, de quo textus loquitur, veluti *alterius* ſpectat ad illa *decem.* Sic mos eſt Pauli. Hujus enim ſunt *d. l.* 33. *d. l.* 35. *d. l.* 44. §. 3. Reliqua alibi videbimus.

§. 292. Et hoc tamen ſuperaddo: Eſſe aliquod Jus in re innominatum *l.* 21. *C. de SS. Eccleſ.* Ex hoc pro parte altera oriuntur & Actiones illæ Mixtæ, quæ alias *Actiones in rem ſcripta*

audiunt

audiunt: qualis eſt Actio ex. gr. Quod Metus cauſa. Ex hoc eodem dantur & Actiones Præjudiciales: nam & hæ in rem ſunt §. 13. *I. de act.* In rem: pro parte ſcil. Nam pro parte altera hæ Præjudiciales ſunt ex Jure Perſonarum. Adeoque & hæ Præjudiciales erunt Mixtæ. Niſi malis Jus Perſonarum hic agnoſcere Cauſam Efficientem *Remotam*: Jus in re innominatum autem, *Proximam*. Hoc a te, Lector, expecto, ut ſi Contractus Innominatos admittis, Jus in re Innominatum non reſpuas. Add. *Admon. II,* §. 111.

ADMONITORIA
AD
PANDECTARUM
PARTEM SEPTIMAM.

§. 1. Hæc ultima Pars Pandectarum, a libro 45. uſque ad ff. finem, complectitur 1. ſuperiorum Cauſarum commune Acceſſorium, Verborum ſcilicet Obligationem

nem. 2. Earundem Commune Contrarium, quod eſt Obligationum inde natarum Extinctio atque Sublatio. 3. Materiam Delictorum. 4. Tractatum de Appellationibus. 5. Cauſas Publicas. 6. Generalem Pandectarum Appendicem.

LIBER XLV.

TIT. I.

De Verborum Obligationibus.

§. 2. Verborum obligatio naſcitur ex Stipulatione, quæ eſt, contractus *quo quis alterius conventionis firmandæ gratia verbis oretenus interroganti aliquid ſe præſtiturum congrue abſque intervallo promittit.* Dixi *firmandæ alter.* Hinc enim Stipulatio nomen habet. *v pr. I. h. t.* Tali ergo deficiente conventione firmanda, Stipulatio non obligabit: utpote acceſſionis id volente indole. v. *l.* 25. *§. f. de probat. l.* 1. *l.* 3. *de cond. ſin. cauſ. l.* 2. §. 3. *de dol. mal. & met. exc. l.* 56. *de pact.* Diſputat. Baſil. *vol.* 6. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. Dixi *congrue:* Non tantum, quoniam olim certæ quædam verborum conceptiones & formulæ hoc in contractu erant adhibendæ. Veluti ad interrogationem: *Spondes?*

des? non reſpondendum erat, *promitto:* ſed abſciſſe: *Spondeo. Promittis? promitto: Dabis? Dabo: Facies? Faciam:* quod poſtea Leoniana conſtitutione, quæ verba quidem requirit, ſed formulas illas certas negligere permittit, abolitum eſt: §. 1. *I. de V. O.* Sed & quoniam reſponſio adhuc debet in forma interrogationi congruere. vid. §. 5. *I de inutilib. ſtipulat.* Dixi *abſque intervallo:* intellige *notabili.* modicum enim non nocet *l. 6. §. 3. de duob. reis. l. 137. pr. ff. de V. O.* Intellige item intervallum non tantum temporis, ſed & loci, nam & exaudire ſeſe debent. *§. 7. I. h. l. 12. duob. reis. l. 137. pr. de V. O.* Ceterum Moribus, ſtipulationis uſus rarior eſt quam olim, eo quod pactum ſerium ejus vice fungatur. Rationem ejus peto ex Tacito qui *libr. 13. annal. cap. 54* ait, Friſiorum, tum Germanorum, duces in ore habuiſſe: *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe:* Quocum confer ſis eundem Tacitum *de M. G. c.* 24. de quo §. 72. *n. 1. infra.* Aliam collige ex *Irner. injur. vapul. coit. 27. §. 8. & Aphoriſm. ad Inſtit. libr. 3. aph. 71. verſ. Sane cum. Conf. Sicil. Manip. 3. n. 31. fin.* Unde ſi quid ex notabili intervallo aut inter abſentes contrahatur, id valebit ceu pactum, etſi non ut ſtipulatio, hodie. Dixi: *ſerium.* Abſit enim, ut jocoſo ſermoni eandem vim aſſeramus, *v. Admon.* IV. 93. *fin.* Sed nec *verba honoris* (vulgo *Complimenta*

menta) majorem efficaciam habere poſſunt *arg. l.* 1. §. 2. *pact. l.* 19. *pr. de reb. cred.* §. 1. *I. de teſtam. milit.* Zahn. *de mendac. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 1. Boerius *deciſ.* 152. *num.* 37. Parlador. 2. *rer. quotidian.* 3. *num* 45. Schöpffer. *de verbis honoris cap.* 1. *n.* 92. *ſeqq.* Alexand. 6. *conſil.* 237. *num.* 12. Alciat. 2. *parerg.* 12. Sed & Jure Civili dicta interrogationis & reſponſionis congruentia limitatur, ut ſuffecerit, in genere reſpondiſſe: *Promitto. d.* §. 5. *de inutilib.* non obſtante §. 17. *I. eod.* ibi: *ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus.* Reſpondetur enim, hunc textum agere de caſu quo reſpondens ex pluribus ſtipulationibus unam vel quaſdam ſaltem res recipere velit: de quo caſu agit dictus §. 17. Secus eſt, ſi ad omnes adſtringi geſtiat. *d.* §. 5. Similis generalis reſponſio eſt in illo: *quid ni? l.* 1. §. *ſi quis ita ff. de V. O.* Nec obſtat *Auth. ſi quando. C. de conſtit. pecun.* Agit enim de *Conſtituto*: ubi propter interrogationem non præcedentem, de conſenſu, ita ut in ſtipulatione, conſtare nequit. Dixi *Irner. c.* 26. Petrus de Bella Pertica *quaſt.* 343. diſtinguit inter imperſonalitatem a parte Actoris, & a parte Rei: Ut illa vitiet obligationem: hæc non. Adde ſis Steph. Forcatul. *dialog.* 71. *n.* 3. *ſeqq.*

§. 3. Dividitur Stipulatio (1) in certam & incertam. *pr. I. de verb. obl. conf.* §. 4. *infra.* Incerta

certa ſtipulatio eſt, ubi non apparet, *quid, quale, quantumque* ſit in ſtipulatione *l. 75. ff. de V. O.* Ad incertam pertinet etiam ſtipulatio Facti vel Nonfacti §. *ult. I. h.* propter regulam Juris: Debitor facti præſtando id quod creditoris intereſt, liberatur *l.* 13. §. 1. *in fin. ff. de rejud. l.* 14. *l.* 72. *l.* 84. *l.* 112 §. *ult. ff. h. t.* quam tempera 1. niſi juramento facturum ſe quis adſtrinxerit: puta ſecundum Jus Canonicum, quo omne juramentum quod citra diſpendium 1. animæ & 2. tertii, ſervari poteſt, ſervari debet *c.* 28. *x. de jurej.* Limita 2. niſi renuntiaverit libertati præſtandi intereſſe. Unuſquiſque enim juri *ſuo* poteſt renuntiare. *l.* 51. *C. de Epiſcop. l. pen. C. de pact.* 3. Niſi factum ſit, quod Doctores *prægnans* vocant, id eſt quod contineat cauſam bonorum *l.* 52. §. 1. *ff. h. t.* quod & ipſum tamen tum ita intellige, ut civiliter accipiendum ſit. Scil. ut ad tale factum obligatus teneatur pati, rem inde debitam, ſibi manu militari auferri *l. 68. ff. de R. V.* Lim. 4. in caſu *l.* 21. § 4. *de nov. op. nunt.* cujus rationem pete ſis ex *l.* 9. *ff. de juriſd. junct. l.* 176. *de R. J.* Plane ſunt Doctores qui hodie debitorem facti ad factum cogi poſſe, ſcribunt. v. Groenew. *ad l.* 13. *ff. de re judic.* Chriſtin. 1. *deciſ.* 323. *n.* 8. Ooſterga *ad* §. *f. I. h. t. & ad l.* 72. *ff. eod.* Hanedoeſ. *exercit. Imp.* 18. *quæſt.* 7. Vinn. *ad* §. *f. I. de V. O. n.* 3. Greve *ad Inſt. h. t. theſ.* 6. Sed

intereſt

intereſt noſtra, ſcire nationem: inquit JCtus in *l.* 31. §. 21. *ff. de ædilit. edict.* Sane Germani de ea re ſilent. v. Brunneman. *ad l. 72. ff. de V. O.* Stryck. *de cautel. contract. ſect. 2. cap. 5.* §. 5. & Majer. *ad tit. I. de V. O. pag.* 751. Sed & ſunt Doctores qui quod ad ipſum Jus Civile diſſentiunt, quorum argumenta refellit Wiſſenbach. *ff. h. t. theſ.* 8. Hanedoeſ. *d. quæſt.* 7. Harpprecht. *ad pr. I. de V. O. n.* 59. *ad n.* 79. Bachov. *ad Tr. p.* 2 *diſp.* 27. *th.* 1. *lit. L. & ad Weſemb. par. de act. emt. vend.* Majer. *d. pag.* 751. alii apud Tileman. *exerc. cathedr. ad tit. I. de V. O. controverſ. n.* 7. add. Lang. *ad ff. h. t. diſput.* 20. *th.* 14. Ungepaur. *exerc.* 11. *qu.* 2. Thomaſ. *ſchol. ad Huber d. t. I. poſit.* 24. Sicilim. noſtr. *Manip.* 4. *p.* 204 *ſeq.* Beyma *de oblig. dandi p.* 619. Glins. 3. *de mora* 10. *n.* 9.

§. 4. Plane cum ſtipulatio contractus nominatus ſit, dubitandum non eſt quin non tantum ratione incertæ ſed & certæ ſtipulationis, nomini conformis actio, *actio ex ſtipulatu* detur *l.* 83. §. 6. *ff. h. pr. I. h.* Ut *Condictio Certi* & hoc in contractu non niſi Generalis actio ſit. *l.* 9 *pr. &* §. 1. *de reb. cr.* vid. *Adm. part.* 2. § 4. *num.* 12.

§. 5. Secundo: Stipulatio eſt vel Pura vel Mixta. Hæc iterum vel fit in diem vel ſub conditione. §. 5. *h.* Stipulatio *in diem* alias *Ex die* vocatur *l.* 44. §. §. 1. *ff. de O. & A.* & notat terminum a quo. Ita Dies adjicitur vel

expreſſe,

expreſſe, vel tacite adjecto loco, tum enim tantum temporis neceſſarium eſt quanto promiſſor eget ut ad locum venire, aut ibi promiſſum præſtare poſſit. §. 5. *I. h. t.* vid. *l.* 137. §. 2. *ff. h. t.* Ad Stipulationes Conditionales Poſſibiles, pertinent & Sponſiones, & Aſſecurationes: etſi tamen & hæ & illæ nudo pacto peragi poſſint. Ut Aſſecurationem tutius ſit per *pactum* definire. Alii eam contractum Conſenſualem vocant; alii, innominatum: alii aliter. v. Santerna *de aſſecurat. p.* 1. *n.* 7. Werlhoff. *de inſtrum. aſſec. ſect.* 1. §. 6. *ſeq.* Ochs *de aſſec. c.* 1. Impoſſibilis conditio, ut omnem contractum, ita & Stipulationem, vitiat. *l.* 31. *de O. & A.* vid. Abele *metamorph. tel. judic.* 1. 38. Plura dixi *Adm. I.* 155. *&* *V.* 57. *ſeqq.* add. Hochſtetter *Coll. Puf.* 2. 43.

§. 6. Poteſt & (Tertio) dividi ſtipulatio in Expreſſam & Tacitam. *vid.* Pichard. *ad* §. 29. *I. d. act. n.* 19. *&* 20. Tacita eſt, ubi leges eam interveniſſe fingunt, quemadmodum alibi Pacta aut præſumuntur aut finguntur. *v. Admon. I.* 146. *& IV.* §. 11. *&* §. 13. Talis Stipulatio Ficta aut (ſi mavis) Tacita occurrit in *l.* 4. §. *ult. ff. de fidejuſſ. tutor. Adm. IV.* 169. *& alibi.* Notabiliſſima autem ſpecies eſt ea quæ ratione dotis nudo pacto promiſſæ tum per maritum petendæ, tum ab eodem per uxorem repetendæ, interveniſſe, reputari de-

 ber,

bet, Juſtiniano ita jubente in *l. un. pr. & §. 1. C. de rei uxor act.* etſi ab uxoris duntaxat parte, bonæ fidei effecta ſit. *arg. l. 2. C. de dot. promiſſ.* Adde exemplum fidejuſſionis tacitæ inter correos, *in Nov. 99. de qua 3. aph. 90. & Irner. c. 7.*

TIT. II.

De Duobus Reis conſtituendis.

§. 7. Quarto Stipulatio eſt vel Correalis vel Simplex. Correalem vocant, qua duo pluresve rei credendi vel debendi ſuper eadem re ſinguli in ſolidum conſtituuntur *l. 2. h. pr. & §. 1. h. t. junct. l. 12. ff. h. t.* Dixi *ad Inſt. 3. aph. 90. & Irner. c. 7.* Addo, duos correos debere *communiter* accipi, *l. 2. C. de duob. reis.* quod explicari poteſt *ex pr. I. de duob. reis,* ſcilicet, ut uterque prius interroget aut interrogetur, antequam reſponſio ſequatur. ex. gr. Si dicam: Titi dabis hunc equum? Tacere debes Titi, uſque dum pergam interrogando: & tu Mævi dabis hunc eundem equum? Tum demum reſpondeat uterque: *Dabo, dabo.* Sin Titius confeſtim antequam interrogaſſem Mævium reſponderit, *Dabo,* non eſt acceptus *communiter*, ſed *ſeparatim* add. *Benedict. collat. 3. n. 5. & Irner. injur. vapul. coit. 7. §. 9. n. 5.*

Ho-

Hodie tamen iſtud *communiter* illo ſenſu non requiretur. *per* §. *noſtr. 2. verſ. Ceterum. ſupra.*

TIT. III.

De Stipulatione Servorum.

§. 8. Quinto, ſtipulatio eſt vel Servilis vel Liberorum hominum. Dixi 3. *aph.* 91.

LIBER XLVI.

TIT. I.

De Fidejuſſoribus & Mandatoribus.

§. 9. Sexto, Stipulatio eſt vel Principalis; vel Acceſſoria, qualis eſt Fidejuſſorum & Mandatorum. Fidejuſſor eſt qui quod alter debet, interpoſita ſtipulatione fide ſua eſſe jubet. Dico *debet*, non *debuit*: ut intelligamus, illum alterum manere obligatum, fidejuſſoremque abſque novatione obligari §. 5. *l. h.* qui inde & *appromiſſor* vocatur *l.* 5. §. 2. *de V. O.* eodemque ab *expromiſſore* diſtinguitur *l. fin. ff. ad SC. Maced. l.* 43. *de ſolutionib.* Weſel *ad novell. Ultraj.* 10. *n.* 133. Dico *interp. ſtipul. l.* 12. *C. h.* ergo ſtricte hic

 acci-

accipitur vox fidejuſſionis. Alibi aliquandò eadem vox laxius accipitur. *v.* §. 6. *ſupra.* Hinc a mandatore §. 6. *de mand.* & conſtitutæ pecuniæ reo §. 9. *de act.* differt. Plane ſtipulationem hic hodie non eſſe neceſſariam, exiſtimo per ea quæ dixi §. 2. *verſ. Ceterum. ſupra.* Cetera vide ſis *ad I. libr.* 3. *aph.* 99. *& ſeqq.* Adde: 1. Fidejuſſorem qui ſe obligavit ut debitorem principalem, non amittere beneficium *ordinis*: hoc, inquam, etiam ex eo probari, quod *Novatio* non fiat, niſi expreſſe id dictum ſit. *l. ult. C. de novationib.* Dicta ergo obligatio, non facit debitorem principalem, ſed eſt nulla, & habenda eſt pro non facta aut adjecta. Add. Klein. *diſput.* 15. *decad.* 10. *n.* 6. Homborg. *conſil. reſponſ.* 300. Add. 2. Creditorem fidejuſſori ſolventi non tantum actiones, ſed & pignora quæ a debitore accepit, debere cedere. *l.* 36. *ff. junct. l.* 2. *C. h. t.* v. Philippi *ad Inſt. h. t. eclog.* 62. *ſeq.* Add. (3.) Fidejuſſores dotis cauſa dari non poſſe, *rubr. C. Ne fidej. dot.* cujus ratio a Legiſlatore exprimitur in *l.* 2. *C. d. t.* ne *cauſa perfidiæ in connubio generetur.* Hæc ratio nec fidejuſſores ante matrimonium pro dote admittit. Diſſ. Oiſelius *ad Caj. Inſt. libr.* 3. *tit.* 2. nec a marito eos ultro offerri permittit. vid. Goeddæ. *de contr. ſtip. cap.* 6. *n.* 366. *& ſeqq.* ubi refutat diſſentientem Duarenum *dej. dot. cap.* 4. Add. (4.) quod fidejuſſoribus beneficium petendæ liberationis, competere

petere, dixi 3. *aphor.* 104. id ita limitandum eſſe, ſi modo debitum ſit tale ut exigi poſſit. *arg. l.* 38. §. 1. *ibi: diu in ſol. ceſſ. ff. mandat.* vid. Elbert, Leonin. 1. *emendat.* 2. *n.* 10. *ſeq.* Taco a Glins *de mora part.* 2. *aph.* 1. Add. (5.) Fidejuſſoriæ cautioni toties locum eſſe in criminalibus quoties judex arbitrari poteſt, pœnam debere infligi pecuniariam. vid. Jac. Coren. *conſil.* 1. §. *in eo omnes.*

TIT. II.

De Novationibus & Delegationibus.

§. 10. Sequitur (*v.* § 1. *ſupr.*) Obligationum commune contrarium, earundem nempe ſublatio, quæ contingit in Novationibus & Delegationibus, Solutionibus, aliiſque Liberationibus; ſpeciatim Acceptilationibus, item in ſtipulationibus Prætoriis.

§. 11. *Novatio* eſt prioris debiti in aliam obligationem naturalem vel civilem cum prioris ſublatione transfuſio. *l.* 1. *ff. de novat.* §. 3. *I. quib. mod. toll. obl.* Dividique ſolet 1. in Voluntariam & Neceſſariam: hæc fit per litis conteſtationem *l.* 29. *ff. h. t.* (etſi tamen nec ibidem *Novatio* dicatur) ſed minus ad hanc materiam pertinet, cum priorem obligationem per quaſi Contractum augeat, non exſtinguat *l.* 86. *& ſeq. ff. de R. J. l.* 3. §. 11. *ff. de pecul. l.* 41. §. 1. *de fidejuſſor. l.*

2. *C. de judic.* §. 1. *l. de perpet. & tempor.* vid. *Adm.* 11. §. 5. Porro 2. dividitur novatio in Novationem in ſpecie ſic dictam & Delegationem. Sed & de his dixi *ad I. libr.* 3. *tit. ult.* Illud certum eſſe debet, Novationem quamlibet uti Jure Naturæ, ita & hodie, & abſque Stipulatione nudo Pacto perfici poſſe. vid. ſupra §. 2. *verſ. Ceterum.* & §. 9. *in fin.* Quamlibet, dixi: ergo & *Expromiſſionem.* Ut nil adeo ex natura Stipulationis jure Civili inductæ impedimento ſit, quominus Chriſtus olim *Expromiſſor* fuerit: ſi non obſtarent alia. Dixi *de jur. filior. antic.* §. 6.

TIT. III.

De ſolutionibus & liberationibus.

§. 12. Solutio alibi latius accepta pro liberatione *l.* 47. *de. V. S. l.* 54. *h.* vid. Vultejus *ad pr. I. quid. mod. toll. obl. n.* 4. hoc loco eſt naturalis præſtatio ejus quod debetur *l.* 49. *ff. de ſolution. pr. I. quib. m. obl. toll.* *Naturalem* præſtationem dic eſſe *veram* non *fictam*: quemadmodum alibi id explicatur *l.* 30. *C. de jur. dot.* *Conf.* §. 18. *infr.* Ergo id quod debetur, debet hic naturaliter ſive re ipſa præſtari. Unde conſequitur (1) aliud pro alio ſolvi non poſſe *l.* 2. §. 1. *de reb. credit.* niſi 1. creditor in id conſenſerit, *d. pr.* *I. h.*

l. h. quod tamen non ſit per aſſignationem, utpote cui adeſt animus *mandandi*: deeſt, *ſolvendi*. aut 2. quis ſit debitor facti nudi *l. 13. ff. rem rat. haber.* aut 3. res debita perierit, aut ſolvi non poſſit, tum enim æſtimatio accipienda *l. 68. ff. de R. V. l. 8. de cond. furt. l. 71. §. 3. de legat.* 1. aut 4. debitor tales res non habeat, quo caſu hodie habet beneficium Dationis in ſolutum: ſecundum *Novellam 4. c. ult.* de quo dixi *in Irnerio coit.* 9. Porro 5. ſi pecunia ſolvenda ſit, ea niſi aliud convenerit aut creditor inde damnum ſentiat, in alio genere ſolvi poteſt. *l. 99. ff. de ſolution. l. 55 §. 1. de V. O.* Limita 6. quod ad heredem, qui cum beneficio inventarii adiit., qui ſolvere alia non cogitur, quam quæ in hereditariis bonis invenit, non obligatus ut ordinem formamque *d. Nov. 4. c. ult.* obſervet. *l. f. §. 4. C. de jur. delib.* 7. Quod ad legatarium, cui pars bonorum legata eſt; cui heres æſtimationem ejus præſtare poteſt. *l. 26. §. ult. de legat. prim.* 8. Ut penu legata, heres etiam moroſus ejus æſtimationem dare valeat. *l. 1. ff. de penu leg.* de quo tamen, an invito id legatario facere queat, dubito *Admon. V.* 126. Add. Aleman. *conſultat. 8. quæſtion.* 11. Berens. *diſp. 9. them. 1. qu.* 8. Petr. de Bella Pertica *quæſt.* 148. & 308. Jan. a Coſta *ad pr. I. quib. mod. oblig. toll.*

§. 13. Conſequitur ex dicto principio (2.) debitorem non poſſe per partes ſolvere. *l. 41.*

§. 1. *de uſur. l.* 3. *famil. erc. l.* 9. *C. de ſolut.* Nec obſtat §. 1. *in fin. I. quib. mod. toll. oblig.* Enimvero, tu vides ibi voculam: *Poteſt.* Intellige: aliquando. Poteſt 1. creditore conſentiente *l. p. C. de pact.* Ubi tum creditori manet actio integra ad reſiduum. *arg. l.* 25. *ff. de prob.* Poteſt 2. ſi pars debiti ſit liquida, altera illiquida *l.* 21. *ibi: lites. ff. reb. cred.* Poteſt 3. ſi ab initio ita ſit conventum *l.* 41. §. 1. *de uſur.* Poteſt 4. ſi debitum per partes coaluerit: *arg. l.* 35. *ff. de R. J.* Sed & 5. *ſecundum Receſſum Imperii de anno* 1654. §. 165. poteſt a debitoribus belli calamitate depreſſis. Fuchs *ad pr. I. quib. mod. toll. obl. lit. b.* Verum & Jure Civili, hoc ſimilibuſque caſibus judicem, particularem ſolutionem admittere poſſe, certum eſt. *arg. l.* 21. *de reb. cr. l. f. quib. mod. pign. ſolv. l.* 2. *de re jud. l.* 4. *C. de collat. fund. patr. l.* 81. §. 1. *h.* Mev. 3. *deciſ.* 236. Brunnem. *add. l.* 21. Mev. 6. *dec.* 98. *apud* Zaunſchliffer. *add. dec.* 236. Adeſt & 6 favor libertatis *l.* 4. § 6. *de ſtat. lib.* Sed & 7. heredes ſolvunt per partes *l.* 1. *C. Si cert. pet. l.* 2. *C. her. act. l* 6. *C. fam. erc.* niſi debitum ſit individuum *l.* 2. §. 2. *V. O. l* 192. *R. J.* Alii diſtinguunt inter Prætorem & Judicem. Ut ille partes adjudicandi poteſtatem habeat: hic ea careat. *d. l.* 21. *ff. reb. cred.* Verum d. l. 21. expreſſe agit de *judicio*: præterquam quod diſtinctio inter judicem & prætorem, aut eorum ſaltem diverſas poteſtates, jure no-

novo ceſſet §. *ult. l. interd.* & Juſtinianus omnia in ff. ſua fecerit l. 2. §. 10. *C. de* V. *l. E.* Add. *de J. Virgin. coroll.* 13.

§. 14. Etiam (3.) ex dictis fluit, non poſſe ſolvi pecuniam reprobam aut mox reprobandam *l.* 99. *l.* 102. *h. t. l.* 24. §. 1. *de pign. act.* Adde (4.) pœna conventionali ſoluta, ſupereſſe actionem in id quod pluris intereſt, ſi intereſt *l.* 44. §. *f. de O. & A. l.* 28. *de action. emt.* Porro (5.) de valore monetæ mutato, dixi 3. *aphor.* 76. Aliorum ſententiam adduxi *ſupr. Part.* 2. §. 4. *n.* 5. quibus adde ſis Guid. Pap. *quæſtion.* 493. & ibi Ranchin. & alios *in additionib.* Tac. à Glins *tr. de Mora part.* 1. *aph.* 10. *n.* 6. *ſeqq.* Foman. *diſp.* 25. *th* 6. *lit. e.* Bronch. 2. *enant.* 18. Bonjour *jur. ænigmat. c.* 5. Arithmæ. *pericul. diſput.* 7. *qu.* 2. *lit. b.* Porro (6.) ex eo, quod dicitur *præſtatio*: ſequitur, ſolutionem, quia præſtare facti eſt, ab allegante debere probari. *l. f. C. de ſolut. l.* 7. §. *f. de cur. fur.* vid. Kettler. *deciſ. Oſtfriſic.* 96. Porro (7.) cum ſolutio tollat omne id quod debetur, ſequitur, & acceſſorias obligationes, fidejuſſorum, inquam, pignorum & hypothecarum, inſimul extingui: cum acceſſorium ſequatur ſuum principale. *l.* 43. *ff. h. t. l.* 178. *de R. J.* quod notabiliter limita, ut fallat in fidejuſſore ſolvente, cui deinde actiones adhuc recte ceduntur. 3. *aph.* 104.

§. 15. Præter quæ adhuc heic ſciri cupio, etiam alium pro alio ſolvere poſſe, etiam pro

invito. *d. pr. l. & l. 39. ff. h. t. l.* 53. *eod.* Ita ut invito beneficium hic dari poſſit, puta non recta via, ſed per conſequentiam, ſi in alterius (ut hic creditoris) perſona primiter & principaliter conſtiterit. Vel dic. Regulam eſſe invito non dari beneficium *l.* 69. *ff. de R. J.* Cujus regulæ in liberatione debitori paranda, re inquam favorabili, ſit exceptio. arg. *l.* 47 *ff. de O. & A.*

§. 16. Adhuc ſcias 1. ei qui Adjectus vocatur, recte ſolvitur §. 4. *I. de inut. ſtipul.* puta, Rebus ſic ſtantibus: vid. ſis *l.* 38. *pr. ff. h. t.* Alias ipſi ſolvi adjecto nequit: veluti nec ſi lis cum ipſo principali creditore conteſtata ſit *l.* 27. §. 1. *h. t.* 2. Si debitor ex pluribus cauſis debens, ſolvat, habere eum poteſtatem dicendi in quam cauſam ſolvere velit: ſi id non expreſſerit, creditorem eligere id quod ſtatuiſſet ſi ipſe debitor fuiſſet *l.* 1. *l.* 2. *ff. l.* 2. *C. h.* In dubio autem ſolutum in ſortem non imputari, ſed in uſuras: Si hæ non adſint, in debitum antiquius vel gravius: Sin omnia debita æqualia ſint, in ſingula pro rata *l.* 3. *l.* 5. *pr. & §. f. l.* 8. *l.* 97. *h. t.* Kettler. *d. deciſ. Oſtfr.* 96. 3. Si quis annuam præſtationem debeat, & trium poſteriorum annorum debita ſe ſolviſſe, probaverit, etiã præcedentium annorum præſtitiſſe præſumi. *arg. l.* 3. *C. de apoch. publ.* ſalva probatione contrarii. *d. l.* 3. *inf. l.* 7. §. 12. *ff. de pact.* Adde 4. *ſupra Part.* 4. §. 154. Adhuc 5. in *l.* 105. *ff. h. t.* poſt *adire*: ſupple aut intel-

lige,

lige, *hereditatem*: quæ vox in eadem lege præceſſit. Ut mens ſit: heredem fidejuſſoris, non cogi, heredem fieri ita, ut debita aliena confeſtim ex proprio *ſacco* ſolvat. Deinde, in quæſtione quam Gothofredus *not. ad d. l.* 105. movet, quantum temporis ſpatium debitori judex debeat indulgere: Admoneo, Romanos debitum Kalendis, relegiſſe Idibus. vid. Horat. *Epod.* 2. & 1 *Satyr.* 3. & Comment. Vet. & Crucq. *ad dd. ll.* & P. Pithœ 1. *ſubſeciv.* 4. ut temperamentum ſit fere 14. dierum. Denique 5. creditorem qui ſolutionem expectans, debitori apocham repræſentavit, debere in memoria habere *l.* 14. §. 2. *C. de non num. pec.* vid. Admon. *part.* 3. §. 5. *verſ. Quemadmodum.* v. Philippi *ad Inſt.* 3. *eclog.* 67.

§. 17. Hæc de Solutionibus. Ceterum Rubrica memorat & alias Liberationes. Tales exhibui, etiam quaſdam aliis heic non obſervatas, *in Aph. ad I. libr.* 3. *tit. ult.* ubi vide ſis. Videbis ibi & Compenſationem: a qua, moneo, ut diſtinguas, etſi & hæc ipſa tamen quædam Liberationis ſpecies eſt, Retentionem: etſi enim omnis Compenſatio ſit ſimul Retentio: non tamen omnis Retentio eſt Compenſatio. vid. Card. Tuſch. *pract. concl. C.* 487. *Adm.* 111. 69. & 70. Enimvero retentio heic eſt jus ſive auxilium aut remedium (*v. l.* 7. §. 1. *de in int. reſt.*) quo exceptione doli vel in factum creditor poſſidens res debitoris vel ip-

ſi

ſi debitas quaſcunque ex cauſis jure determinatis tamdiu retinet,donec ipſi debitum ſolvatur.*Confer.*Carpzov. *deciſ.* 66.*num* 15.Leeuwen *part.* 1. *cenſur. forenſ. lib.* 4.*cap.*37.*n.* 2.Coler. 1.*proceſſ. executiv.* 2. *num.* 214. Muller. *ad Struv. exercit.* 19.*th.* 12. Molignat *tr. de retentione qu.* 1. Lauterbach. *vol.*3. *diſputat.*19 2 *th.*Textor. *deciſ. Elect. Palatin.* 36. *not.* 3. Sartorius *diſp. Baſil. vol.* 6. *diſp.* 14. *th.* 1. Eſtque alia *ipſo jure* operans; alia demum *ope exceptionis.* Illa exceptionem facti (ſive *in factum. l. p. de except.*) parit. hæc, juris *v. l.* 30 *pr. ff. de act. emt. l.* 5.*pr. ff. de imp. in res dot. l.* 15. §. 1. *l* 40. §. 1. *cond. ind. l.* 73. §. *f. ad L. Falcid.* add. Aphor. noſtr. *l.* 4. *aph.* 98. illa rarius obtinet, ut in dote & peculio: Hæc, crebrius. *l.* 14. *de dol. mal. ex c. l.* 48. *R. V.* §. 30. *&* §. 34. *I. de R. D.* Cauſæ, quas dixi, a Jure determinatæ ſunt variæ: de quibus vid. Lauterbach. *d diſputat. th.* 9. *ſeqq. & comp. ff. pag.* 404. *&* 455. Sartorius *dict. diſputat. Baſiliens. th.* 3. *ſeqq.* Leeuwen. *cenſur. forenſ. d. cap.* 37. *num.* 3. *ſeqq.* Brunnem. *ad l.* 25. *ff. de procur.* Finckelthauſ. *obſ.* 98. Stryck. 16. *loc. commun.* 65. Struv. *ff. exerc.* 21. *theſ.* 31. Buſius *ad l.* 19. *de contr. emt. vend. n.* 3. Admon. *IV.* 26. Althus. 2. *dicaol.* 17. Wunſch. *de act. judic. c.* 11. Sicilim. noſtr. *m.* 2. *n.* 190. Aphoriſm. 4. *aph.* 70 Engelbrecht. *ad ff. tit. de compenſ. num. ult.* Muller *ad Struv. d. theſ.* 31. Joh. Breiger. *diſſert. de retent.*

tent. th. 7. Poſſunt tamen ad quatuor ferme capita reduci: quæ exhibent, 1. Impenſæ (L.im. notabilem habes in depoſito, ubi ne quidem ob impenſas neceſſarias retentioni locus eſt. Dixi *ſupr. Adm.* 111. 80. Sunt Doctores qui & limitationem addunt quoad res pupilli minoriſve a tutore ob impenſas non retinendas. vid. Lauterbach. *Colleg. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* §. 13.) 2 Commodum quod occaſione rei detentæ a detentore, domino rei obvenit. *v. l.* 2. *pr. ad L. Rhod. de jact. l.* 31. §. 8. *de ædilit. edict. l.* 13. §. 8. *act. emt. l.* 3. §. 3. *de lib. hom. exh. l.* 2. *C. de poſtlim l. un. C. etiam ob chir. pecun. Admon. III.* 43. *IV.* 26. *VII.* 148. 3. Damnum ex ea re factum aut infectum. vid. *Admon. II.* 72. *& VI.* 105. *& Aphoriſm. IV.* 70. 4. Pignus: etiam Tacitum: Qua in parte inprimis ſe commendat Uxor, quæ ceu creditrix hypothecaria retinere poteſt omnia mariti bona, uſque dum ipſi de dote illata ſatisfactum ſit *l. ult.* §. 1. *C. qu. potior. in pign. l. unic.* §. 1. *C. de rei uxor. act.* Lauterb. *dict. diſput. th.* 10. Leeuwen *d. cap.* 37. *numer.* 3. Maurit. 2. *conſil.* 3. *numer.* 96. Berlich. 2 *concluſ. practicab.* 32. Carpzov. *de jur. fœmin. ſingul. d.* 9. *poſ. ult. & juriſprud.* 2. 25. *defin.* 12. Gaſtel. *ſpecul. iur. cap.* 26. *num.* 104. Dixi: *illata.* Illatam autem eſſe, probabit mulier. *l.* 23. *C. de probat.* vid. Cardinal. Tuſch. *pract. concl. lit. D. c.* 723. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1115. Carpzov.

zov. 2. *conſtitut.* 44. *def.* 10. Coler. *de proc. executiv. p.* 2 *cap.* 1. *n.* 109. *ſeqq.* Lauterbach. *d. diſput. th.* 11. Ceterum etſi ex deſcriptione Retentionis ſupra data ſatis appareat, qua ratione Compenſatio a Retentione differat: videlicet 1. quod Retentio etiam per *Exceptionem Juris* fiat: cum Compenſatio non niſi *ipſo Jure* obtineat, adeoque ſemper per Exceptionem *Facti* opponatur. 2. Quod Retentio *ſolutionem ſecuturam* reſpiciat: at Compenſatio eandem *præſentem* in ſe contineat. 3. Quod Compenſatio requirat debita duo mutua. Non ita ſemper Retentio. 4. Quod Retentio ſit rerum *quarumcunque*, adeoque & ſpecierum: cum Compenſatio non ſit niſi rerum *fungibilium*, 5. Quod Retentio *poſſeſſionem* & *detentionem actualem*, (ut loquuntur) præſupponat: quod in Compenſatione ſecus eſt. *vid.* Mæſtert. *tract. de compenſat. quæſt.* 3. In eo tamen adhuc multum controvertitur, an ſcil. & 6. differentia in eo agnoſcenda ſit, quod compenſatio non niſi *debitorum liquidorum* ſit: Retentio autem etiam ob debitum *illiquidum* obtineat: Agnoſcunt hanc ſextam differentiam Mæſtert. *d. tract. qu.* 3. Leeuwen. *d. cap.* 37. *num.* 12. *in fin.* ſed nulla addita lege, nulla ratione. Idem alios factitare videas. Præfata tamen diſputatio Lauterbachiana *th.* 6. *& ſeq.* non tantum auctoritates Doctorum ita ſentientium adducit, ſed & ſententiam eandem

ſe-

ſequendo, eam ſtabilire nititur (1.) argumento earum legum, quæ retentionem illis largiuntur, qui in alienam rem impenſas fecerunt, quas ait indiſtincte & generaliter loqui: adeoque & de impenſis illiquidis capiendas eſſe: eoque magis (2.) cum impenſæ plerumque illiquidæ eſſe ſoleant. Add. Esbach. 2. 25. *def.* 17. Mihi tamen contraria ſententia magis arridet, ſentioque, ob debitum illiquidum retentioni locum non eſſe, ſed tantum ob liquidum (cui tamen æquivalet quod brevi liquidum reddi poteſt. *l. ult. C. de compenſ.* Bald. *ad l.* 6. *C. eod.* & Salicet *ibid. apud* Lauterb. *d. diſp.* 19. *th.* 7.) *arg.* (1.) *l. ult.* §. 1. *verſic. ſatis enim, C. de compenſat. junct. l.* 9. *in f. ff. de iur. & f. ignorant.* (2.) *per l. ult. C. de commodat. ibi: prætextu.* vid. *Admen. III.* 76. (3.) *per d. l. ult. C. de compenſ. ibi: liquida ſit, iuncto eo quod Retentio ſit Compenſationis latius acceptæ ſpecies l.* 7. § 5. *ſol. matrim. l.* 1. §. 9. *depoſ. l.* 18. §. *ult. commod. l.* 1. §. *p. Si pars her. pet.* Argumentum contrarium prius evaneſcit *per l.* 26. *l.* 28. *d. legib.* Poſterius negatur *arg. l.* 25. *pr. probat. l.* 51. *pro ſoc.* Berlich. 2. *concluſ. practicab.* 32. *n.* 15. *ſeqq.* Carpz. 2. 25. *def.* 17. *n.* 5. & *lib.* 4. *reſp.* 24. *n.* 19. Mev. 2. *dec.* 115. *n. f.* & 3. *dec.* 387. *n.* 3. *ſeq.* Poſth. *de manuten. obſ.* 487. *n.* 9. Mauritius *d. loc.* 2. & *conſil.* 2. *num.* 29. Hering *de fideiuſſ. cap.* 15. *n.* 117. Fachinæus & allegg. 7. *controverſ.* 91. Stryck. & allegg. *vol.* 4. *diſput.* 13. *cap.* 4. *n.* 8. *ſeq.* Quod ſi quis tamen cum Diſ-

ſentientium ſecta ſentire malit, is tamen ſententiam iſtam limitabit, ut Retentio ceſſet, ſi actores (ex. gr. mariti defuncti heredes) ſatiſdationem offerant de ſolvendo omni debito, quod dein liquidum factum fuerit *arg. l. 5. ff. de ſtatu lib.* quam legem ad favorem libertatis reſtringi, contextus integer, qui in fine textus nullum favorem libertati indulget, non patitur. Ita ſtatuunt inter alios, ii quos allegat Goeddæus 4. *conſ. Marp.* 19. *n.* 144. & Lauterb. *comp. ff. p.* 388. *& d. diſp. th.* 7. add. Sand. *III.* 15. *defin.* 5. Berlich. *d. concl.* 32. *n.* 15. Neguſant. *de pignor. p.* 5. *membr.* 4. *n.* 9. Immo ſi nec hanc limitationem quis admittere obſtinate velit, ſcire tamen debet, malitiis hominum indulgendum non eſſe *l.* 38 *d. R. V.* adeoque arbitrio judicis, ſatiſdationem actoris non raro admitti debere: Lauterbach. *d. pag.* 388. *& d. diſp. th.* 8. Brunneman 3. *deciſ.* 21. Leeuwen. *d. cap.* 37. *n.* 13. Esbach. *d. l. in fin.* Secundum quæ nuper Facultas Juridica me referente pronunciavit. De retentione actorum Advocatis & Procuratoribus competente: vid. Dn. Thyllius *ad Gail.* 1. *obſerv.* 46. *n.* 12. Wunſch. *de actis judicialibus cap.* 11. De Scriptore pro mercede librum vel chartam retinente: vid. Marta *Digeſt tom.* 1. *verb. retentio. c.* 11. Sed pergendum eſt. Reſtant enim adhuc titulis ſequentibus Liberationes aliæ.

TIT.

TIT. IV.

De Acceptilatione.

§. 18. Enimvero inter has eſt & Acceptilatio (*vid.* §. 10. *ſupr.*) quæ eſt imaginaria ſolutio, per quam verbis contracta obligatio, aliis & contrariis verbis exſtinguitur §. 1. *I h*, ubi uſu venit Stipulatio Aquiliana, dicta a C. Aquilio Gallo: de quo *l.* 2. §. 42. *de O. J.* vid. Græv. *ad offic. Cicer.* 3. 14. Dixi 3. *aph.* 152.

TIT. V.

De Prætoriis Stipulationibus.

§. 19. Denique ad Liberationes pertinent quodammodo etiam Stipulationes Prætoriæ *l.* 21. *ff. de acceptil. l.* 8 §. 1. *de novat.* Sunt autem *Prætoriæ* Stipulationes hoc loco oppoſitæ Stipulationibus *Civilibus* (non, ut alibi, *Judicialibus. v. tit. I. de diviſ. ſtipul. v.* 4. *aph* 108.) quæ Prætoris edicto interponi jubentur. Quæ inter alia hoc ſpeciale habent, quod ſatisdationes a Prætore injunctæ abſciſſe perſonas fidejubentium requirant, & pignoribus contentæ non ſint. *l.* 7. *de Prætor. ſtipul.* Sand. *ad l.* 25. *ff. de R. J.* Limita, ut ſpecialibus caſibus ſufficiat repromiſſio. *l.* 1. §. 5. 6. 7. *h.*

§. 20. Harum, inter alias, tres famoſæ ſpe-

cies ſunt: 1. Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore. 2. Judicatum ſolvi. 3. Ratam rem haberi: ubi tum de Ratihabitione commodius dicendi locus.

TIT. VI.

Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore.

§. 21. Cautionem: *Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore:* præſtant Tutores & Curatores. Multi tamen ab hoc onere liberati ſunt: ut notum ex *tit. I. de ſatiſdat. tut. & curator. & ibi DD.* add. Montan. *de tut. c.* 31. *reg.* 5. Ut nonnulli moneant, facta calculatione, dimidiam ferme partem ſatiſdare, & dimidiam non ſatiſdare. Sed nec prior illa pars regulariter hodie ſatiſdat: ſaltem non fidejuſſoribus; immo nec pignoribus: immo nec ſtipulatione: ſufficiente quippe & ſtipulationis vires æquante pacto nudaque promiſſione: pro judicis arbitrio: ob hypothecam ſcilicet tacitam de qua *ſupr. Adm. IV.* 13. *n.* 1. Sane enim omnem plane ſatiſdationem ceſſare, noli ſtatuere: cum non omnium tutorum eædem opes ſint ut poſſint tacitam pupillis ſuis hypothecam præſtare. Sed nec omnes ejuſdem fidelitatis. v. Montan. *d. tr. de tutel. cap.* 4. *n.* 3. *ſeqq.* & Pollmann. *Racemat. ad* §. 2. *I. de tutel.* ubi exemplum

emplum impudentiſſimi helluonis, qui pupilli demiſſo in viſcera cenſu, rationes accepti & expenſi argumento a priori & a poſteriori diſtrahebat.

TIT. VII.

Judicatum ſolvi.

§. 22. Hujus cautionis tria ſunt capita: 1. de ſolvendo eo quod judici per ſententiam æquum viſum fuerit. 2. de re defendenda boni viri arbitratu. 3. Dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe *l. 6. 9. 19. h.* Primum caput hic manifeſte ſegregat cautionem Judicio ſiſti

§ 23. Hanc præſtat, quicunque alienæ litis defenſionem ſuſcipit, ſive mandatum habeat, ſive eo deſtituatur: ſive dives ſit ſive inops: ſive item conjunctus ſit ſive extraneus. Nemo enim alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor eſt idoneus. § 4. *&* 5. *I. de ſatiſdat. l.* 113. §. 1. *de R. J. l.* 51. *in f. & ſeqq. de procur. l.* 14. *qui ſat. cogant. l un. C. de ſatiſdat.* Olim & ipſe Reus propriam cauſam in actionibus in rem defendens, hanc cautionem præſtare cogebatur: quod Jure Novo abolitum eſt, *pr. &* §. 2. *I. de Satiſd.* niſi quod Reus pro Procuratore ſuo fidejubens, inſuper & hypothecarerum ſuarum cavere neceſſe habeat.

beat. §. 4. *I. d. t.* De Moribus, dixi *ad Inſt. libr.* 4. *aphor.* 76. 77. *&* 78.

TIT. VIII.

Ratam rem haberi, & de Ratihabitione.

§. 24. *Ratam rem haberi* cautionem præſtat Procurator, qui habet mandatum dubium *l.* 1. *C. de procurator.* § 3. *I. de ſatiſdat.* Dico: *dubium.* Nam ſi indubium habet, plane non cavet (vid. tamen *Adm. VI.* 102. *n.* 4.) ſed peragit litem abſque cautione. *l. un. C. de ſatiſd.* Sin nullum habet, repellitur, etſi ſatiſdare velit *d.* §. 3. *l.* 24. *C. de procur.* quod limita, quod ad perſonas conjunctas *l.* 35. *ff. l.* 12. *&* 21. *C. de procurat. Adm. I.* 185.

§. 25. Denique de Ratihabitione in genere monente rubrica ff. h. t. nota 1. ejus indolem: quod nempe negotium trahat retro ad actus, qui ratus habetur, primum principium *l.* 16. *pr. de pign. & hyp. l.* 56. *de iudic. l. ult. C. ad SC. Macedon. l.* 25. *C. de don. int. vir. & uxor.* 2. Adeoque eam mandato æquiparari *l.* 60. *de R. J.* 3. etiam juſſui *l.* 1. §. 6. *quod iuſſu.* ergo & 4 in nuptiis. *pr. I. de nupt.* Sane & 5. in maleficiis *l.* 152. §. 2. *ff. de R. J.* vid. *Adm. VI.* 236. *verſ. ita ut.* Quin 6. tenenda eſt Novella, eademque generalis Juſtiniani Lex in *l. ult. C. ad*

SC.

SC. Maced. ubi Cæſar ait: *cum noſtra novella lege generaliter omnis ratihabitio prorſus retrotrahatur & confirmet ea quæ ab initio ſubſecuta ſunt.* Qua cum jungenda eſt *l. 25. C. de don. int. vir. & ux.* ut eidem regulæ etiam locus ſit in negotiis antea ipſo jure *nullis* & non niſi de Facto non etiam de Jure geſtis. Quæ profecto regula non tantum confirmat id quod modo de nuptiis dixi, de quo vide ſis latius *Manipul. Siciliment. ad ff. 2. num.* 197. Sed & vult, auctoritatem tutoris etiam per ratihabitionem ex intervallo ſubſecutam rectiſſime interponi. Eſt quippe auctoritas aliud nihil quam probatio atque conſenſus. *l.* 3. *in fin. ff. de auct. tutor. l.* 8. *ff. de adoptionib. junct. rubr. ff. de auctor. & conſenſ.* Add. *ſupr. IV.* 152. *fin.* Si quis tamen ſententiam contrariam non obſtante Juſtiniani dicta Novella nihilominus velit defendere, is eandem tamen limitet, ut falſa ſit in caſu, quo agitur de pupilli commodo *arg. l. 6. C. de legib.* de quo aliiſque vid. Montan. *d. tr. de tutel. c.* 30. *n.* 50. *ſeqq.*

LIBER XLVII.

TIT. I.

De Privatis Delictis.

§. 26. Sequuntur Delicta. *iung. ſupr.* §. 1. De

ſi debitas quaſcunque ex cauſis jure determinatis tamdiu retinet, donec ipſi debitum ſolvatur. *Confer.* Carpzov. *deciſ.* 66. *num* 15. Leeuwen *part.* 1. *cenſur. forenſ. lib.* 4. *cap.* 37. *n.* 2. Coler. 1. *proceſſ. executiv.* 2. *num.* 214. Muller. *ad Struv. exercit.* 19. *th.* 12. Molignat *tr. de retentione qu.* 1. Lauterbach. *vol.* 3. *diſputat.* 19 2 *th.* Textor. *deciſ. Elect. Palatin.* 36. *not.* 3. Sartorius *diſp. Baſil. vol.* 6. *diſp.* 14. *th.* 1. Eſtque alia *ipſo jure* operans; alia demum *ope exceptionis.* Illa exceptionem facti (ſive *in factum. l. p. de except.*) parit. hæc, juris *v. l.* 30 *pr. ff. de act. emt. l.* 5. *pr. ff. de imp. in res dot. l.* 15. §. 1. *l* 40. §. 1. *cond. ind. l.* 73. §. *f. ad L. Falcid.* add. Aphor. noſtr. *l.* 4. *aph.* 98. illa rarius obtinet, ut in dote & peculio: Hæc, crebrius. *l.* 14. *de dol. mal. ex c. l.* 48. *R. V.* §. 30. *&* §. 34. *I. de R. D.* Cauſæ, quas dixi, a Jure determinatæ ſunt variæ: de quibus vid. Lauterbach. *d. diſputat. th.* 9. *ſeqq. & comp. ff. pag.* 404. *&* 455. Sartorius *dict. diſputat. Baſiliens. th.* 3. *ſeqq.* Leeuwen. *cenſur. forenſ. d. cap.* 37. *num.* 3. *ſeqq.* Brunnem. *ad l.* 25. *ff. de procur.* Finckelthauſ. *obſ.* 98. Stryck. 16. *loc. commun.* 65. Struv. *ff. exerc.* 21. *theſ.* 31. Buſius *ad l.* 19. *de contr. emt. vend. n.* 3. Admon. *IV.* 26. Althus. 2. *dicaol.* 17. Wunſch. *de act. judic. c.* 11. Sicilim. noſtr. *m.* 2. *n.* 190. Aphoriſm. 4. *aph.* 70 Engelbrecht. *ad ff. tit. de compenſ. num. ult.* Muller *ad Struv. d. theſ.* 31. Joh. Breiger. *diſſert. de retent.*

tent. th. 7. Poſſunt tamen ad quatuor ferme capita reduci: quæ exhibent, 1. Impenſæ(Lim. notabilem habes in depoſito, ubi ne quidem ob impenſas neceſſarias retentioni locus eſt. Dixi *ſupr. Adm.* 111. 80. Sunt Doctores qui & limitationem addunt quoad res pupilli minoriſve a tutore ob impenſas non retinendas. vid. Lauterbach. *Colleg. ff. de tutel. & ration. diſtrah.* §. 13.) 2 Commodum quod occaſione rei detentæ a detentore, domino rei obvenit. *v. l. 2. pr. ad L. Rhod. de jact. l.* 31. §. 8. *de ædilit. edict. l.* 13. §. 8. *act. emt. l.* 3. §. 3. *de lib. hom. exh. l.* 2. *C. de poſtlim l. un. C. etiam ob chir. pecun. Admon. III.* 43. *IV.* 26. *VII.* 148. 3. Damnum ex ea re factum aut infectum. vid. *Admon. II.* 72. *& VI.* 105. *& Aphoriſm. IV.* 70. 4. Pignus: etiam Tacitum: Qua in parte inprimis ſe commendat Uxor, quæ ceu creditrix hypothecaria retinere poteſt omnia mariti bona, uſque dum ipſi de dote illata ſatisfactum ſit *l. ult.* §. 1. *C. qu. potior. in pign. l. unic.* §. 1. *C. de rei uxor. act.* Lauterb. *dict. diſput. th.* 10. Leeuwen *d. cap.* 37. *numer.* 3. Maurit. 2. *conſil.* 3. *numer.* 96. Berlich. 2 *concluſ. practicab.* 32. Carpzov. *de jur. fœmin. ſingul. d.* 9. *poſ. ult. & juriſprud.* 2. 25. *defin.* 12. Gaſtel. *ſpecul. iur. cap.* 26. *num.* 104. Dixi: *illata*, Illatam autem eſſe, probabit mulier. *l.* 23. *C. de probat.* vid. Cardinal. Tuſch. *pract. concl. lit. D. c.* 723. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1115. Carpzov.

zov. 2. *conſtitut.* 44. *def.* 10. Coler. *de proc. executiv. p.*2 *cap.* 1. *n.* 109. *ſeqq.* Lauterbach. *d. diſput. th.* 11. Ceterum etſi ex deſcriptione Retentionis ſupra data ſatis appareat, qua ratione Compenſatio a Retentione differat: videlicet 1. quod Retentio etiam per *Exceptionem Juris* fiat: cum Compenſatio non niſi *ipſo Jure* obtineat, adeoque ſemper per Exceptionem *Facti* opponatur. 2. Quod Retentio *ſolutionem ſecuturam* reſpiciat: at Compenſatio eandem *præſentem* in ſe contineat. 3. Quod Compenſatio requirat debita duo mutua. Non ita ſemper Retentio. 4. Quod Retentio ſit rerum *quarumcunque*, adeoque & ſpecierum: cum Compenſatio non ſit niſi rerum *fungibilium*, 5. Quod Retentio *poſſeſſionem* & *detentionem actualem*, (ut loquuntur) præſupponat: quod in Compenſatione ſecus eſt. *vid.* Mæſtert. *tract. de compenſat. quæſt.* 3. In eo tamen adhuc multum controvertitur, an ſcil. & 6. differentia in eo agnoſcenda ſit, quod compenſatio non niſi *debitorum liquidorum* ſit: Retentio autem etiam ob debitum *illiquidum* obtineat: Agnoſcunt hanc ſextam differentiam Mæſtert. *d. tract. qu.* 3. Leeuwen. *d. cap.* 37. *num.* 12. *in fin.* ſed nulla addita lege, nulla ratione. Idem alios factitare videas. Præfata tamen diſputatio Lauterbachiana *th.* 6. *& ſeq.* non tantum auctoritates Doctorum ita ſentientium adducit, ſed & ſententiam eandem ſe-

ſequendo, eam ſtabilire nititur (1.) argumento earum legum, quæ retentionem illis largiuntur, qui in alienam rem impenſas fecerunt, quas ait indiſtincte & generaliter loqui: adeoque & de impenſis illiquidis capiendas eſſe: eoque magis (2.) cum impenſæ plerumque illiquidæ eſſe ſoleant. Add. Esbach. 2. 25. *def.* 17. Mihi tamen contraria ſententia magis arridet, ſentioque, ob debitum illiquidum retentioni locum non eſſe, ſed tantum ob liquidum (cui tamen æquivalet quod brevi liquidum reddi poteſt. *l. ult. C. de compenſ.* Bald. *ad l.* 6. *C. eod.* & Salicet *ibid. apud* Lauterb. *d. diſp.* 19. *th.* 7.) *arg.* (1.) *l. ult.* §. 1. *verſic. ſatis enim. C. de compenſat. junct. l.* 9. *in f. ff. de iur. & f. ignorant.* (2.) *per l. ult. C. de commodat. ibi: prætextu.* vid. *Admen. III.* 76. (3.) *per d. l. ult. C. de compenſ. ibi: liquida ſit, iuncto eo quod Retentio ſit Compenſationis latius acceptæ ſpecies l.* 7. § 5. *ſol. matrim. l.* 1. §. 9. *depoſ. l.* 18. §. *ult. commod. l.* 1. §. *p. Si pars her. pet.* Argumentum contrarium prius evaneſcit *per l.* 26. *l.* 28. *d. legib.* Poſterius negatur *arg. l.* 25. *pr. probat. l.* 51. *pro ſoc.* Berlich. 2. *concluſ. practicab.* 32. *n.* 15. *ſeqq.* Carpz. 2. 25. *def.* 17 *n.* 5. *& lib.* 4. *reſp.* 24. *n.* 19. Mev. 2. *dec.* 115. *n. f. &* 3. *dec.* 387. *n.* 3. *ſeq.* Poſth. *de manuten. obſ.* 487. *n.* 9. Mauritius *d. loc.* 2. *& conſil.* 2. *num.* 29. Hering *de fidejuſſ. cap.* 15 *n.* 117. Fachinæus & allegg. 7. *controverſ.* 91. Stryck. & allegg. *vol.* 4. *diſput.* 13. *cap.* 4. *n.* 8. *ſeq.* Quod ſi quis tamen cum Diſ-

ſentientium ſecta ſentire malit, is tamen ſententiam iſtam limitabit, ut Retentio ceſſet, ſi actores (ex. gr. mariti defuncti heredes) ſatiſdationem offerant de ſolvendo omni debito, quod dein liquidum factum fuerit *arg. l. 5. ff. de ſtatu lib.* quam legem ad favorem libertatis reſtringi, contextus integer, qui in fine textus nullum favorem libertati indulget, non patitur. Ita ſtatuunt inter alios, ii quos allegat Goeddæus 4. *conſ. Marp.* 19. *n.* 144. & Lauterb. *comp. ff. p.* 388. *& d. diſp. th.* 7. add. Sand. *III.* 15. *defin.* 5. Berlich. *d. concl.* 32. *n.* 15. Neguſant. *de pignor. p.* 5. *membr.* 4. *n.* 9. Immo ſi nec hanc limitationem quis admittere obſtinate velit, ſcire tamen debet, malitiis hominum indulgendum non eſſe *l.* 38 *d. R. V.* adeoque arbitrio judicis, ſatiſdationem actoris non raro admitti debere: Lauterbach. *d. pag.* 388. *& d. diſp. th.* 8. Brunneman 3. *deciſ.* 21. Leeuwen. *d. cap.* 37. *n.* 13. Esbach. *d. l. in fin.* Secundum quæ nuper Facultas Juridica me referente pronunciavit. De retentione actorum Advocatis & Procuratoribus competente: vid. Dn. Thyllius *ad Gail.* 1. *obſerv.* 46. *n.* 12. Wunſch. *de actis judicialibus cap.* 11. De Scriptore pro mercede librum vel chartam retinente: vid. Marta *Digeſt tom.* 1. *verb. retentio. c.* 11. Sed pergendum eſt. Reſtant enim adhuc titulis ſequentibus Liberationes aliæ.

TIT.

TIT. IV.

De Acceptilatione.

§. 18. Enimvero inter has eſt & Acceptilatio (*vid.* §. 10. *ſupr.*) quæ eſt imaginaria ſolutio, per quam verbis contracta obligatio, aliis & contrariis verbis exſtinguitur §. 1. *I h*, ubi uſu venit Stipulatio Aquiliana, dicta a C. Aquilio Gallo: de quo *l.* 2. §. 42. *de O. J.* vid. Græv. *ad offic. Cicer.* 3. 14. Dixi 3. *aph.* 152.

TIT. V.

De Prætoriis Stipulationibus.

§. 19. Denique ad Liberationes pertinent quodammodo etiam Stipulationes Prætoriæ *l.* 21. *ff. de acceptil. l.* 8 §. 1. *de novat.* Sunt autem *Prætoriæ* Stipulationes hoc loco oppoſitæ Stipulationibus *Civilibus* (non, ut alibi, *Judicialibus. v. tit. I. de diviſ. ſtipul. v.* 4. *aph* 108.) quæ Prætoris edicto interponi jubentur. Quæ inter alia hoc ſpeciale habent, quod ſatisdationes a Prætore injunctæ abſciſſe perſonas fidejubentium requirant, & pignoribus contentæ non ſint. *l.* 7. *de Prætor. ſtipul.* Sand. *ad l.* 25. *ff. de R. J.* Limita, ut ſpecialibus caſibus ſufficiat repromiſſio. *l.* 1. §. 5. 6. 7. *h.*

§. 20. Harum, inter alias, tres famoſæ ſpecies

cies ſunt: 1. Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore. 2. Judicatum ſolvi. 3. Ratam rem haberi: ubi tum de Ratihabitione commodius dicendi locus.

TIT. VI.

Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore.

§. 21. Cautionem: *Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore:* præſtant Tutores & Curatores. Multi tamen ab hoc onere liberati ſunt: ut notum ex *tit. I. de ſatiſdat. tut. & curator. & ibi DD.* add. Montan. *de tut. c.* 31. *reg.* 5. Ut nonnulli moneant, facta calculatione, dimidiam ferme partem ſatiſdare, & dimidiam non ſatiſdare. Sed nec prior illa pars regulariter hodie ſatiſdat: ſaltem non fidejuſſoribus; immo nec pignoribus: immo nec ſtipulatione: ſufficiente quippe & ſtipulationis vires æquante pacto nudaque promiſſione: pro judicis arbitrio: ob hypothecam ſcilicet tacitam de qua *ſupr. Adm. IV.* 13. *n.* 1. Sane enim omnem plane ſatiſdationem ceſſare, noli ſtatuere: cum non omnium tutorum eædem opes ſint ut poſſint tacitam pupillis ſuis hypothecam præſtare. Sed nec omnes ejuſdem fidelitatis. v. Montan. *d. tr. de tutel. cap.* 4. *n.* 3. *ſeqq.* & Pollmann. *Racemat. ad* §. 2. *I. de tutel.* ubi exemplum

emplum impudentiſſimi helluonis, qui pupilli demiſſo in viſcera cenſu, rationes accepti & expenſi argumento a priori & a poſteriori diſtrahebat.

TIT. VII.

Judicatum ſolvi.

§. 22. Hujus cautionis tria ſunt capita: 1. de ſolvendo eo quod judici per ſententiam æquum viſum fuerit. 2. de re defendenda boni viri arbitratu. 3. Dolum malum abeſſe abfuturumque eſſe *l.* 6. 9. 19. *h.* Primum caput hic manifeſte ſegregat cautionem Judicioſiſti

§ 23. Hanc præſtat, quicunque alienæ litis defenſionem ſuſcipit, ſive mandatum habeat, ſive eo deſtituatur: ſive dives ſit ſive inops: ſive item conjunctus ſit ſive extraneus. Nemo enim alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor eſt idoneus. § 4. *&* 5. *I. de ſatiſdat. l.* 113. §. 1. *de R. J. l.* 51. *in f. & ſeqq. de procur. l.* 14. *qui ſat. cogant. l. un. C. de ſatiſdat.* Olim & ipſe Reus propriam cauſam in actionibus in rem defendens, hanc cautionem præſtare cogebatur: quod Jure Novo abolitum eſt, *pr. &* §. 2. *I. de Satiſd.* niſi quod Reus pro Procuratore ſuo fidejubens, inſuper & hypothecarerum ſuarum cavere neceſſe habeat.

beat. §. 4. *I. d. t.* De Moribus, dixi *ad Inſt. libr.* 4. *aphor.* 76. 77. *&* 78.

TIT. VIII.

Ratam rem haberi, & de Ratihabitione.

§. 24. *Ratam rem haberi* cautionem præſtat Procurator, qui habet mandatum dubium *l.* 1. *C. de procurator.* § 3. *I. de ſatiſdat.* Dico: *dubium.* Nam ſi indubium habet, plane non cavet (vid. tamen *Adm. VI.* 102. *n.* 4.) ſed peragit litem abſque cautione. *l. un. C. de ſatiſd.* Sin nullum habet, repellitur, etſi ſatiſdare velit *d.* §. 3. *l.* 24. *C. de procur.* quod limita, quod ad perſonas conjunctas *l.* 35. *ff. l.* 12. *&* 21. *C. de procurat. Adm. I.* 185.

§. 25. Denique de Ratihabitione in genere monente rubrica ff. h. t. nota 1. ejus indolem: quod nempe negotium trahat retro ad actus, qui ratus habetur, primum principium *l.* 16. *pr. de pign. & hyp. l.* 56. *de iudic. l. ult. C. ad SC. Macedon. l.* 25. *C. de don. int. vir. & uxor.* 2. Adeoque eam mandato æquiparari *l.* 60. *de R. J.* 3. etiam juſſui *l.* 1. §. 6. *quod iuſſu.* ergo & 4. in nuptiis. *pr. I. de nupt.* Sane & 5. in maleficiis *l.* 152. §. 2. *ff. de R. J.* vid. *Adm. VI.* 236. *verſ. ita ut.* Quin 6. tenenda eſt Novella, eademque generalis Juſtiniani Lex in *l. ult. C. ad*

SC.

SC. Maced. ubi Cæſar ait: *cum noſtra novella lege generaliter omnis ratihabitio prorſus retrotrahatur & confirmet ea quæ ab initio ſubſecuta ſunt.* Qua cum jungenda eſt *l. 25. C. de don. int. vir. & ux.* ut eidem regulæ etiam locus ſit in negotiis antea ipſo jure *nullis* & non niſi de Facto non etiam de Jure geſtis. Quæ profecto regula non tantum confirmat id quod modo de nuptiis dixi, de quo vide ſis latius *Manipul. Siciliment. ad ff. 2. num.* 197. Sed & vult, auctoritatem tutoris etiam per ratihabitionem ex intervallo ſubſecutam rectiſſime interponi. Eſt quippe auctoritas aliud nihil quam probatio atque conſenſus. *l. 3. in fin. ff. de auct. tutor. l.* 8. *ff. de adoptionib. junct. rubr. ff. de auctor. & conſenſ.* Add. *ſupr. IV.* 152. *fin.* Si quis tamen ſententiam contrariam non obſtante Juſtiniani dicta Novella nihilominus velit defendere, is eandem tamen limitet, ut falſa ſit in caſu, quo agitur de pupilli commodo *arg. l. 6. C. de legib.* de quo aliiſque vid. Montan. *d. tr. de tutel. c.* 30. *n.* 50. *ſeqq.*

LIBER XLVII.

TIT. I.

De Privatis Delictis.

§. 26. Sequuntur Delicta *iung. ſupr.* §. 1. De qui-

quibus eſt hic liber 47. & ſequens 48. Duo terribiles libri *l.* 2. §. 8. *C. de V. J. E.* Delictum alibi Maleficium, & aliquando Injuria *l.* 1. *ff. injur.* Crimen, atque Noxa, audit *l.* 131. *ff. de V. S.* §. 7. & 18. *l. de obl. quæ ex delict.* Criminis tamen vocabulum ſpecialius & per eminentiam crimen *publicum* notat. *rubr. I. h. t. junct. a l.* 17. §. 18. *de Ædil. ed.* & *l.* 2. §. 8. *C. de V. I. E.* Pertinet tamen & ad Privata. *l.* 1. *de pœn. d.* §. 18. Robert. 1. *animadverſ.* 6. In genere autem Crimen, Delictum ſive Maleficium eſt, factum injuſtum, pœnam incurrens, immediate contra legum prohibitionem dolo commiſſum. Dixi *factum:* Omnia quippe delicta RE conſtant *pr. I. d. oblig. ex delict.* (*re* id eſt *facto l.* 4. *pro ſoc. l.* 32. *de LL.*) Unde cogitationis pœnam nemo patitur *l.* 18. *ff. de pœn.* add. A. Gell. 7. *noct. Attic.* 3. Gothofr. *ad d. l.* 18. Diſſentit Juvenalis *ſatyr.* 13. verſ. 209. *ſeq.* Vid. §. 127 *infra.* Plane Factum non ſufficere ſolum, ſed requiri inſuper & *dolum*, definitio data indicat, de quo infra pluribus. Sed & *Factum* latius hic accipi oportet, quatenus ſcil. conatui & cogitationi opponitur, ut mox videbimus. Alibi ſtrictius capitur, ut diſtinguatur a dicto, ſcripto, ſuaſione: nam & hæc ſceleris inſtar eſt *l.* 16. *pr. ff. de pœn.*

§. 27. Ceterum a cogitatione differt Conatus, qui inter Delicti perpetrationem & cogitatio-

tionem quaſi medius eſt, unde Delictum imperfectum dici poſſet *l. 1. in fin. ff. de extraord. crim.* eſtque actus exterior ad delictum perpetrandum directus, ex. gr. ſi quis hactenus de homicidio perpetrando tantum cogitaverit, at nunc etiam gladium ſibi accinxerit, tranſiturumque forte Titium in foro ambulans opperiatur. Ergo ſi delictum perpetratum ſit, non manet conatus, ſed fit Delictum. De Conatu regula eſt: Eum pœna extraordinaria affici *l. 1. pr. & §. ff. de extr. crim.* Excipe (1.) quatuor delicta, in quibus pœna obtinet ordinaria, ſcilicet in Homicidio, Parricidio, Aſſaſſinio (cum quis mercede ad homicidium perpetrandum conducitur) & Perduellione *l. 1. pr. ff. l. 7. C. de ſicar. l. 1. ff. ff. de parricid. l. un. C. de his qui par. vel. liber. occid. l. 5. C. ad L. Jul. maieſt. c. 1. de homicid. in* 6. His adde Cucurbitationem, quoad amiſſionem Feudi ob Feloniam. 1. *Feud. 5. pr.* Textor. 2. *prax. iudiciar.* 3. *num.* 5. Felrman. *de feud. c.* 16. §. 4. *n.* 3. & Servi Corrupti conatum *Aphoriſ. IV.* 59. *Admonit. VII.* 33. *fin.* Struvius *d. exerc.* 48. *th.* 6. dicit id moribus non ſervari in homicidio: Tu dic, nec in parricidio. Carpzov. *criminal. quaeſt.* 17. niſi inſpecta hic (ut & in aliis atrociſſimis delictis) facti perſonarumque qualitas, ordinariam pœnam exegerit. *Carpz. ibid.* Sed nec in aſſaſſinio pœna ordinaria ſemper conatui irrogabitur, ſed tum duntaxat,

quibus eſt hic liber 47. & ſequens 48. Duo terribiles libri *l.* 2. §. 8. *C. de V. I. E.* Delictum alibi Maleficium, & aliquando Injuria *l.* 1 *ff. injur.* Crimen, atque Noxa, audit *l.* 131. *ff. de V. S.* §. 7. & 18. *l. de obl. quæ ex delict.* Criminis tamen vocabulum ſpecialius & per eminentiam crimen *publicum* notat. *rubr. I. h. t. junct. l.* 17. §. 18. *de Ædil. ed. & l.* 2. §. 8 *C. de V. I. E.* Pertinet tamen & ad Privata. *l.* 1. *de pœn. d.* §. 18. Robert. 1. *animadverſ.* 6. In genere autem Crimen, Delictum ſive Maleficium eſt, factum injuſtum, pœnam incurrens, immediate contra legum prohibitionem dolo commiſſum. Dixi *factum:* Omnia quippe delicta RE conſtant *pr. I. d. oblig. ex delict.* (*re* id eſt *facto l.* 4. *pro ſoc. l.* 32. *de LL.*) Unde cogitationis pœnam nemo patitur *l.* 18. *ff. de pœn.* add. A. Gell. 7. *noct. Attic.* 3. Gothofr. *ad d. l.* 18. Diſſentit Juvenalis *ſatyr.* 13. verſ. 209. *ſeq.* Vid. §. 127 *infra.* Plane Factum non ſufficere ſolum, ſed requiri inſuper & *dolum*, definitio data indicat, de quo infra pluribus. Sed & *Factum* latius hic accipi oportet, quatenus ſcil. conatui & cogitationi opponitur, ut mox videbimus. Alibi ſtrictius capitur, ut diſtinguatur a dicto, ſcripto, ſuaſione: nam & hæc ſceleris inſtar eſt *l.* 16. *pr. ff. de pœn.*

§. 27. Ceterum a cogitatione differt Conatus, qui inter Delicti perpetrationem & cogita-

tio-

tionem quaſi medius eſt, unde Delictum imperfectum dici poſſet *l. 1. in fin. ff. de extraord. crim.* eſtque actus exterior ad delictum perpetrandum directus, ex. gr. ſi quis hactenus de homicidio perpetrando tantum cogitaverit, at nunc etiam gladium ſibi accinxerit, tranſiturumque forte Titium in foro ambulans opperiatur. Ergo ſi delictum perpetratum ſit, non manet conatus, ſed fit Delictum. De Conatu regula eſt: Eum pœna extraordinaria affici *l. 1. pr. & §. ff. de extr. crim.* Excipe (1.) quatuor delicta, in quibus pœna obtinet ordinaria, ſcilicet in Homicidio, Parricidio, Aſſaſſinio (cum quis mercede ad homicidium perpetrandum conducitur) & Perduellione *l. 1. pr. ff. l. 7. C. de ſicar. l. 1. f. ff. de parricid. l. un. C. de his qui par. vel. liber. occid. l. 5. C. ad L. Jul. maieſt. c. 1. de homicid. in 6.* His adde Cucurbitationem, quoad amiſſionem Feudi ob Feloniam. 1. *Feud. 5. pr.* Textor. 2. *prax. indiciar.* 3. *num.* 5. Felɪman. *de feud. c. 16. §. 4. n.* 3. & Servi Corrupti conatum *Aphoriſ. IV. 59. Admonit. VII. 33. fin.* Struvius *d. exerc. 48. th. 6.* dicit id moribus non ſervari in homicidio: Tu dic, nec in parricidio. Carpzov. *criminal. quæſt.* 17. niſi inſpecta hic (ut & in aliis atrociſſimis delictis) facti perſonarumque qualitas, ordinariam pœnam exegerit. *Carpz. ibid.* Sed nec in aſſaſſinio pœna ordinaria ſemper conatui irrogabitur, ſed tum duntaxat,

cum vel conatus ad actum delicto proximum pervenerit, vel cum infidelis ad occidendum fidelem conductus fuit. *Carpz. crim. qu.* 19. *num.* 52. Jure tamen militari Danico, obtinet *d. c.* 1. *de homicid. in* 6. Quin & Jure communi in *Conducente* ſufficit hic conatus *arg. l.* 3. *pr. quod quiſq. jur. in alt. ſtat.* vid. Feltman. *artikelbrief. art.* 3. *lit. b. n.* 2. & *n.* 5. *ſeqq.* Excipe (2). delicta leviora, in quibus conatus extra legis pœnam eſt, non utique ubique, ſed ubi lex in nonnullis exceptionem inducit *l.* 1. *in fin. quod quiſq. jur. in al. ſtat. l.* 3. *ff. de his qui not. infam. l.* 6. & *l.* 22. §. 4. *ff. ad L. Cornel. de falſ.* vid. *Admon. I.* §. 103. & §. 174. *n.* 11. & *VII.* §. 113. (3.) niſi delicti imperfecti maculam, quæ conatui ineſt, ſpontanea quis pœnitentia eluerit *l.* 19. *ff. de falſ. l.* 1. *C. Stellionat.* vid. *Admonit. VII.* §. 67. *verſ. inter varias*, & §. 113. Sunt Doctores qui etiam pœnitentiæ locum faciunt in caſibus *l.* 11. *ff. de in ius voc.* & *l.* 21. §. 7. *ff. de furt.* vid. *Admon. I.* 110. *VII.* 33. Sed nego, in his textibus merum conatum eſſe: cum in priori vera in jus vocatio contra edictum: in poſteriori, vera injuria occurrat. Ex priori vides & in delictis jam conſummatis aliquando, jure ſcil. ita ſingulariter diſponente, pœnitentiæ locum eſſe. add. *l.* 5. *in fin. C. majeſtat. Aphoriſm. IV.* 130.

§. 28. Præter *factum*, requiſivi in Delicti definitione etiam *Dolum*. Delicta enim voluntas

luntas & propoſitum delinquentis diſtinguit: ut loquitur JC. *in l.* 53. *de furt.* Conf. §. 7. §. 18. *l. de obl. ex del. l.* 14. *ſicar. l.* 23. §. 2. *adil. ed. l.* 3. §. 7. *inc. ruin. l.* 37. *uſuc. l.* 20. *C. falſ.* 2. *F.* 52. §. *f. Admon. II.* 113. Cum dolus voluntatem & propoſitum requirat, patet, errorem ob eodem excuſare, cauſamque etiam fatuam. v. Aleman. *conſultation.* 8. § *At vero doli. p. m.* 573. *& ſeq.* Adde *Adm. I.* 206.

§. 29. Ex hoc *doli* requiſito ſequitur, culpam *vero* delicto locum non facere, ſed *Quaſi delicto.* Sequitur & feminas delinquere, & conſequenter puniendas. v. tamen *Irner. noſtr. inj. vapul. coit.* 32. §. 3. *ſeq.* Sed & ex eodem ſequitur, latam culpam in delictis veris non eſſe dolum: deeſt enim latæ culpæ *propoſitum*, quod leges heic requirunt. Non ſunt tamen Quaſi Delicta, Delicta ſcil. culpoſa, abſque omni pœna. *v. l.* 38. *§.* 5. *pœn. l.* 7. *magiſtr. conv.* §. 1. *l. vi bon. rapt. l.* 3. *in f. ne quis eum qui in jus vocat. Add. ſupr. part.* 6. §. 120. *n.* 1. *& infra* §. 36. *tit. Si qui teſtamento liber. & Irner. inj. vap. c.* 34. *§.* 7. *add.* §. 35. *&* 63. *infr.* Sed & exinde plura alia conſequuntur, qualia ſub titulis de furtis & de injuriis & alibi apparent. Conf. Struv. *ff. exercitat.* 48. *th.* 10. *ſeq.* De impuberibus. *vid. infra* §. 34. De Ebriis: *vid. l.* 11. §. 2. *de pœn. l.* 6. §. 7. *de re mil. l. un. C. Si imper. quis maledix.* Lucas de Penna *ad l.* 1.

C. de erogat. milit. annon. Feltman. *ad Jus Milit. art.* 4. & 67. Goehaus. 2. *pericul. Academ.* 38. Foman. *diſput.* 27. *th.* 10. Brouwer. 1. *Connub.* 4. Ayala 3. *de iur. bell. c.* 9. *n.* 17. Winther. *Parthen. litig.* 2. *cap.* 9. *n.* 29. *ſeqq.* Granz. *defenſ. inquiſitor. cap.* 6. *membr.* 2. *ſ.* 2. *artic.* 6. Lanckeren. 3. *Utr. Conſultat.* 42. *item* 56. 57. 58. 59. & 132. Zurck. *Cod. Bat. p.* 230. Zentgrav. *de Juſt. & Jur. p.* 305.

§. 30. Dividitur Delictum intuitu læſionis & inde acquiſitæ actionis, in Privatum & Publicum. *rubr. ff. de priv. del.* & *rubr. I. de public. iudic.* ita ut Publicum ſit ex quo Reſpublica ad intereſſe publicum: Privatum ex quo privatus ad commodum ſuum privatum agere poteſt. Quemadmodum alibi ab utilitate inde in publicum vel privatum promanante, diſtinctio in Jus Privatum & Publicum inducta eſt. §. *ult. I. de J. & J.* Sola ergo læſio non diſtinguit has delictorum Species: cum ubique ſimul publicum læ-datur, & plerumque ſimul privatus. Sed & 2. ex agendi modo ſive ex remedio aut reip. dato aut privatis, diſcrimen heic promanat. Hac ergo ratione differunt Publica Crimina a Privatis in exercendo: ceterum differunt 3. & in inſtituendo. Illa ſpeciali ſolennique publicorum judiciorum Lege inſtituuntur, veluti Julia, Cornelia, Pompeia &c. Hæc non *pr. I. de public. iudic.* Ex dictis ſequitur, Furtum ex Lege Carolina hodie ad Publica e-

tiam crimina pertinere, etſi ſimul ſit & Privatum: quod & alias contingit, veluti ex. gr. in Vi. *v. Irner. noſtr. inıur. vapul. append. ult. pag.* 669.

§. 31. Privata delicta ſunt vel Ordinaria vel Extraordinaria. Extraordinaria iterum ſunt duplicis indolis, dicuntur enim vel ita ratione Objecti quod petitur, vel ratione Subjecti cui datur: illa vocantur Extraordinaria in ſpecie, hæc Popularia.

§. 32. Ordinaria ſunt quatuor, (1) Furtum ex quo naſcuntur tum actiones *generales*, ut Condicto Furtiva, & Actio furti: tum *ſpeciales*, ut de Tigno juncto, &c. (2.) Rapina: Ratione cujus actio eſt, Vi bonorum raptorum (3) Damnum, ſed cum de eo jam ſupra ad titulum de Lege Aquilia dictum ſit, ſupervacuum foret de eo hic repetere, niſi quod vel 1. in navi, caupona, ſtabulo, aut in turba, vel 2. occaſione incendii, ruinæ, naufragii, ratiſve expugnatæ, &c. datum eſt, moneri adhuc debeat. (4) Injuria, cujus ſpecies eſt famoſus libellus. De quibus, titulis ſequentibus videndum. Prima ſpecies eſt *Furtum*.

TIT.

TIT. II.

De Furtis.

§. 33. Furtum deſcribit §. 1. *I. h.* Dicitur *contrectatio* id eſt de loco motio *l.* 3. §. 18. *de acquir. poſſ.* ſive poſſeſſionis corporalis ablatio. Poſſeſſio enim corporalis ſemper auferri debet *l.* 75. *h. l.* 1. §. 15. *ff. ſi quis teſtam. lib. v.* §. 36, & 65. *infr.* etſi non ſemper ſola, ſed aliquando ſola, aliquando cum ipſa re ejuſve uſu. §. 1. *I. h.* Hinc qui conclave furandi cauſa intravit, nec furatur, pœnitentia forte ductus: fur non eſt; facit tamen injuriam *l.* 21. §. 7. *h. vid.* §. 27. *in fin. ſupr.* & §. 55. *n.* 10. *infr.* Dicitur *fraudulosa* Ergo 1. abſque affectu furandi furtum non fit §. 7. *h. v. ſupra* §. 28. & *ſeq.* 2. Inter parentes, liberoſque, conjuges, fratreſque, nec non domeſticos, qui ita contrectat, fur eſt §. 12. *h. l.* 52. §. 1. & 2. *h.* Unde & res per eos ablata, furtiva eſt; & conſequenter uſucapi non poteſt. §. 12. *I. de obl. quæ. ex. del.* Etſi contra eum furti actio non detur *d.* §. 12. *l.* 89. *h. l.* 10. §. 1. *depoen.* cujus rei rationem pete ex *l. ult.* §. *fi. C. de furt.* quia lex ſc. ita atrocem actionem dare in perſonam ita ſibi conjunctam erubuit. 3. etiam volente domino furtum erit *l.* 46. §. *pen. ff. de furtis.*

tis. Oppon. §. 8. *I. de oblig. quæ ex deliƈt* ibi: *ſi credat aliquis, invito domino ſe rem commodatam ſibi, contreƈtare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri.* Reſpond. Non *dicitur* furtum, *eſt* tamen furtum. *confer. l.* 1. *ff. rer. amotar. & ad Inſt. lib.* 2. *aphoriſm.* 46. *in fin.* Dicitur autem furtum non fieri, eventu & effeƈtu inſpeƈto. Nam ei cui furtum factum eſt denegatur hoc caſu aƈtio *d. l.* 46. §. *pen.* cum quilibet juri ſuo poſſit renuntiare *l. penult. C. de paƈt.* Oppon. *d.* §. 8. *verſic. Unde illud quæſitum. I. h. t.* ubi ſi Titius ſervum (idem eſt ſi filium *l.* 14. §. 1. *ff. ſerv. corrupt.*) Mævii ſollicitaverit ut quaſdam res domino (patrive) ſurriperet, & ad eum perferret, & ſervus (filiuſve) id ad Mævium dominum patremve ſuum pertulerit, id eſt Mævio domino patrive ſuo id indicaverit (quomodo *ſermone perferre* Cic. habet 14. *ep. fam.* 1.) Mævius autem dum vult Titium in ipſo ſervi filiive corrupti deliƈto deprehendere, permiſerit ſervo filiove quaſdam res ad eum deferre, Mævio contra Titium & furti & ſervi corrupti aƈtio datur. Reſpond. Ibi adeſt quidem ſcientia, ſed deeſt conſenſus renuntiantis: Veluti ſimile quid eſt ſi quis interim ex reverentia taceat, non ut plane aƈtioni ſuæ renuntiet. *l.* 91. *de furtis.* At regula juris eſt: *Nemo videtur fraudare eos qui* 1. *ſciunt. &* 2. *conſentiunt. l.* 145. *ff. de R. J.* Et hoc in tran-

tranſitu vides, ſervi corrupti actionem, etiam propter Conatum competere: cum quis ſervum hoc caſu corrumpere conatus fuerit, nec id tamen perfecerit· vid. §. 27. *infr.* Præterea ex præmiſſis 4. fluit deciſio, impuberem furtum committere cum pubertati proximus, & ob hanc proximitatem doli capax eſt. *v.* §. 27' & 28. *ſupr.* Hic nunc nota regulam: *Impunitas delicti propter ætatem non datur, ſi modo in ea* ætate *quis ſit, in quam crimen quod intenditur cadere poteſt. l.* 7. *C. de pœnis. add. l.* 1. *C. ſi adv. delict.* Loquitur lex de ætate, in quam crimen cadere poteſt. Unde ſi malitia ſingularis infantis vel infantiæ proximi appareat, & malitia ætatem ſuppleat, non dubito ampliare regulam, ita ut & talis arbitrarie et ſi non ſevere puniri queat uti alias a patre domi caſtigari poteſt. Carpz. *crimin. quæſt.* 143. *num.* 19. Becman. *meditat. politic.* 15. *n.* 10. Limita 1. regulam, ut impubes etiam pubertati proximus capitis pœnæ non ſubjiciatur, ſed extraordinarie puniatur *l.* 23. §. 2. *ff. de ædil. edict.* Quod intellige de capite naturali. Quod ad Civile enim, ſecus eſt §. 1. *I. quib. mod. tut. fin.* Quin & de Jure Carolino, circumſtantiæ concurrentes, morti naturali quandoque locum facere poſſunt. *Ord. Carol. Crimin. art.* 164. Carpzov. *d. quæſt.* 143. *num.* 35. 48. 58. Limita 2. ut etiam puberibus minoribus miſeratio ætatis mediocrem aliquan-

do

do pœnam tribuat *l.* 37. §. 1. *de minorib.* judicis arbirrio inibi admittendo. Sande *ad l.* 108. *de R. J. & 5. Deciſion.* 9. *def.* 4. Maſurius Labio (de quo *de J. Ventr. VI.* 14.) *homicid. excuſ. cap.* 40. *n.* 10. add. *l.* 108. *de R. J.* Diſſ. Harpprecht. & allegati *ad* §. 18. *I. de obl. ex delict.*

§. 34. Cetera videantur *ad Inſt. aph. libr.* 4. *aph.* 1. *& ſeqq.* Add. quæ dixi *Jul. Paul.* §. 10. *& ſeqq. & Frideric. I.* §. 15. ubi de quinque ſolidis de quibus 2. *Feud.* 27. §. *ult. & Sanct. Crimin. Car.* 160. de quibus add. dicta 4. *aphor.* 9. *& Irner. inj. vap. coit.* 44. *acceſſ. cap.* 2. §. 5. Add. Beyer. *add. art.* 160. *n.* 19. *ſeqq.* Ortwyn. *ad* §. 2. *I. de donation.* De l. 43. §. pen. ff. h. t. dixi ſupra *part.* 3. §. 43. Aliam notabilem furti ſpeciem ſuppeditat Codex h. t. in authentica *Navigia* ubi Fridericus Secundus ſingulari pœna inſurgit contra eos qui naufragorum bona contrectant. vid. Schottel. *de ſingular. Jurib. c.* 20. Addo controverſiam famoſam: An de re minima detur actio furti famoſa? Nos affirmamus & a contrariis hanc ſententiam vindicavimus *Diſſertat. de Cornib.* 1. §. 20. Præterea nuper iterum quæſitum eſt: an fur rupto laqueo vivus decidens, iterum ſuſpendendus ſit? Neg. Non equidem ex ratione miraculi de qua Lucas de Penna *ad l.* 1. *C. de deſertorib.* ſed 1. quia lex furem laqueo & morte puniens, de fure ſuſpendendo, non de ſuſpenſo loquitur. Ergo ad iſtum reſtringenda

l. pen

l. pen. ff. pœn. 2. *arg. l.* 138. §. 1. *de R. J.* 3. quia jam pœnæ pro parte ſatisfactum eſt: ut non poſſit eadem pars eidem iterato infligi. *l.* 57. *de R. J.* Diſſ. Dn. Feltman. *ad Jus milit. art.* 41. *lit. e.*

TIT. III.

De Tigno juncto.

§. 35. Sequuntur Actiones Speciales: de quibus ſupra §. 32. mentio injecta eſt. Hæ ſunt ſecundum Pandectarum ſeriem ſequentes quinque. Prima harum eſt actio *De Tigno juncto.* Tigni vocabulo comprehenditur quævis materia, ex qua ædificia ſtruuntur §. 29. *I. de rer. div.* Conf. *Adm. VI.* 257. Quale ſi quis ædibus ſuis junxerit, eximere id non cogitur, ita ut nec ad exhibendum agere, nec vindicare id *tantiſper* ſive *interim* dominus poſſit. *d.* §. 29. (& ita cape *l.* 98. §. *ult. ff. de ſolutionib.* ſcil. ut vindicari poſſit poſtea, poſtquam ſolutum fuerit) ne per ruinas hiatuſve ædium, nitor Urbis quid damni vel detrimenti patiatur. *l.* 2. *C. ædif. priv.* Sed actione de Tigno juncto in duplum renetur jungens ſive bona fide ſive mala id junxerit. §. 29. *I. de rer. div. l.* 1. *ff.* & 2. *ff. de tign. junct. l.* 13. §. 6. *de R. V. l.* 7. §. 10. *de A. R. D.* Plane, dicta ratio efflagitat (vid. *l.* 9. §.

f. de

f. de jur. & fact. ign. Admon. I. §. 43. *n.* 3. *in fin.* ne quidem volenti, ſi dictæ urbis elegantiæ inde quid detrimenti metuatur, exemtionem permittendam eſſe: de qua controverſia ſuſius dixi *Irner. injur. vapul. coit.* 34. §. 7. Duplum autem quod hæc actio perſequitur, intuitu malæ fidei ædificatoris, meram pœnam eſſe, ibidem probavi. Sed qua ratione (dicat quis) duplum a bonæ fidei poſſeſſore exigi poteſt? Scilicet, non quod bona fides delictum ſit, ullamve pœnam mereatur, ſed quod culpa in junctione admiſſa, damni dati ſpeciem referat, adeoque aut in verum aut in quaſi delictum incidat: vid. *Irner. iniur. vap. C.* 34. §. *ult: add. Admon. VI.* §. 120. *n.* 1. *Conf.* §. *mox. ſeq.* 36. Sed, an abſciſſe *furtivum* heic tignum requiritur? negandum eſſe, ratio, ſupra a non minuendo urbis publico nitore depromta; efflagitat. Adde generalitatem rubricæ *h. t.* tum textus *in* §. 29. *I. de R. D. & ſimil. iunct. arg. l.* 8. *ff. de Public. in rem act.* Adde, neminem a perſecutione actionis de Tigno juncto immunem eſſe, niſi qui ſciente & patiente domino junxit. *l.* 63. *ff. de don. int. v. & ux.* Quod autem *furtivi* tigni aliquando in Legibus mentio fiat, id exempli cauſa dictum puta. Exempla enim regulam non reſtringunt. *l.* 30. *in fin. ff. de damn. infect.* Surdus *conſil.* 108. *num.* 10. Jac. Schultes *ad Mod. Piſt. part.* 1. *quæſt.* 49. *num.* 12.

TIT. IV.

Si is qui teſtamento liber eſſe juſſus fuerit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem, ſurripuiſſe aut corrupiſſe dicetur.

§. 36. Hic, de quo Rubricam hoc titulo loqui vides, tenetur in duplum, actione utili (quæ in hac ſerie, Actio Secunda ſpecialis eſt. *v. ſupra* §. 32.) cum directa teneri nequeat, eo quod hereditati *jacenti* furtum non fiat, *l.* 1. §. 15. *h. t Conf.* §. 33. *pr. ſupr.* & §. 65. *infr.* Ubi addendum 1. hanc actionem etiam ad damnum datum extendi: 2. etiam latam culpam hanc pœnam ſentire. *rubr.* & *l.* 1. §. 2. *h. t. add.* §. 29. *ſupr.* & §. 61. *infr.*

TIT. V.

Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios.

§. 37. Hæc tertia ſpecialis Actio eſt. De ea textus ait *In eos qui naves, caupones, ſtabula exercebunt ſi quid a quoquo eorum, quoſve ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur, judicium datur, pr. ff. h. t.* Ex verbis: *naves exercebunt:* intelligis, per *nautas* hoc loco intelligi

ligi ipſos navium exercitores, a quibus alias nautæ diſtinguuntur. *v.* §. 1. *ff. eod. & l.* 1. §. 2. *de exercit. act.* Verba: *quoſve ibi habebunt:* pertinent & ad navis *magiſtrum:* qui quomodo ab exercitore differat, dixi 4. *aph.* 68. Illum Hoppius *exam. I. libr.* 4. *tit.* 7. *quæſt.* 8. vocat *Schiffs-Capitain:* quod uſus loquendi non tantum in Belgio: vid. Grot. *introduct. libr.* 3. *part.* 1. Ortwyn. *ad d. tit.* 7. §. 2. ſed & in Germania: vid. Flörcke *Juriſprud. Struv. libr.* 3. *tit.* 18. §. 5. refutat.

§. 38. Porro ex verbis dicti textus: *Si quid a quoquo eorum:* vides, qua ratione titulus præſens differat a titulo cognato, qui occurrit libro quarto ff. ſub rubrica: *Nautæ, caupones, ſtabularii &c.* Enimvero titulus hic libri quarti non ſpectat ad furtum damnumve ab *exercitore* factum: ſed quod titulus noſter ſimiliter duplo coercet, *l. un.* §. 2. *h. t.* Uterque ergo titulus etſi inter alia in eo concordet, quod exercitores ex furto damnove operariorum, quos in navi &c. habent, in duplum teneantur: differunt tamen in eo, ut dixi, quod duplum titulo noſtro etiam ab exercitore ob *proprium* hujus factum exigatur: cum alias damnum datum dupli pœnam regulariter non ſentiat, velut hoc caſu, in ſecuritatem iter facientium inductum eſt. Reſpectu ergo damni dati maximum uſum habet hic titulus: non ita reſpectu furti ab ipſo

exercitore perpetrati: de eo enim furti actione pœna dupli aut quadrupli peti poteſt. §. 5. *l. de obl. quæ ex delict.* Damnum autem datum ad hanc etiam actionem pertinere, patet ex *l. un. §. ult. ff. h. t. ibi: factum.*

§. 39. Ad alios, ex. gr. aurigas, hæc non pertinere, vult §. 6. *I. de j. nat. l.* 14. *ſeq. de legib. l.* 42. *de pœn. l.* 1. §. 1. *&* 2. *ff. naut. caup. iunct. l.* 1. §. 4. *& l.* 3. §. 1. *ff. eod.* v. Lauterbach. 4. *diſp. Tub.* 12. *th.* 32. *& ſeqq.* Diſſentit Stryck. *Tract. de act. forenſib. ſect.* 1. *membr.* 9. § 35. *ſeqq.* Quod ad reliqua, repeto dicta *libr.* 4. *ad Inſt. aph.* 32.

TIT. VI.

Si familia furtum feciſſe dicatur.

§. 40. Quarta ſpecialis actio, datur ei cui ab alterius familia, id eſt ſervorum grege, furtum, ignorante domino, factum eſt. Tum enim dominus tenetur condictionis nomine in ſimplum, & pœnæ nomine in duplum *l.* 2. *h.* ita ut quaſi unus duntaxat ſervus furtum feciſſet, una præſtatione dicti ſimpli & dupli defungi, aut noxios ſervos dedendo dictam præſtationem poſſit evitare: ne cum plures furtum admittunt, evertant domini patrimonium ſi omnes dedere aut pro ſingulis æſtimationem litis offerre cogeretur. *l.* 1. *pr. h. t.* §. 41.

§. 41. Profecto hæc ratio habet & locum tum in aliis delictis (non exceptis) tum ſpeciatim in Damno: unde & in iis locum ipſi dare neceſſe eſt *l. 9. in fin. ff. de jur. & fact. ignor. l.* 1. *§. 2. h. t. l. 32. ad L. Aquil.* Obſtat. *l. 9. ff. de juriſdict.* Reſp. *Indiſſimulabile eſt, Auctores varie hac de re ſenſiſſe*: inquit Wiſſenbach. *ff. de juriſdict. theſ.* 40. Quid ſi tamen ita concilies? Ut dicta lex 9. verſ. *Octavenus*: reſpiciat ad damnum, de quo proxime præceſſerat arg. verb. *hic*. nempe, in *damno*. Porro verſiculus *Sed hoc*, iterum referri debeat ad album corruptum. Alii aliter. v. Wiſſ. *d. th.* 40. & Struv. *h. t. th.* 38. Opp. *l.* 34. *ff. de injur.* Reſpond. 1. In injuria forte eſt exceptio: certe altera eſt in albi corruptione. *d. l.* 9. non enim novum eſt, regulas aliquando falſas eſſe. *l.* 1. *ff. de regul. Caton. l.* 1. *ff. de R. J.* Struv. *ff. h. t. th.* 38. & 40. Reſp. 2. *d. l.* 34. ſupplenda eſt ex *l.* 1. *pr. ff. h. t.* ita ut quamvis ſint plura delicta, nihilominus quaſi unum tantum perpetratum ſit, a domino luantur, neque enim itidem novum eſt, legem unam ex altera ſuppleri. *l. 26. ff. de legib. §. pen. I. de L. Aquil.*

§. 42. Ceterum, hæc indulgentia Prætoria per unicam præſtationem plura facta redimendi, non datur domino ſcienti. Is autem accipitur ſcire, qui ſcit & potuit prohibere. *v. l. 1. §. 1. h. t.*

TIT. VII.
Arborum furtim caſarum.

§. 43. **Q**uinta actio ſpecialis, eſt, *Arborum furtim cæſarum.* Arborem accipe hic Late, ut & vites, hederæ, arundines, ſimiliaque, hic contineantur *l.* 3. *&* 4. *h. t.* Krebs *de Ligno & Lap. l.* 2. 3. *& l.* 4. 18. Furtim autem hic idem eſt quod clam, ſive, domino ignorante: etſi furtum non concurrat. *l.* 7. *pr. &* §. 1. *h. t. Conf. Ovid.* 3. *triſt.* 1. 21. *Lucr.* 4. 1174. Cædere eſt non ſolum ſuccidere, ſed & ferire cædendi cauſa: ſed & ſubſecare: ſed & cingere, id eſt deglabrare, *l.* 5. *pr. l.* 7. §. 4. *h. t.* non autem radicitus arborem evellere vel extirpare: quod Lege Aquilia vindicatur. *d. l.* 7. §. 2.

§. 44. Talis cædens tenetur in duplum *l.* 7. §. *fin. h.* Sciendum eſt autem, eos qui arbores, & maxime vites cæciderint, etiam tanquam latrones puniri. *l.* 2. *h. t.* Ergo & capitali pœnæ locus eſſe poteſt. *arg. l.* 9. *ff. de extr. crimin. l.* 13. *ff. de pœn. junct. l. ult. de del. priv. l. ult. ff. de furt. l. f. de iniur.* eſt enim pœna criminalis extraordinaria, arbitraria, *d. l.* 13. *d. l.* 9. *add. Ord. Crimin. Carol. art.* 168. Vide tamen §. 51. *infra.* Dantur & alia remedia: vid. Gothofred. *not. ad l.* 7. *in fin. h. t.* Cardinal. Tuſch. *pract. concl. iur. A.* 481. Arborum tamen cæſarum pretium

tium ſemper deduci oportet. *l.* 8. *pr. h.* vid. Alberic. de Roſate *ſtatut. libr.* 2. *quæſt.* 69.

§. 45 Si arbor in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit: agere autem licebit, non eſſe ejus, ſicuti tignum porrectum, aut immiſſum habere. Si *radicibus* vicini arbor aletur, tamen ejus eſt, in cujus fundo origo ejus fuerit. *l.* 6. §. *ult. h. t. l. fin. pr. quod vi aut cl.* quod limita, niſi *ipſa arbor* aut tota aut parte ſui, vicini fundum preſſerit, id eſt, niſi etiam pars ipſius arboris in vicini fundo extet. *l.* 7. §. *ult. ff. de acq. rer. dom.* §. 3. 1. *ibi: preſſerit arbor. l. de R. D.* Nulla ut hic ſit antinomia; quidquid velit Wiſſenbach. *ff. h. t. th.* 25.

T I T. VIII.

Vi bonorum raptorum, & de turba.

§. 46. Sequitur ſecundum Delictum Privatum Ordinarium, Rapina. Ratione cujus Prætor introduxit actionem *Vi bonorum raptorum. rubr. ff. h. t. pr. I. eod.* intellige Vim Ablativam. *v. ſupra. part.* 6. §. 234. Heic repete ſis dicta ad I. *libr.* 4. *aph.* 13. 14. & 15.

§. 47. Rubrica hujus tituli, indicat & alterum hujus membrum, *De Turba.* Scilicet de Damno, tertia Delictorum Privatorum Ordina-

dinariorum ſpecie, adhuc reſtat videndum 1. Damnum in Turba: aut 2. occaſione incendii, ruinæ, naufragii, ratiſve expugnatæ datum. Vid. *ſupra* §. 32.

§. 48. De priori, ſciendum eſt, de Damno dato regulariter non eſſe actionem pœnalem in duplum aut quadruplum: ſed duntaxat in id quanti ea res anno vel menſe proximis plurimi fuit. Sed excipitur, inter alia, niſi damnum in Turba, id eſt cœtu decem aut quindecim hominum, ſit datum, tum enim damnum dans intra annum utilem, in duplum, eo lapſo in ſimplum, conveniri poteſt *l.* 4. *h. t.*

TIT. IX.

De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.

§. 49. Poſterius eſt, ſi quis alicui damnum faciat, etiam furando, aliove modo, per occaſionem incendii, ruinæ, naufragii, aut navis expugnatæ: contra quem intra annum utilem datur actio in quadruplum, poſt annum in ſimplum *l.* 1. *h. l.* 18. *C. de furt. l.* 35. *de O. & A.* Si quis ipſius incendii auctor doloſus ſit, igni necandus eſt. *l.* 28. §. 12. *de pœn. l.* 9. *ff. h.* De naufragio, cujus etiam hujus tituli rubrica mentionem facit, vid. *l.* 7. *ff. h. t.* &

quæ

quæ dixi §. 34. *ſupr.* add. Piſetzky a Kranichfeld. *de ſtat. ſeculdr. addit.* 11. Gryphiand. *de inſulis c.* 21. *num.* 100. *& ſeqq.* Fritſch. *J. Fluviatic. pag.* 888. *ſeqq.* Leeuwen *cenſur. forenſ. part.* 1. *libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 14. *&* 15. Lather. 2. *de cenſ.* 11.

TIT. X.

De injuriis & famoſis libellis.

§. 50. Reſtat quartum Delictum Ordinarium Privatum, Injuria. De qua fuſe dixi *ad l. tit.* 4. *libr.* 4. Adde: ob injuriam patri factam, filium familias ſuo nomine actionem injuriarum movere poſſe, etſi pater præſens ſit. *l.* 9. *ff. de O. & A.* ubi & de tribus aliis actionibus idem prædicatur, commodati, ſcilicet, depoſiti, & quod vi aut clam. Quod jus ad filiam familias non pertinere, credo. Etſi enim feminæ a juris ſui perſecutione repellendæ non ſint: vid. Natta *Statut. qu.* 1. *n.* 20. *ſeqq.* Maſculos tamen a feminis defenſionem accipere non decet. *§.* 2. *I. de iniur. Nov.* 115. *c.* 3. §. 8. Vid. *de Jur. Filior. m.* 7. §. 13. Adde: Actionem ad Palinodiam ſive Recantatoriam, heredibus defuncti non dari, quia injuriarum actioni ſimilis eſt, in eo quod ex eodem fonte proveniat. §. 1. *I. de perp. & temp. act.* fruſtra diſſentiente Lauterbachio *Comp. p.* 669. Sed nec dari contra

heredes: quia ex injuria a defuncto illata ad heredes nihil pervenit *l. un. C. ex del. defunct.* niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. *d. l. un.* etſi diſſentiat D. Kettler *deciſ. Oſtfriſic.* 68. *n.* 24. & ejus filius (quem A. C. 1694. in numerum J. U. Doctorum cooptavi) *diſp. de act. ad palinodiam th.* 42. quem bene patriſſantem laudat Pollman *ad §. ult. I. de iniur. n.* 16. Conſentit Lauterbach. *d. pag.* 669. Ceterum actionem Recantatoriam & in hac Provincia, in praxi obtinere nuper etiam extra Academiam vidimus, Exemplum Cornelii Pynackeri præbet Protocollum Acad. Groning. 29. Januar. 1618. Adde & hæc de Retorſione. Injuria verbali affectum, Retorſionis remedio rite interpoſito honorem ſuum tueri poſſe, uti conſtans Praxis vult: & Jura indulgent: vid. Harpprecht *ad* §. 1. *de iniur. n.* 80. Winther. *Parth. litig.* 2. *c.* 12. *n.* 24. & quæ ſcripſi *de Jure Filior. membr.* 7. §. 9. *& Sicilim. faſcic. n.* 97. *in fine*: Ita nupera Facultate Juridica quæſitum eſt, an Retorſio rite interpoſita cenſeri debeat, ſi femina juvenem *furti* inſimulaverit; & hic illi reſponderit: *id mentiris tu ut meretrix.* Nihil in forma hujus Retorſionis juvenem peccaſſe, decidit præfata Facultas, probe obſervandum eſſe judicans, diſtinctiſſimam eſſe formulam quam vidimus, a tali formula: *tu mentiris: tu meretrix.* Hic enim priora; *tu mentiris:* abſolvunt retorſionem. At poſte-

poſteriora: *tu meretrix:* continent injuriam novam. Aut ſi poſterioria ad retorſionem pertinere quis mavult: priora injuriæ erunt novæ adſcribenda. Quod ſecus eſt in verbis: *ut meretrix:* quæ mendacium objectum duntaxat exaggerant, at injuriam novam non inferunt. Declaret hoc caſus ſimilis apud Conringium JC. & Dicaſterii Oſtfriſici Vice Præſidem *libr.* 1. *obſervat.* 47. ubi retorquens uſa fuerat his formalibus: *das liegſtu als ein ſtucke hures.* Ad quæ Conringius: *cum replicatio non ad finem effectumve illum tendat quod voluerit adverſarium ſcortationis inſimulare, ſed potius, quod voluerit mendacium illius exaggerare, quaſi diceret, mendacium tuum tam vanum eſt, ac ſi a meretrice qua plerumque vaniſſima & mendaciſſima, prolatum fuiſſet: per ea qua eleganter* tradit Harppr. *ad* §. *injuria autem.* 1. *Inſt. de injur. n.* 81. Pari ergo ratione licebit & retorquenti dicere: *tu mentiris ut fur & latro.* Non autem: *tu fur, tu latro.* Lauterbach. *comp. ff. pag* 670. *in fin.* & 671. *princip.* Conſequenter & recte (maxime ſi alter, qnod tamen neceſſarium non eſt, perjurii inſimulari queat) retorquens utetur formula: *das liegſtu wie ein meineidiger Schelm.* Eſtque hæc communis praxique recepta JCtorum ſententia: ut videri poteſt apud Harpprechtum *ad d.* §. 1. *n.* 80. *& ſeqq.* Schrader. *defend. IX.* 4. 15. Obrecht. *de nec. defenſ. C.*

2. *n.* 26. Lauterb. & Conring. *dd. locc.* Esbach. *ad Carpzov. part.* 4. *conſtit.* 46. *num.* 5. Bocer. *claſſ.* 4. *diſput.* 4. *n.* 30. Carpzov. *crimin. quaeſt.* 97. *n.* 27. *ſeq.* Feltman. *ad Jus Milit. art.* 18. *lit. b.* Mynſinger. 5. *obſert.* 17. ubi addit: *quae omnia, velut memoratu digna, non contemne.* Wernher. *compend. Jur. libr.* 3. *tit.* 9. §. 15.Ganteſviler. & allegg. *diſput. Baſil. vol. ſingular.* 10. *num.* 11. Exceptionem tamen notabilem nuper eadem Facultas reſpondendo agnovit, quoad liberos injuria, a parentibus affectos, ut illi in hos retorſione uti nequeant, propterea quod apud eum cui retorſio impacta, ſemper aliquid maculae ratione improperati mendacii, ſpretique honoris, niſi eam legitime eluerit, remanere videatur: quod parentibus liberos infligere non decet, vetante Decalogo. add. *l.* 9. *ff. de obſeq. l.* 4. *C. de patr. pot. l.* 48. §. 1. *her. inſt.* Aliis adhuc rationibus utitur D. Zollius *ſemidec. concluſion. iur. n.* 3. Denique adhuc notabis: eſſe modos, quibus infamia in injuriarum actione evitari poteſt. vid. Gail. 2. *obſervat.* 102. *& ſeq.* veluti ſi auctoritate judicis vel magiſtratus tranſigatur *l.* 6. §. 3. *de his qui not. inf.* Gail. *d. obſ.* 102. *n.* 13. *& n.* 16. *in fin.* Unde & condemnationi voluntariae tali caſu locum eſſe, non dubito. vid. Eiſenhard. *de condemnatione voluntaria c.* 4. *n.* 17. Confer. Vinn. *addit. ad Weſenbec. paratitl. ff. de recept. arbitr. n.* 9. *in fine.* Ultimo: Si quis

cum

cum ſponſa concubuerit, eamque poſtea deſeruerit, injuriarum tenetur. vid. Moneta *de conſervat. judic. c.* 7. 91. immo & ſi nequidem concubuerit. v. Mev. 8. *deciſ.* 42. Bruckner. *deciſ. matrimon.* 4. *n.* 74.

TIT XI.

De extraordinariis criminibus.

§. 51. Sequuntur Delicta Privata Extraordinaria: quæ deſcribas, quod ſint crimina privata *l.* 1. §. *f. de pœn.* ex quibus illi ad quos ea res pertinet *l.* 3. *h. t.* accuſationem criminalem inſtituunt, ad pœnam arbitrariam, leviorem aut graviorem, pro qualitate admiſſi, & circumſtantiarum, adeoque, his id ita urgentibus, etiam capitalem, pro judicis arbitrio *l.* 1. §. *f. l.* 9. *h. l.* 1. §. *ult. l.* 13. *de pœn. l.* 5. *C. de hæretic. l.* 7. §. *f. repetund. l.* 6. §. *ult. l.* 38. §. 5. *l.* 39. *de pœn.* delinquentibus irrogandam: ſecundum Marantæ *ſpecul. part.* 4. *n.* 50. *ſeqq.* & *diſput.* 5. Ayreri *proceſſ.* 1. *c.* 5. *obſ.* 2. *n.* 22. Ant. Matthæi *criminib. prolegomet. c.* 4. *n.* 11. Alemanni *conſultat.* 9. *rat. decid.* 3. & aliorum multorum ſententiam: quam tamen alii ita temperant, ut judicis quod dixi ad mortis etiam pœnam ſe extendens arbitrium, reſtingendum veniat ad caſum quo lex judici ſimul pœnam mortis irrogare concedit. vid. Jaſon.

ad l. 10. *de juriſd.n.*3. *&* 4. Alexand. *libr.*1. *conſ.* 111. *n.* 3. Clar. *ſentent.* §. *ult. quæſt.* 83. *n.* 11. Carpzov. *criminal. qu.* 133. *n.* 19. *ſeqq.* Peguera *quæſt crim.* 7. *n.* 12.

§. 52. Horum criminum multæ ſunt ſpecies. Veluti (1.) Sollicitatio alienarum nuptiarum, cujus rei ſunt qui alienæ uxoris pudicitiam affectarunt. *l.* 1. *h.* cui affinis eſt, Matrimoni interpellatio, cum quis alterius uxorem in matrimonium ſuum conatur pellicere *d. l.* 1. quod hodie, divortiis magis amputatis, infrequentiorem uſum habet, *v. Irner. iniur. vapul. coit.* 32. (2.) Si quis aliquem fimo perfuderit corrupto, cœnove aut luto obliverit. *d. l.* 1. §. (3.) Si quis aquas ſpurcaverit, lacuſve aut fiſtulas aliudve ad publicam injuriam contaminaverit. *d. l.* 1. §. 1. (4.) Si quis puero puellæve ſtuprum perſuaſerit abducto vel corrupto comite. *d. l.*1. §. *ult.* Dixi: *abducto vel corrupto comite.* id enim ſi deſit, erit delictum privatum ordinarium, injuria *l.* 1. §. 2. *de iniur.* aut ſi perfecerit, ſtuprum. §. 5. *l. de publ. iud.* utriuſque autem alia pœna eſt: quam quæ in *d. l.* 1. §. *ult. h. t.* præſcribitur. Prioris exemplum narrat Epiſcopus Aprutinus Jo. Ant. Campanus 6. *epiſtol.* 8. ſacerdotis puellam amplexati & deoſculati, qui dum acrius inſtat & pervincere blanditiis & nequitia perſtat, linguam laſciviuſcule intulit: puella, cui minus & res & ætas hominis arrideret, lin-

guam

guam dentibus ita perſtingente, ut exſecaret. Quæ res in forum deducta eſt. Sed non eſt hujus loci. Luſtremus porro crimina extraordinaria. In his ſequitur (5.) Si quis cœtus illicitos exerceat, etſi religionis prætextu, *l.* 2. *h. t.* (6.) Si quis aggeres rumpat. *l.* 10. *h. iunct. l. un. C. de Nili agger.*

§. 53 Porro (7.) huc pertinet abactio partus *l.* 4. *h. t.* ita tamen ut eadem ſimul ſit Publicum crimen ex Lege Cornelia. Neque enim diſtinguit Lex Cornelia inter hominem natum & naſciturum *l.* 1. §. 2. *ad L. Corn. de ſicar.* unde & abortum procurans capite punietur, cum partui non abigi commodius ſit: at quoties de partus commodo agitur, habetur pro nato *l.* 7. *&* 26. *ff. de ſtatu homin.* ſi pro nato, ergo pro homine *l.* 4. ibi: *liberis. ff. de extraord. crimin.* conſequenter hunc perimens, homicidii reus eſt. Dixi late *tract. de Jure ventris. part. xi. Sectione* 2. (8.) Crimen Dardanariatus, ita dictum a Dardano quodam (ut perhibent) mago, a quo & artes Dardaniæ pro magicis dicuntur. Struv. *ff. h. t. th.* 80 (aliter Zahn. *de j. & juriſdict. mun. c.* 40. ubi a Dardanis, gente mendaciſſima. Quid ſi a Dardanis, de quibus Plin. *lib.* 33. *c.* 3.) etſi hoc loco ſumatur pro attentatione & vexatione annonæ, falſarum item & adulterinarum menſurarum adhibitione *l.* 6. *h. t.* vid. Stryck. 1. *diſput.* 2. ubi eos vocat *Korn Juden.*

den. Sed Zahn *de cap.* 40. addit: *Stadtwolffe, Fruchtwurme.* add. Lather. *de Cenſu lib.* 3. *c.* 7. *n.* 71. *& ſeqq.* Nov. Litterar. Hamb. 1707. *pag.* 328. *& Adm. infr.* §. 115.

§. 54. Præterea (9.) huc pertinent Sacculარii, & (10.) Directarii. Illi ſunt, qui vetitas in ſacculo artes exercent: hi, qui furandi animo, in aliena cœnacula ſe dirigunt. *l.* 7. *h. t.* v. Stryck. *diſp. vol* 1. *diſput.* 3. Quibus adde ſis (11.) Circulatores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt *l. ult. h. t.* Alias, ſerpentes vendere non impedit, etiam viventes innoxios. Qualem ſerpentem draconem manu ſua cibare ſolebat Tiberius. *Sueton. Tiber. c.* 72. *ubi add.* Pitiſc. *not.* Conf. Thürman. *apocryph. Daniel. hiſt. Dracon. part.* 1. Sed & diverſi ab his ſunt Circuitores, de quibus *l.* 6. §. 1. *de excuſat. tut.* Coler. *parerg.* 11. Matth. *d. l. c.* 4. *n.* 1. De aliis animantibus noxiis, adde Anton. Matth. *crim. h. t. c.* 4. *n.* 2. Ad hanc claſſem refer etiam (12.) Scopeliſmi reos, qui ſc. in inimicorum prædiis lapides poſuerunt indicio futuros, ſi quis eum agrum coluiſſet, eum malo letho periturum inſidiis ejus, qui poſuiſſet iſtos ſcopulos. *l.* 9. *h. t.* Nequaquam ergo huc pertinent Scopeliſmi iſti Sepulchrales, quos tum alibi tum in Drenthia videmus hodieque: etſi ea gigantibus adſcribere non liceat, cum oſſa ſub iis reperta, communium hominum corpora loquantur: & quæ tum alibi, tum in arce Bent-

heimienſi aſſervantur ingentia oſſa (vulgo *Hu-nen-beene* dicta) hominum oſſa non ſint, verum ingentium animalium ex diluvio reliqua. vid. Nunningh. *ſepulchret. c. 2. in fin.* Cohauſen. *oſſileg. c.* 4. Ita vidimus duodecim criminum Extraordinariorum ſpecies. Sed ſunt adhuc plures: veluti adhuc duodecim videbimus titulis ſpecialibus ſequentibus.

T I T. XII.

De Sepulchro Violato.

§. 55. Harum Prima eſt, Sepulchri, quod & domus defunctorum audit *l.* 4. *C. h. t.* (ſaltem ratione capitis illati: v. *Vellej. Patercul.* 2. *cap.* 119. Confer. 2. *Samuel.* 4. *verſ. ult.*) violatio: quæ admittitur, vel circa ipſa monumenta, vel circa corpus ibi reconditum. Et prius quidem fit 1. demoliendo. 2. inhabitando. 3. inferendo illegitime. 4. impediendo ſepulturam. 5. alienando. Poſterius 1. contrectando. 2. mutilando. 3. ſpoliando. 4. transferendo *v.* Struv. *ff. h. t. th.* 88. *& ſeq.* & Manip. noſtr. Sicilim. 2 *num.* 224. add. *Admonit. part. II.* §. 138. 139. *&* 143. *Aphoriſm. II.* 15. Gutherius *de jure manium* 3. *c.* 25. Murator. *anecdot. Græc. diſquis.* 3. N. Bücherſaal *tom.* 1. *part.* 9. *num.* 1. Campan. 2. *epiſtol.* 19. §. *Quocirca mi-*

nus. Hoyer. *de iur. ſepultur. aph.* 7. *&* *aphor.* 54. *ſeqq.* Diſpontin. *ad Phædr. ind. in*: *Manes Dii.* Republyck der Geleerden *de anno* 1713. *Jan. Febr. pag.* 136. Obſervat. Miſcellan. *tom.* 2. *pag.* 199 *ſeqq.* De monacho qui effoſſo Petrarchæ cadaveri, brachium dexterum abripuit, vid. Hugenius *monent. deſultor. farrag. pag.* 18.

§. 56. Ex hoc crimine vel *Civiliter* agitur, vel *Criminaliter.* Civiliter agit is ad quem ea res pertinet, ejuſque heres, hiſque deficientibus, quilibet ex populo *l.* 3. *l.* 6. *l. p. ff. h. t.* ad pœnam (actori applicandam *vid. Man.* 4. *pag.* 311. *&* §. 76. *infra*) non minorem centum aureis: quin & ducentorum ſi quis doloſe ſepulchrum inhabitaverit. *l.* 3. *h.* Criminalis pœna locum habet 1. ſi armata manu ſepulchrum violatum ſit, tum enim obtinet pœna ultimi ſupplicii *d. l.* 3. §. 7. Sed & 2. ultimi ſupplicii pœna locum habet, ſi corpora vel oſſa, etſi ſine armis, extracta ſint. *v. l. f. h.* Eſt & 3. pœna decem librarum auri, immo & viginti, fiſco inferendarum. *v. l.* 3. *& ſeq. C. eod.* Ceſſant autem hæc, ſi Principis accedat auctoritas *l.* 31. *de legib.* Veluti noviſſime hodiernus Papa Clemens XI. Papam Pium Quintum in Sanctorum numerum referens, dicto Sancto Pio Quinto duas coſtas exſcindi fecit, quorum unam potenti cuidam Monarchæ, alteram Dominicanis quibuſdam Monachis donavit. *Obſervat. miſcell. part.* 8. *n.* 2.

§. 57.

§. 57. Ex ſuperioribus autem facile colligere eſt, veteres ornamenta & res pretioſas urnis ſepulchriſque ſuis non addidiſſe (*vid. Part.* 5. §. 165. *fin. ſupr.*) ut a poſteris inde poſſent agnoſci, qui qualeſque fuerint: hoc enim ſepulchri permiſſam aut prævifam violationem involveret: ſed ut in campis Elyſiis inde decore haberentur. v. Nunningh *ſepulchret. c.* 6. *n.* 5. ubi & exhibet urnam cum pectine, armillis, fibula, acu. Veluti non procul Ulſena (Comitatus Bentheimienſis pagus eſt) cuſpidem ferream ad manus longitudinem idem in urna invenit. Nunningh. *d. c.* 6. *add. cap.* 3. *in fin.* Poſſit id anſam præbuiſſe conjecturæ, feminam unam adjectam fuiſſe decem viris cremandis, ut hi ſcilicet in itinere iſto Elyſio haberent quæ temporis tædium confabulando levaret, ſiquidem facundus comes (maxime femina) in via pro vehiculo eſt. Etſi aliam ejus moris rationem dat Macrobius 7. *ſaturnal.* 7. apud Nunninghium *d. tr. c.* 4. § 7. ibi: *unius* (feminæ) *adjutu quaſi naturæ flammei* (ipſiſſima Macrobii verba ſunt) *cetera virorum corpora rapidiori foco abſumi.* v. Cohauſen. *oſſileg cap.* 3. *in fin.* Chriſtianorum in adornandis ſepulchris, aliam cogitationem eſſe, dubitari non debet. vid. Reinckingk. *Bibl. Polic. lib.* 1. *axiomat.* 53. Prudent. *hymn. in exeq. def. Quidnam ſibi ſaxa cavata, quid pulchra volunt monumenta.*

TIT. XIII.

De Concuſſione.

§. 58. Secundam Criminum Extraordinariorum ſpeciem exhibet Concuſſio, quæ eſt extorſio alieni, adhibito metu poteſtatis publicæ vel ſuæ vel alienæ. vide ſis *Irner. iniur. vapulant. coit.* 38. §. 1. *& ſeqq.* Add. Card. Tuſch. *pract. concl. C.* 570.

TIT. XIV.

De Abigeis.

§. 59. Tertia ſpecies eſt abigeatus, quem committunt illi, qui equum vel bovem unum, vaccas vel mulos duos, aſinos tres, porcos quinque vel quatuor, oves decem, non aberrantes, furto ſubducit. *l.* 1. *l.* 3. *h. t.* Horum pœna eſt varia: etiam gladii. *l.* 1. *pr. ff. h. t.* quod nonnulli de ludo gladiatorio intelligunt. Verum cum & hic ſublatus ſit *l. un. C. de glad. pœn. toll.* & Juſtinianus omnia in Pandectis *ſua* fecerit *l.* 2. §. 10. *l.* 3. §. 10. *C. de V. J. E.* conſequens eſt, pœnam gladii ſive ultimi ſupplicii intelligendam eſſe. Unde, non adeo tutum eſt, aſſerere, abigeos hodie perinde ut fures puniri: etſi ita Struv. & Lauterb. *ff. h. t.* Poëta quidam Gorlicenſis Zittavienſibus qui Gorlicenſes bo-

ves

ves abegerant, aliam pœnam imprecatus eſt. Audiamus Luſatum: *Impie tu nuper lætatus Zittavienſis Abſtuleris craſſos quod (mala furta) boves. Caci vaccilegi ſectatus es impia facta, Caci nunc merito fata pudenda feres.* Hubner. *polit. hiſtor. part.* 4. *pag.* 446. add. Bertrachin. *repertor. verb. abigens.* Gilhauſen. 2. *arb. jud. crim.* 30.

TIT. XV.

De Prævaricatione.

§. 60. Quartum in hac ſerie Extraordinarium Crimen eſt Prævaricatio: ita a varicando dicta *l.* 212. *ff. de V. S. junct. l.* 1. *pr. ff. h. t.* Sumiturque vel late, pro eo qui prodita cauſa ſua adverſarium juvat: vel ſtricte, pro eo qui in judicio publico, doloſe cum reo colludit, ut hic abſolvatur *l.* 1. *pr. &* §. 1. *h. t.* Ubi ſciendum, quod hodie iis (etiam advocatis cauſam prodentibus, aut colludentibus. *l.* 1. §. *f. h.*) qui prævaricati ſunt, pœna injungatur extraordinaria. *l.* 2. *ff. h. t.* A. Matth. *crim. h. t. c.* 2. *n.* 2. Add. §. 74. *infra.* Marta *digeſt. noviſſ. tom.* 2. *h. t.* Gilhauſen. 2. *arb. indic. crim.* 31.

TIT. XVI.

De Receptatoribus.

§. 61. Quinta Species eſt Receptatio, quam

 illi

illi committunt, qui publicorum privatorumve delictorum reos dolo malo recipiunt & occultant *l.* 1. *& l.* 2. *C. h. t. l.* 48. §. 1. *ff. de furt. l.* 13. *de off. præſid. l. f.* §. *f. de abig.* Quales eadem pœna, qua ipſi facinoroſi occultati, afficiuntur: niſi 1. extra facinoris ſocietatem fuerint, 2. cognatum aut affinem receperint *l.* 2. *ff. l.* 1. *C. h. t.* ubi tum mitior pœna. add. Gilhauſen *arb. iud. crim.* 2. 27. *n.* 20.

TIT. XVII.

De Furibus Balneariis.

§. 62. Sexto huc pertinent Fures Balnearii qui veſtes ſarcinaſve eorum, qui in balneis lavantur, furantur *l.* 1. *d. t.*

TIT. XVIII.

De Effractoribus & Expilatoribus.

§. 63. Septimo ad hanc claſſem referuntur Effractores: & Octavo, Expilatores. Effractores; intellige duplici ſenſu: nimirum & 1. illos qui carcerem quo concluſi erant, effugiendi gratia, effregerunt, quales arbitrarie, etiam ultimo ſupplicio, puniuntur *l.* 1. *pr. h. t. l.* 13 *de cuſtod. & exhib. reor. l.* 38. §. *p. de pœn. l.* 13. § *p. de re milit.* Menoch. 2. *arbitrar.* 299. *&* 301. *&* 1. *præſumt.* 89. *n.* 45. Maſcard. *probat. c.* 821. Matth. *crimin.* 47. *tit. ult. c.* 4. Sin commentarienſium, id eſt cuſtodum carceris, *culpa* evaſerint, mitius

tius puniuntur *d. l. 1. pr. ſ. v.* §. 29. *ſupr.* Si commentarienſis *dolo malo* ea in re verſatus ſit, tenebitur ea pœna quam emiſſus fuerat prome- ritus *l. 4. C. de cuſtod. reor. Ord. Crimin. art.* 180. aut nullam ergo aut levem ſubiturus pœnam u- bi emiſſus deinde innocens fuiſſe docebitur. *arg. d. l.* 4. etſi effractor innocens gravius luere hoc crimen neceſſe habeat *arg. d. l.* 13 *ff. de cuſt. reor.* Diſſ. Bartol. *ad l. nemo carcerem. C. de exact. tri- but.* aqud Marantam *Singular. iur.* §. *Carceratus.* Et [illegible]. illos qui furandi cauſa alienas ædes, fene- ſtras, januas, horrea effringunt, eaſve expug- nant diripiuntque, qui graviori pœna quam ſimplices fures coerceri poſſunt *l.* 1. §. 2. *l.* 2. *ff. h. t.* veluti Moribus plerumque laqueo: quo & tendit Jus Carolinum *P. H. O. art.* 159. de quo 4. *aphoriſm.* 12. Sane gravior ea pœna ad eos qui ferramenta ad effringendum, etſi ſcientes, ſuppeditant, non eſt extendenda, *l.* 54. §. 4. *de furt. arg. l. p. de pœn.*

§. 64. Expilatores ſunt fures improbiores ſive atrociores *l.* 1. §. 1. *b. t.* ergo gravius quam ſimplices fures coercendi *arg. pr. l. de vi bon. rap- tor. in fin. l.* 41. *in fin. ff. de pœn. & d. l.* 1. §. 1. *v.* §. 127. *infr.* In quo autem *atrocitas* illa conſi- ſtat, lex non exprimit. Cujacius ex Græ- cis id eruere conatur 15. *obſerv.* 31. Ego puta- vi, id optime ex *arg.* §. 9. *I. & l.* 7. §. *ult. ff. de in- iur.* deduci poſſe: ubi atrocitas injuriæ æſtima-

tur ratione temporis, facti, perſonæ, & loci. Ita atrox erit furtum nocturnum, ratione temporis. Ratione facti, ſi quis omnia aut magnam præſentium rerum partem abſtulerit, ita ut alter quaſi, ut cum Phædro loquar, *defectus pilis* (quem ibi *Calvo* adjungit) evadat. Et ita reſpectu quoque porro loci & perſonæ.

TIT. XIX.

Expilatæ hereditatis.

§. 65. **N**onum Extraordinarium crimen eſt Expilatæ hereditatis, quod eſt contrectatio rerum hereditariarum lucri faciendi animo, ante aditam hereditatem, aut ſaltim ante poſſeſſionem hereditatis corporalem heredi acquiſitam (*v.* §. 33. *&* 36. *ſupr.*) peracta. Quale crimen, expilatæ inquam hereditatis, non eſt furtum, (niſi laxo & improprio ſenſu *l.* 12. *C. ex quib. cauſ. inf. irrog.*) cum hic poſſeſſione nemo fraudetur: etſi enim hereditas jacens defuncti perſonam repræſentet, non habet id tamen locum in omnibus, ſed duntaxat in pleriſque, *pr. I. ſtip. ſerv.* ſane fallit, quo ad poſſeſſionem corporalem *l.* 68. *ſeqq. de furt. l.* 2. *l. f. h. t. Conf.* §. 33. *ſupr.* Unde nec pœna furti ad hoc crimen pertinet *l. ult. C. h. t.* ergo nec pœna furti Carolina. *P. H. O. art.* 165. *l. pen. ff. de pœn.* §. 66.

§. 66. Interim nec uxor, nec coheres, ex hoc crimine conveniri poteſt *l. 1. C h. t. l. 4. C. eod. l. p. ff. eod. l. 3. C. famil. erciſc.* Quod ad uxorem, ejus rei rationem arceſſo ex *l. ult. C. de furt. junct. l. 12. C. ex. quib. cauſ. inf. irrog.* Et pro Coherede *v. arg. l. 51. pro ſoc. junct. l. 2. §. 5. de aq. & aq. pluv.* Alia quæſtio eſt, an non uterque ad exhibendum teneatur? veluti & illa, Rei Vindicatione: hic, Familiæ Erciſcundæ judicio *vid. l. 3. C. famil. erciſ. & l. 4. C. h. t.*

TIT. XX.

Stellionatus.

§. 67. Decimo, huc pertinet Stellionatus, quod hic (alibi pro Stellatura accipiunt, de qua *l. 12. C de erogat. milit. annon. & l. 28 C. Theodoſ. d. t.* vid. Boecler. *diſſertat. Academic. tom. 2. pag.* 532.) eſt Crimen, quo alter doloſe læditur, quodcunque, modo ſpeciali nomine careat *l. 3. § 1. h. t.* Habet ergo ſub ſe innumeras ſpecies. *v d. l.* 3. veluti nomen ſuum, a ſtellione, lacerta variis maculis ceu ſtellis inſignita: nam & crimen ſtellionatus varia crimina, ſed innominata, ceu totidem maculas, ſub ſe complectitur. Narrat Ovidius *5. metamorphoſ. fab. 7.* puerum quendam riſiſſe Cererem avidius bibentem; eamque ob cauſam, hanc offenſam, nondum epota liquoris

parte

parte illum perfudiſſe: unde ſparſis guttis illum maculas contraxiſſe varias & in ſtellionem ſtellatum verſum fuiſſe. v. Hegenit. *itin. Holland. in Enchuyſa pag.* 32. Alciat. 1. *parerg.* 46. Forcat. *dial.* 39. Inter varias autem Stellionatus ſpecies, commemoratur & hæc, ſi quis rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alii diſtraxerit *d. l* 3. §. 1. *ſtellionat.* Opp. Atqui tum furtum eſt *l. 66. ff. de furt.* ſi furtum, ergo non ſtellionatus: Stellionatus enim non eſt quoties aliud crimen eſt quod objici poſſit. *d. l.* 3. §. 1. Reſp. Inter creditorem & debitorem hoc caſu rei mobilis eſt furtum, non ſtellionatus *d. l. 66.* at inter debitorem & emtorem hoc caſu eſt ſtellionatus; non furtum. *d. l.* 3. §. 1. Aliud exemplum habes apud Ant. de Amatis *forenſ. juris reſolution.* 53. in eo qui bis idem petit. *arg. l.* 51. *in fin. de re iudic. l.* 57. *de R. J.* Aliud quoad Alchymiſtas, in Act. Erudit. Lipſ. 1713. *Dec. p.* 555. Aliud præbet Advocatus cauſam malitiis & dolis agens. *v. l.* 38 *R. V.* add. Winkelm. *de Barattaria c.* 3. §. 5. Diſſ. alii cum Arcade de Narnia *deciſ. crimin. caſ.* 42. Aliud exemplum occaſione *l.* 3. §. 1. *verſ. item ſi quis inpoſturam fecerit. ff. ſtellionat.* fingit Joannes Berberius 1. *viator. Juris* 29. ſequens: puta (inquit) Titius odio habet Sejum: idem Titius ſcit, quod Sejus frequentat domum Gaji habentis uxorem formoſam. Et licet Titius ſciat,

Sejum

Sejum frequentare ex cauſa honeſta & non turpi domum Gaji, ſuggerit tamen Gajo, quod ex cauſa turpi frequentat, ut medio Gaji, ſe de Sejo vindicet: atque ita ex illius ſuggeſtione Gajus Sejum occidit. Hæc ille. Certe impoſtura vel colluſio in alterius necem, Stellionatus eſt. *d. l.* 3. §. 1. *verſ. item ſi.* Sed ſunt exempla ſimilia & alia plura. v. Feltman *de Somno* 6: 27. Antequam de pœna dicam, moneo: Pœnitentiæ hic locum eſſe *l.* 1. *C. h. t. v. Adm. VII.* §. 27. *n.* 3.

§. 68. Nunc ſciendum eſt, crimen ſtellionatus, etſi publicum non ſit *v.* §. 81. *in fin.* infamiam irrogare damnatis *l.* 13. §. *f. ff. de his qui not. infam.* *Damnatis*, dixi: *ex d. l.* 13. §. *f.* neque enim (*ut alibi quidem obtinet. vid. Admon. Part.* 1. §. 174.) Stelliones *immediate*, nulla ſcil. lata ſententia, lex infamia notat. *l.* 2. *ff. Stellionat.* quem textum ita cum *d. l.* 13. §. *f.* concilia. Non equidem quaſi ſententia indiſtincte damnatum infamet, ſed quod extraordinarii hujus criminis natura ea ſit, ut ſententia condemnans ſemper infamare poſſit, judice ita videlicet arbitrante. *v.* §. 51. *ſupra.*

TIT. XXI.

De Termino moto.

§. 69. Undecimam ſpeciem exhibet Termini

mini motio, quando quis ſcil. terminos finium conſervandorum diſtinguendorumque cauſa in agris poſitos, doloſe propulit, avulſit, ejecit, locorumve faciem finium obſcurandorum gratia doloſe convertit *l.* 1. *ſeqq. h. t.* vid. Leonin. *ad l.* 1. *C. de accuſ.*

§. 70. Huc pertinet ænigma apud Aul. Gell. 12. *noct. Attic.* 6. *Semel minuſne, an bis minus, non ſat ſcio: an utrumque eorum, ut quondam audivi dicier: Jovi ipſi noluit concedere.* Quo intelligitur Deus Ethnicorum Terminus, qui ut ut Jove ſemel, bis, immo ter, minor ſit, noluit tamen olim Jovi cedere. vid. Gronov. *ad d. cap.* 6. Quem Terminum olim Ethnicos coluiſſe, conſtat, relicto ad hanc ſuperſtitionem peragendam inter agros quinque pedum ſpatio, per leges præſcripto ſive injuncto. *l. pen. C. fin. regund.* Tibull. 1. *eleg.* 1. *Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris: Seu vetus in trivio florea ſerta lapis.* Quo pertinet & elegans Lactantii locus 1. *cap.* 20. *de falſa religion.* quem adduxit Gronovius *d. loc.* & Ramireſius de Prado *Pentecontarch. c.* 49. ubi etiam exhibet effigies varias Terminales ex monumentis antiquis. add. Hachemberg. *theatr. Ethnic. idolatr. pag.* 18. Mirum ut non ſit, quinque iſtam pedum præſcriptionem ſive ſanctionem, poſtea emergente Chriſtianiſmi luce, ab Imperatoribus qui nomen ſuum vero Dei cultui dederant, eſſe ſublatam *l. pen. C. fin. reg.* Unde nec mirum, pœ-

nam termini moti hodie non eſſe tam gravem, ut quidem Jure antiquo quod habes *l. 1. l. 2. l. 3. h. t.* De Jure Divino vide *Deut. 27: 17.*

TIT. XXII.

De Collegiis & Corporibus.

§ 71. Duodecimo ad Crimina Extraordinaria pertinet Collegii illiciti inſtitutio. Eſt autem omne illicitum quod Principis auctoritate & conceſſione deſtituitur. *l. 1. pr. l. 3. pr. §. 1. h. t.* ratio, ut ita factionibus contrahendis & compotationibus ineundis fundamentum commodum ſubducatur. Tale Collegium aliter *univerſitas* vocatur. *v. libr. ff. 3. titul.* 4. aliter *Corpus*, ut in *rubr. h. t. junct. l.* 20. *ff. de reb. dub. l. 1. pr. & §. 1. quod. cuj. un. nom.* Unde ipſi *Collegæ*, alibi *Corporati* cognominantur. *l. ult. C. de navicular.* Ergo *&*, in hac rubrica, ponitur pro *id eſt*: ut alibi. Ergo *Corpus* hic idem eſt quod multitudo collegarum: veluti alibi habes *Corpus Juris*, *Corpus granorum*, *Corpus Civitatis.* vid. *libr. 2. ad Inſtit. aph.* 39. vid. Morhoff. *polyhiſtor. 3. cap. 4. n. 11. ſeq.* Pitiſc. *lexic. antiq. in: ſeculum.* Collegam contutorem habes in *l. 5. ſuſp. tutor.* Add. Petron. *ſatyric. c.* 29. Hic nota 1. ea quæ talis Corporis ſunt, non eſſe ſingulorum Collegarum §. 6. *I. de rer. diviſ. l.* 6. §.

6. §. 1. *eod. l.* 7. §. 1. *quod cuiuſque univ. nom.* ſed, horum reſpectu, nullius. *l.* 1. *pr. ff. de diviſ. rer.* Unde, inter alias, decide quæſtionem, an quis mandato omni omnino deſtitutus, nomine Corporis, cujus pars eſt, ad agendum admitti debeat, ſi de rato velit cavere? v. Rivin. *ſpec. except. for. cap.* 7. *num.* 30. & allegg. An Rector Magnificus poſſit citari & conveniri coram Senatu Academico? *vid. Protocoll. Acad. Groning.* 22. *Januar.* 1617. Add. Sprenger. *fragm. illuſtr. c.* 8. *in fin.* Nota 2. Corpus a tribus incipere *l.* 85. *ff. de V. S.* at in uno durare *l.* 7. §. 2. *quod cui. univ. nom.* Rationes dat Jac. Rigos a Malloſco *ad l.* 40. *ff. de V. S. n.* 5 & *ad l.* 85. *ff. eod. n.* 1. 2. 3. De Paraſynaxibus *v.* Wildvogel. *diſp. ſpec. de Paraſynaxibus ſive conventiculis extra Eccleſiam illicitis. & ſupra* §. 52. *num.* 5. vid. *Plin.* 10. *epiſtol.* 97. De *l. ult h. t.* nota, Grotium *in Florum Sparſ. ad d. l. ult.* ibi legere: λεῖαν, id eſt, *prædam.* Ut *Societas* ſcilicet Prædatoria permiſſis collegiis atque corporibus connumeretur. vid. *ſupra Part.* 3. §. 85.

§. 72. Huc pertinent & Scholæ, non tantum illæ quæ vulgo audiunt: *v. Auth. Habita C. Ne fil. pro patr.* ſed & corpora illa, quorum ſcholares ſive ſcholaſtici (ut vocantur *l.* 2. *C. de off. mag. mil. t. t. C. de privil. ſcholar.*) munere aliquo ad Principis miniſterium funguntur *l. f. C. locat.* quales olim erant undecim, interque eas fabricenſium *t. t. C. de fabric.* qui auctoritate Im-

peratoria armis fabricandis ſoli operam dabant, *l. pen. C. de fabric. Novell.* 15. Quale ergo jus fabricarum ſi Princeps alteri largiatur, erit iſtud Regale, idque vel majus, ſi ipſum jus fabricandi ſpectas, vel minus ſi vectigal ex eodem percipiatur. Quod Regale, idem eſſe quod *Armandiæ* jure Feudali 2. *F.* 56. appellatur, ex dictis conſequitur. add. Sixtin. 2. *de regalib. cap.* 1. *num.* 5. *ſeqq.*

§. 73. Ita vidimus viginti & quatuor Crimina Extraordinaria: duodecim in titulo generali, hujus libri undecimo: duodecim in titulis ei ſubjectis ſpecialibus. Forte an ſuperſunt adhuc duodecim alia, niſi nonnulla eorundem malis ad exempla Stellionatus referre. Videamus. Sane (1.) ad Extraordinaria, pertinet Alea, ſaltim de Jure Civili Romano *v. l.* 1. *ff. l.* 2. *C. de aleat. & tot. tit.* Dixi: *Romano.* Nam aliorum Juribus Civilibus eam non adverſari, experientia docet: ut quod ad hæc, turpitudo ei nulla ſubſit, *v. l.* 42. *ff. de V. S.* veluti nec ſubeſt de Naturali, nec Gentium: v. Lauterb. *comp. p.* 159. ubi dixi *Manip.* 4. add. Barbeyrac. *tr. du Jeu.* N. Bücherſaal. *tom.* 1. *part.* 1. *n.* 2. Delfenſes in Hollandia publicam olim exercuiſſe Scholam Aleatoriam locari ſolitam, videre eſt apud Boxhornium *de Trapezitis pag.* 103. *ſeqq.* Mareſ. *epiſt. de trapez.* & *ibi in not.* Graſwinckel. *p.* 67. Qua etiam in parte mirere Germanorum fidem apud Tacitum *de M. G. c.* 24. ibi: *Victus*

(alea) *voluntariam ſervitutem adit, quamvis junior, quamvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re prava pervicacia: ipſi fidem vocant. Admon. I.* 156. Unde ſequitur, hodie ex aleæ cauſa ſolutum, non repeti, quia non eſt indebitum. Sequitur, tertium alea ludenti pecuniam mutuo dantem, ab eodem eam poſſe repetere, etſi ludendo amiſſa ſit. Opp. *arg. l.* 12. §. 11. *ff. mand.* Reſp. Agit ſe ſcortatione: at ab hac ad aleam nulla eſt conſequentia: cum illa omni jure ſit prohibita, hæc non. Scortatori data pecunia mutua, datur ut perdituro: *d.* §. 11. at aleatori, ut victuro. (2) Perjurium. *v. l.* 13. §. *ult. ff. de iureiur. l. ult. ff. ſtellion. l.* 41. *C. de tranſact. l. p. C. de dignit.* Pichard. *ad* §. 11. *I. de actionib. n.* 117. *& ſeqq.* Matth. *de criminib. libr.* 47. *tit. ult. cap.* 1. Struv. *ff. de iureiur. th.* 54. Muller. *ibi in not. lit. d.* Zahn. *mendac.* 16. *ſeq.* Kreſſ. *Specim. iuriſpr. lib.* 6. *tit.* 18. §. 1. *ſeq.* Meibom. *iuriſiurand. Hippocr. cap.* 2. *n.* 5. Iis autem in terris pœna perjuriis exaſperanda, ubi frequentiora ſunt dum juramenta non magis nonnulli curant quam ruinoſæ domus fumum, perinde ac ſi cum cato aliquo jocentur: ut ex Zaſio, Heringio, aliiſque loquitur Oldekop. *tr. de iureiur. in alt. anim. n.* 78. (3.) Expoſitio infantis *l.* 4. *ff. de agn. & al. lib. l.* 2. *C. de inf. expoſ. l. pen. C. de patr. pot.* (4.) Si quis leves hominum mentes ſuperſtitione Numinis terreat. *l.* 30. *ff. de pœn.* (5.) Si quis hæreticus

ticus fuerit *l.* 3. *l.* 6. *l.* 8. §. 3. *C. de hæretic.* vid. Carpz. *crim.* 1. *qu.* 44. aut (6.) blaſphemus. *Nov.* 77. *c.* 1. §. 1. v. Carpzov. 4. *conſtit.* 1. *def.* 3. 4. add. *P. H. O. art.* 106. Cöppen. 2. *obſervat.* 79. *n.* 9. Wolff. *iuriſpr. Eccleſiaſt.* 2. 18. 8. (7.) Si quis titulum Principis prædio alieno *l.* 2 *C. ut nem. priv. lic. præd.* quin & ſi quis titulum ſignumve ſuum rebus ſibive debitis ab alio poſſeſſis, impoſuerit, *l.* 1. *l.* 2 *C. ut nem. lic. ſin. princ. add. Nov.* 17. *c.* 15. *Nov.* 164. (8.) Si quis filium f. pignori acceperit. *l. f. ff. quæ res pign.* Fecit id tamen Dux Sileſiæ v. Hubner. *polit. hiſt. part.* 4. *pag.* 250. & 286. (9.) Si quis uſurariam pravitatem exerceat. *v. Auth. ad hac C. de uſur. l.* 20. *C. ex quib. cauſ. infam. irr. c. præterea, x. de uſur. c.* 2. *de uſur. c.* 2. *de uſur. in* 6. Muller. *ad Stru. ff. de uſur. th.* 14. *in fin.* Admon. *IV.* 54. (10.) Si quis plura ſimul Sponſalia contrahat. *l.* 1. *l.* 13. §. 2. *de his qui not. infam.* Nec omittendi ſunt (11.) validi mendicantes *l. un. C. de mendic. valid. Nov.* 80. *c.* 5. vid. Carpzov. 2. *ecíſ.* 157. & 2. *iuriſpr. Conſiſtor. defin.* 324. Beſold. & Diether. *theſaur. pract. voc. Bernheuter.* Sonneman. *ad d. Novell. cap.* 5.

§. 74. Denique (12.) ad hanc Extraordinariorum claſſem, refero homicidii ſimiliumque reos culpoſos. vid. Marant. 4. *ſpecul. aur. n.* 77. Grube *comp. Juris.* 6. 2. *art.* 5. §. *Demnach.* & 6. 5. *art.* 3. §. *ult.* & *art.* 6. §. 3. Quin & eos

qui vina adulterant, veluti immatura medicamentis noxiis in bonitatis ſpeciem miſcendo: qualem capite plexum, exhibent Nova Litteraria Germ. Hamburg. 1708. *pag.* 432. *ſeq.* Jure equidem Carolino juxta *Sanct. Crimin. art.* 113. videtur hoc facinus ad Falſi ſpecies referendum: at de Jure Civili nihil hac de re proditum, de ſcelere inquam quo quis propria vina mala miſcet aut tingit ut bonitatem mentiantur: etſi non deſint loca quæ Legis Aquiliæ actioni locum dant contra eum qui aliena vina corruperit. §. 13. *l. de L. Aquil. l.* 27. §. 15. *ff. eod.* Uſus hujus obſervationis hic eſt, quod ſi vinum ſpurcare ad L. Corneliam de Falſis referri debet Jure Civili, ex eodem infamiæ pœna delinquentem manet *l.* 7 *ff. de public. iudic.* aſt in extraordinariis criminibus ea pœna aliquando omittitur.

§. 75. Enimvero ſunt hæc crimina extraordinaria, ea inquam omnia quæ hactenus repræſentavimus, *extraordinaria* etiam intuitu pœnæ, de qua tene *l.* 13. *ff. de pœn.* ibi: *Hodie licet ei qui extra ordinem de crimine cognoſcit, quam velit ſententiam ferre vel graviorem vel leviorem: ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat.* *v.* §. 99. *in fin. infra.* Alio ſane longe ſenſu crimina Popularia ad Extraordinaria referuntur, ut nunc patebit *tit. ſeq.*

TIT.

TIT. XXIII.

De Popularibus actionibus.

§. 76. Popularia crimina ſunt, ex quibus dantur Populares Actiones, id eſt, quæ cuilibet ex populo dantur, modo ad agendum capax ſit, iſque præferatur cujus maxime intereſt *l.* 3. §. 1. *h. t. l.* 5. §. 5. *de his deiec. vel effud.* Sunt autem *privata* hæc delicta, quia nullum publicorum judiciorum de his latum eſt. Nec obſtat *l.* 30. §. 3. *de jurejur.* publicum enim ibi eſt quod jus populi tuetur, & in defectum eorum quorum intereſt, omnibus ex populo competit.

§. 77. In his Reus poteſt dare procuratorem, non Actor *l.* 5. *h.* (niſi is agat ad quem res pertinet *l.* 42. *pr. l.* 45. §. 1. *de procur.*) ratio: quoniam Rei ſemper intereſt, non Actoris: & quod Procurator par idemque jus habeat quod actor: cum agatur actione hic populari. Eſt & aliud hic ſingulare, quod in his non ſit locus fidejuſſori *l.* 56. §. *f. de fidejuſſ.* Eſt & tertium, quod in arbitrum hic compromitti nequeat *l.* 32. §. 7. *de rec. qu. arb.* contra *l.* 1. *ff. eod.*

§. 78. Talia Popularia Crimina ſunt pluſcula. Videamus unum alterumque. Tale

eſt Albi Corruptio: de qua in *l.* 7. *& ſeqq. ff. de iuriſd.* quæ vindicatur pœna quingentorum aureorum: ob contemtam Prætoris majeſtatem *l.* 9. *ff. d. t.* quæ ratio ceſſat in patre ſine venia in jus vocato, ubi tum levior eſt pœna aureorum quinquaginta §. *ult. I. de pœn. tem. litig.* Ut a patre ad Prætorem, ab homine nullam majeſtatis particulam ſuſtinente, privato inquam, nulla ſit conſequentia ad Prætorem majeſtatis participem. *l. p. ff. de iuſt. & iur. l.* 9. *ff. de iuriſdict.* Ut infrunite adeo agant qui in albo corrupto quinquaginta aureos ſtatuunt, itaque pro *quingentis* quos textus memorat aureis, reſcribere audent *quinquaginta:* non abſimiles hactenus injuſto iſti œconomo, de quo vide ſis *Lucæ cap.* 16. *verſic.* 6. Diſſ. v. apud Linken, *de Albo. c.* 2. *n.* 22. *ſeqq.* add. Vinn. *ad* §. 12. *I. de action.* Sed quid ſi libertus inopia laboret? Luat in corpore, qui non habet in ære. *l. f. de in ius voc. l.* 7. §. 3. *de iuriſd.* de quo adde Lincken. *d. loc.* & Speckhan. 1. *centur.* 43.

§. 79. Alia ſuppeditat Titulus ff. de his qui dejecerunt, vel effuderunt. 4. *aph.* 30. Si enim per effuſionem vel dejectionem ex ædibus factam liber homo perierit, datur adverſus inhabitantem actio popularis ad quinquaginta aureos *l.* 5. §. 5. *ff. d. t.* Quin & altera ibi propoſita actio de Poſito vel ſuſpenſo, eſt ad aureos decem. *d.*

l. 5.

l. 5 §. 6. Aliud habes §. 3. *I. de ſuſp. tutor. iunct. pr. eod.* ubi de crimine tutoris ſuſpecti: de quo Hœnon. *ad Inſt. diſput.* 3. *th.* 21. Alia apud Goth. *not. ad. l.* 1. *h. t.*

LIBER XLVIII.

TIT. I.

De Publicis judiciis.

§. 80. Supereſt (*v. §.* 30. *ſupra*) ut de Publicis Judiciis dicamus, id eſt, criminibus talibus, quæ quod remp. nimium lædant (ſimul enim læſionem, pœnæ æſtimant *l.* 41. *ff. de pœn.*) ſpeciali ſolennique quadam Lege, publica pœna ſive criminaliter vindicantur, data cuivis e populo accuſandi reum poteſtate. *§.* 1. *& tot. tit. I. de publ. iud. add. l.* 1. *ff. eod.* Unde patet, publica hæc judicia a ceteris duplici præcipue diſtingui ratione, tum 1. in inſtituendo, quia publica ſolennique & nominata lege ſunt inſtituta: tum 2. in exercendo, quod accuſationibus peragantur. *pr. I. h. t.* Scio *d. pr. I. h.* ab aliis aliter explicari: ita ut *inſtitutionem* explicent, accuſationem actioni oppoſitam, illam tendentem ad vindictam publicam, hanc autem ad perſecutionem Juris privati: *exercitium* autem, quo accuſator tenetur ſe obſtringere ad pœnam talionis per inſcriptionem libelli,

hodie ceſſantem. *Sanct. Carol. art.* 12. *v.* §. 88. *infr.* Sed ratio nulla eſt, quare non & illa, quæ *inſtitutioni* hac in parte illi tribuunt, ad *exercitium* pertineant, & conſequenter referri debeant.

§. 81. Publica Crimina dividuntur in Capitalia & Non Capitalia. Capitalia dicuntur 1. Stricte, ut illa ſola capitalia ſint, quorum pœna eſt mors naturalis. *l.* 4. *ff. de pœn. l.* 18. *C. de tranſact.* 2. Latius, ut & illa capitalia ſint, quæ mortem inferunt civilem: §. 2. *I. & l.* 2 *ff. h. t.* Alibi vox capitalis & aliter accipitur, *v. l. f. de fer. l.* 12. §. 4. *accuſat. l.* 103. *ff. de V. S.* Quædam ergo Publica Crimina capitalia ſunt, quædam non ſunt. Unde evaneſcit illud commune dicterium: *famam & vitam pari paſſu ambulare.* Omnia enim Publica Crimina famam conſumunt. *l.* 7. *ff. publ. iudic.* at non omnia vitam. Add. *l.* 38. §. 9. *in fin. ff. adulter.* §. *pen. I. de pœn. tem. litigant.* Bachov. *ad Weſemb. par. ff. de his qui not. infam. n.* 3. Covarruv. 1. *var.* 2. *num.* 8. Weſenb. *ff. procurat.* §. 5. *med.*

§. 82. His occupatur integer liber 48. ff. qui eſt duorum iſtorum de Delictis agentium *terribilium librorum* (ut Juſtinianus loquitur *l.* 2. §. 8. *C. de V. J. E.*) poſterior. Titulos habet 34 Hos colligemus, dum Judiciorum Publicorum hic expendemus 1. Antecedentia. 2. Species. 3. Proceſſum Judiciarium. 4. Conſequentia. *Goth. b.*

§. 83.

§. 83. Antecedentia concernunt 1. Accuſationem. 2. Inſcriptionem. 3. Exhibitionem, & 4. Cuſtodiam reorum.

TIT. II.

De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

§. 84. Accuſatio eſt criminis apud competentem judicem, vindictæ publicæ cauſa, a privato inſtituta perſecutio. Dixi *competentem*: Eſt autem competens ratione 1. Domicilii. 2. Commiſſi delicti. 3. Deprehenſionis. Dixi *Adm. II. 20. & Sicilim. Manip. 1. num. 16.* Sane ex his ſequitur, forum delinquenti non poſſe aſſignari ex ipſo corpore læſo: actio enim facit delictum: non paſſio. *l. 53. ff. de furt.* Unde, ubi ex. gr. caput aut cor occiſi reperiatur, nil quicquam ad fori competentis naturam facit: cum, deficientibus conjecturis aliis, probabilius ſit, homicidium ibi perpetratum fuiſſe, ubi occiſi pedes reperiuntur, ſi caput in confinio alterius territorium premat: non quod pedes heic aliquid faciant ad competentiæ fori naturam, ſed ſaltem ad conjecturam movendam, in quo loco ipſe homicidii actus ab agente ſit inſtitutus. Conf. Schrag. *ff. h. t.* §. 5. Dixi: *a privato inſtituta. vid. rubr. C. de his qui accuſ. non poſſ.* ita accuſatio differt ab *inquiſitione:*

tione: in qua ipſe judex accuſator eſt. vid. Oldekop. *de appellatione in Criminalib. n.* 42. *& ſeqq.* Brunneman. *inquiſition. proceſſ. cap.* 1. *&. cap.* 3. Joan. de Arnono *pract. judiciar. cap.* 2.

§. 85. Accuſare omnes poſſunt qui non prohibentur *arg.* §. 1. *I. de jur. perſon.* Inter prohibitos ſunt 1. Pupilli, niſi infantiam egreſſi ſint, & ſuam ſuorumve injuriam, tutoris adhibita auctoritate, perſequantur *l.* 2. §. 1. *l.* 11. *pr. ff. h. t. l.* 4. *C. de aut. præſt.* Prohibentur 2. minores ſeptemdecim annis. *arg. l.* 1. §. 3. *ff. de poſtul.* Quin & minores viginti quinque annis, niſi tum curatorum ſuorum fulciantur auctoritate, etſi inquam ſuam ſuorumve injuriam non perſequantur *d. l.* 4. per quam adeo derogatur *legi* 8. *ff: h. t. junct. l.* 15. § 6. *ad. l. Jul. d. adult. Adm. I.* 169. Prohibentur 3. mulieres, niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequantur *l.* 2. *pr. l.* 11. *pr. ff. h. t.* aut ſuper crimine majeſtatis, annonæ, aut ſacrilegii, accuſationem inſtituant *l.* 8. *ff. majeſt. l.* 3. §. 3. *ff. annon. l.* 10. *C. de Epiſc. & Cler.* Prohibentur 4. pauperes, de quibus vid. *l.* 10. *junct. l.* 11. *pr. h. t. &c.*

§. 86. Accuſari prohibentur (1) Pupilli atque Minores abſque tutorum curatorumve interventu *l.* 4. *C. de auctor. præſt.* (2) Abſentes *de quibus tit.* 17. *infra hoc libro* 48. (3) Mortui *arg. l.* 5. *ff. de calumniat:* niſi quis crimen majeſtatis, repetundarum, aut peculatus commiſerit,

ſerit, aut (*ut eſt in l. 20. h. t.*) contraxerit *d. l.* 20. *h. l. ſ. C. majeſt. l. f. ff. pecul.* (4) Qui jam ab alio ratione ejuſdem criminis accuſati ſunt *l.* 11. *§. f. h. t.* &c.

§. 87. Ex dictis patet, Abſentiam & Mortem regulariter accuſationem excludere. Idem facit regulariter Lapſus viginti annorum. *l.* 12. *C. ad L. Cornel. de falſ.* Quod extende, ut etiam Proceſſui inquiſitorio iſta Præſcriptio recte objiciatur, cum accuſatio æque jus totius civitatis perſequatur, ac inquiſitio. *arg. l.* 17. §. 6. *injur.* Schrag. *ff. h. t.* §. 11. Dixi *ad Inſt. libr.* 4. *aphor.* 81. *in fin.* Ad Contraria Accuſationis pertinet & Abolitio, de qua infra tit. 16.

§. 88. Sed quid vult ſibi *Inſcriptio*, de qua *rubr. h. t.* & ſupra §. 80. monui? Eſt profeſſio accuſatoris, qua profitetur, ſe alterum de crimine deferre, eumque a ſe reum peractum iri: cui jungitur ſubſcriptio nominis accuſatoris, qua ſe ad talionis pœnam obſtringit, ſi falſo accuſaſſe deprehenſus fuerit. Anton. Mathæ. *de criminib.* 48. *tit.* 13. *c.* 8. Wiſſenbach. *ad l.* 197. *de V. S. th.* 12. Pollet. 4. *for. Rom.* 7. *ſeq.* Hodie id ceſſare, dixi d. §. 80. Præſtaturque cautio pro expenſis & reconventione: calumniatori etiam irroganda pœna, quandoque etiam uſque ad fuſtigationem. *P. H. H. art.* 13. & 14. & ibi Bejer. *poſit.* 3. & *ſeqq.*

TIT. III.

De Cuſtodia & Exhibitione Reorum.

§. 89. Cuſtodia hoc loco eſt aſſervatio delinquentis. Fitque regulariter per carcerem criminalem. *Criminalem*, dixi: hic enim unice huc pertinet, diſtinguiturque a *Civili*, qui locum habet in Civilibus, puta juſtis cauſis eum ſuadentibus: maxime iis in locis ubi beneficium Ceſſionis abolitum eſt, quod in dubio præſumi non debet. *l. 32. ſ. C de appellat. Part. 6.* §. 179. Dixi, *regulariter:* aliquando enim pro criminum aut delinquentium qualitate & differentia, cuſtodiæ militari, aut ſatiſdationi, promiſſionive juratæ vel etiam nudæ, locus datur. *l. 1. pr. l. 3. l. ſ. ff. l. 1. 3. ſ. C. h. t. l. 16. ſeq. C. de dignit.* vid. Grube *comp. iur.* 6. 1. *art.* 6. §. 3. Etenim carcer eſt mala manſio. vid. Forner. 1. *ſelect.* 6. & Winther. *parthen. lit.* 1. *c.* 14. *n.* 26. *ſeq.* Forte & iſtam intellexit Paulus 2. *Cor.* 11. *verſ.* 25. etſi non Ulpianus *in l.* 7. *depoſit. tunct. l.* 15. §. 41. *de iniur.* Academia Groningana carcerem dictat in pane & aqua. *Protocoll. Academ. Gron.* 21. *Jul.* 1617. & 25. *Mart.* 1618. De Cuſtodia Militari, adde ſis Ramires de Prado *Pentecontarch. c.* 5. De carcere latius ſumto, Peſchwitz. *de repreſſall. c.* 7. *n.* 4.

§. 90. Præfata ratio videtur & id exigere, ut ob quodcunque crimen leve nemo carceri addi-

addicatur, ne medium ad pœnam ſit ipſa pœna gravius. vid. Carpz. *crimin. quæſt.* 111. Sed & eadem vult, carceri non debere locum dari, niſi ob indicia ſufficientia, quæ judex arbitratur. *arg. l.* 1. *inf. de jure delib.*

§. 91. Reſtat (*v.* §. 83.) Exhibitio: id eſt, Remiſſio vel Tranſmiſſio Reorum: de qua vide ſis *Adm. II.* 22. *Sicil. noſtr. Manip.* 1. *num.* 19.

TIT. IV.

Ad Legem Juliam Majeſtatis.

§. 92. Sequuntur (*v.* §. 82.) Species Criminum Publicorum, inter quas chorum ducit Crimen Majeſtatis: quod eſt crimen publicum, quo quis contra Principem vel Rempublicam aliquid molitur, §. 3. *I. de publ. judic.* Dixi *Majeſtatis*, ita enim eſt *d.* §. *l.* 5. *pr. C. majeſtat. l. f. eod. rubr. ff. & Cod. ad L. Jul. Majeſtatis. v. tamen l.* 31. C. *de Epiſcop. l.* 9. *ff. de juriſdict. Tullius* 2. *de invent.* Dixi: *molitur d.* §. 3. Ergo ſola *maledicentia* huc non pertinet: ſed ad injurias atroces. *l. un.* C. *ſi quis Imp. mal. junct.* §. 9. *I. de injur.* vid. Menoch. 2. *arbitrar. quæſt.* 377. Cothman. 4. *reſponſ.* 11. ſecundum quæ Facultas Academiæ noſtræ Juridica ſententiam tulit, de quo vide ſis quæ ſcripſi *tr. de jur. filior. m.* 7. Plura ad hoc Crimen ſpectantia exhibui

4. aphor-

4. *aphoriſm. ad Inſtit.* 124. *& ſeqq. Admonitor. V.* 33. *in fin. & VII.* 122. Obſervation. Halenſ. *in additionib. obſ.* 2. Pagan. Gaudent. *de Juſtin. ſec. mor. libr.* 2. *c.* 6. Ad Nepotes & Feminas dictam legem 5. C. *ad L. Jul. majeſt.* non extendimus: ſed & has & illos eadem contineri cenſemus. Quod ad feminas, confer. Wiſſenbach. *ad l.* 1. *ff. de V. S. th.* 11. Sunt qui dictam l. 5. per l. 22. C. de pœn. correctam putant. Male! *v. Conſtit. Cordi nobis eſt.* §. 4. *& ſeq.* Peſchwitz. *de repreſſal.* 2. *n.* 35. Pithœus *Oper. pag.* 290. Perduellionis reorum filiis bona relinquere, nervum ſcilicet rerum gerendarum, quam periculoſum ſit, docere etiam poteſt hiſtoria Jacobi Sexti Scotiæ Regis apud G. Leti *vit. Eliſabethæ part.* 2. *lib.* 5. *in fin.* De perduellis mortui cadavere, vid. Feltman *de cad. inſp.* 19: 3 *&* 14: 13.

TIT. V.

Ad Legem Juliam de Adulteriis coercendis.

§. 93. Secundum crimen eſt Adulterium, quod eſt crimen publicum, quo matrimonium per concubitum cum perſona extranea violatur. *l.* 1. *C. de adulter. junct.* §. 4. *I. de public. judic.* Dixi *matrimonium*. Amplia, ut id & de *futuro*, quale ineſt Sponſalibus, intelligendum veniat. *v.* §. 10. *num.* 1. *infra.* Dixi *violatur. d. l.* 1. *C. h. ibi: violato.* quomodo *violatum pudorem* ha-

tes

bes *in l.* 11. *C. de quaeſtion.* & *violatos Deos manes* apud *Phaedr.* 1. *fab.* 27. & ſupra tit. *de ſepulcbro violato:* Admon. *VII.* 55. *& ſeq.* Quae violatio cum & tum adſit, cum maritus cum ſoluta congreditur, ſequitur, & tum adulterium adeſſe. *vid. d. l.* 1. *ibi: mulier de thoro ſuo violato quer. add. l.* 101. *ff. de V. S. l.* 18. *ibi: etiam l.* 22. *ibi: in ea. C. de adult. l.* 18. *ff. de teſtib. Juvenal. Sat.* 4. *verſ.* 4. Unde & tum poenae Legis Juliae de adulteriis locus erit. Conſequenter maritus non tantum tum, quando cum femina ſoluta honeſte alias vivente rem habet, adulterium committit, ſed & cum *meretrice* coiens: unde & hoc caſu infamis erit *l.* 7. *ff. de public. jud.* etſi reſpectu ipſius meretricis, quippe quae paſſim venalem formam exhibuit, adulterium non ſit *l.* 22. *C. de adult. ibi: in ea.* Quod ſi cum honeſta femina quis concubuerit, ut ſi in exteris oris ſe ſolutum ſimulaverit, non tantum adulterii ſed etiam ſtupri accuſari poterit *l.* 18. C. *eod. ibi: etiam.* Oppon. *Adulterium proprie in nuptam committitur: Stuprum vero in virginem vel viduam l.* 6. §. 1. *de adulter.* Reſpond. *Inter ſtuprum & adulterium hoc intereſſe quidam putant, quod adulterium in nuptam: ſtuprum in viduam committitur: Sed Lex Julia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur. l.* 101. *pr. ff. de V. S.* add. Carpz. *crim. qu.* 52. Menoch. 2. *arbitr.* 420. *n.* 107. *ſeqq.* Diſſ. Arithm. *crim. diſp.* 9. *th.* 1. & 2.

§. 94.

§. 94. Hinc exoritur diviſio adulterii in Duplicatum & Simplex. Illud maritus cum aliena marita: Hoc vel maritus cum ſoluta, vel marita cum ſoluto perpetrat. Conſentit Jus Canonicum *c. nemo tibi blandiatur.* 4. *c. meretrice.* 11. *cauſ.* 32. *quæſt.* 4. veluti & Mores. vid. Bockelman. *de different. juris Civil. Canon. & hodiern.* cap. 48. *num.* 4. *ſeqq.* Unde tres emergunt adulterii ſpecies 1. Mariti cum alterius uxore 2. Soluti cum alterius uxore. 3. Mariti cum ſoluta. Nota autem, primam ſpeciem gravius puniri quam ſecundam & tertiam: & ſecundam iterum gravius quam tertiam. *vid.* Carpz. *crimin. p.* 2. *quæſt.* 26. Bockelman. *d. n.* 6. Unde vides, unum idemque crimen, etiam ſpeciatim Adulterii, diverſas pœnas pro diverſitate caſuum poſſe ſortiri: §. 105. *infr.* Unde nec quantum ad Jus Civile ſententiæ §. hoc & præcedente *verſ. qua violatio.* propoſitæ, obſtat Novella 134. c. 10. de quo § *ſeq. verſ. quando nec.* Quamvis nec hic quidem textus de ſoluta loquatur, ſed de nupta: vid. Pagan. Gaudent. *de Juſtin. ſeculi Morib. part.* 2. *c.* 33. Sane cum eodem modo mutuum adjutorium ad alterum transferatur, ſive maritus cum ſoluta, ſive ſolutus cum marita concumbat, cauſæ nihil eſt quare hæc ſpecies magis ad adulterium pertinere debeat quam illa. Immo cum maritus cum ſoluta concumbens uxorem ſuam magis mutuo illo adjutorio privet,

quam

quam uxor ſoluto ſe ſubſternens eodem conjugali adjutorio privat maritum, ille magis adulterii crimen committit quam hæc. Dixi: *ad alterum transferatur.* ita enim alter conjugum plane eo quod transfertur, privatur: unde ſola concubitus denegatio nondum eſt adulterium.

§. 95. Ex dictis ſequitur, Polygamiam ſimultaneam eſſe Adulterii ſpeciem. Unde & adulterii pœna polygamos manebit. *Nov.* 117. *cap.* 11. *junct. l.* 1. C. *h. t.* Nec obſtat, etiam ſtupri, & infamiæ pœnis hic locum eſſe *l.* 18. C. *h. t. l.* 1. *inf. l.* 13. *pr. ff. de his qui not. inf.* quando nec Jure Antiquo adulterium capitis pœnæ obnoxium erat, nec Jure Novo in feminis locum habet. *Nov.* 134. *c.* 4. vid. 4. *aph.* 135. & Gothofr. *ad d. l.* 18. Plane de Jure Naturæ & Divino anceps quæſtio eſt, an Polygamia iſtis repugnet? Nos affirmamus. *Admonit. IV.* 108 *Aphoriſm.* 1. 29. & alibi. Addo nunc ſaltim verba Dn. H. Hulſii mei olim in Academia Duisburgenſi Collegæ conjunctiſſimi, qui *tract. de principio credendi libro* 1. *ſect.* 3. ſcribit ſeqq. *Quum video, ordinatione Dei, in natura, æqualem circiter numerum fœmellarum & marium eſſe, fœminasque majori cum libidine ad mares ſæpe ferri, quam viri quidem contendunt ad fœminas: hinc tacite arguo, noluiſſe Deum polygamiam & multiplicationem uxorum, ſed uni unam adjunxiſſe.* Objiciuntur pervul-

vulgatiſſimo ſcrupulo exempla ex veteri teſtamento, in primis Davidis Viri ſecundum cor Dei, Patriarcharum, aliorumque. Sed eximere eum perfacile eſt (1) ſi perpendas, polygamiæ prohibitionem ex naturæ humanæ indole pullulare, ut modo vidimus. Ex quo conſequitur, Deum, ſupremum liberrimumque humanæ naturæ opificem: *conſ. Paul. ad Rom. c. 9. verſ.* 20. *ſeq.* circa naturam humanam aliter diſponere poſſe, idque revera circa naturam Judæorum tum temporis ipſum feciſſe, leges matrimoniales circa polygamiam Judæis latæ manifeſte probant, tum quotidianiſſima populi Judaici exempla confirmant. Similem diſpenſationem Divinam vides ea tempeſtate in libello divortii. *vid. Adm. I.* 10. Qui (2.) Doctores illos ſequi volunt, qui ſtatuunt Polygamiam ſive virilem ſive muliebrem ex Jure Naturali demonſtrative oppugnari non poſſe, ſed non niſi Lege Divina Poſitiva Univerſali prohiberi, vid. Thomaſ. JC. Hallenſ. 3. *inſt. iuriſprudent. divin. cap.* 2 §. 200. *& cap.* 3. §. 76. & Obſervat. Select. ad rem litterar. Hal. *tom.* 6. *obſ.* 2. (ubi & de loco Cæſaris *libr.* 5. *de bell. Gall. Uxores* Britanni *habent dent duodenique inter ſe communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis*) hi, inquam, argumentum ab exemplo Hebræorum petitum facillime effugient, cum de Lege Poſitiva Legiſlator facilli-

cillime quid mutet. *Add.* §. 128. *infr.*

§. 96. Præter Adulterium etiam alia Delicta Carnis Lex Julia punit, veluti 1. Sodomiam, & 2. Stuprum. §. 4. *l. de publ. iud.* Nec non 3. Lenocinium: Quin & quæ Adulterio æquiparantur, huc pertinent: veluti 4. conjunctiones cum Judæis *l.* 6. C. *de Jud.* & 5. Inceſtum *l.* 11. §. 1. *l.* 38. *ff. h. t.*

§. 97. Sodomia eſt coitus hominum ejuſdem ſexus, aut cum brutis. *v. l.* 31. *C. de adult. d.* §. 4. *Geneſ.* 19. *verſ.* 5. *Jud.* 19. *verſ.* 22. *Juv.* 6. *verſ.* 310. *ſeq. Harſdorff. ſchaupl.* 152. *nu.* 12. Ejus pœna jure Civili eſt gladius *d. l.* 31. Jure Carolino, ignis. *Ord. Carol. Crimin. art.* 116 quod Mores alicubi ad *beſtiales* reſtringunt. De Jure Canonico, *vid. c. flagitia. c.* 32. *q.* 7. *c.* 4. *x. de exceſſ. præl.* Minorem ſeptemdecim annis; ob initam equam gladio punitum, habes apud Becman. *Urb. Francofurt. ad Oderam pag.* 49. *part.* 2. Bileamum cum aſina conſueviſſe, nonnulli tradunt. vid. Muller. *Acerr.* 1. *hiſt.* 73. *litt. a.* Pertinet ad hoc etiam caput, Lex Scantinia. vid. Roſin. 8. *antiquit.* 24. Pithœus 2. *ſubſecivor.* 21. ubi & Auſoniani epigrammatis 89. naſum detegit. Add. Brummer. *ad L. Cinciam. c.* 1. *n.* 25. Haveman. *Gamolog. libr.* 3. *tit.* 16. *ſeq. & libr.* 4. *tit.* 5. *poſit.* 17. & quæ dixi *de Jur. Fil. m.* 7. §. 11. *&* 4. *aphor.* 135. *&* 139. Famoſiſſimum illum Mæcenatem etiam huc referunt. vid. Meibom.

Macen. cap. 21. *& ſeq.* Plura vide ſis apud Grube *comp. Jur.* 6. 6. *art.* 5. & Cornelium Adami *de Malis Romanorum moribus, num.* 13.

§. 98. Stuprum eſt coitus cum vidua vel virgine honeſte vivente § 4. *I. de publ. jud.* Dixi: *honeſte*. nam meretriciæ conjunctiones extra legis pœnam fere erant *l.* 22. *C. de adult. vid. Adm. part.* 1. §. 174. *n.* 5. *&* 3. *aph.* 15. *& ſeq.* add. Lucas de Penna *ad l.* 4. *C. de ſpectac. fol. mihi* 145. *pag.* 3. Brunnem. *de rat. civ. c.* 3. *n.* 113. *ſeq* Granz. *defenſ. inquiſ. c.* 6. *m.* 2. *ſect.* 2. *n.* 205. *ſeq.* Wachm. *de Amore* §. 22. Meretricibus autem hac in parte æquiparabantur ancillæ famulæque viliores, quæ potantibus vina præbent. *l.* 29. *C. eod.* De Stupri pœna, vid. Bockelm. *different. Juris c.* 51. Cui adde ſis tamen pœnam infamiæ *l.* 7. *ff. de publ. judic.* Limita, niſi concubitus inter deſponſatos factus fuerit. *c.* 1. *c.* 30. *q.* 5. etſi tamen levi aliqua coercitione adficiantur. vid. Lyncker. *reſolution. diſceptat. forenſ.* 131. Esbach. *ad Carpzov.* 4. 27. *definit.* 12.

§. 99. Ad Sodomiam referre licet, Fellationem. At Maſtuprationem, ſive Mollitiem, ad crimina potius Extraordinaria retulerim. Hoc nihil eſſe putas? Scelus eſt, mihi crede, ſed ingens, quantum vix animo concipis ipſe tuo. *Martial.* 5. *epigr.* 41. Carpz. *crim. qu.* 76. *n.* 10. *ſeqq.* Haveman. *Gamolog. libr.* 3. *tit.* 15. Exner. *Th. Teſtamentar. pag.* 231. *ſeq.* Vid. *Geneſ.*

teſ. 38. verſ. 9. Facultas noſtra ei qui in honeſto aliorum, etiam ſequioris ſexus conſortio id peregerat, fuſtigationem dictavit noviſſime.

§. 100. Sed & Lenocinium coercet Lex Julia, de quo vide ſis *l. 2. §. 2. l. 29. pr. h. t. l. 43. §. 7. de rit. nupt. l. 4. §. 2. de his qui notant. infam.* Carpz. *crimin. qu. 71.* & quæ ſcripſi *de jur. filior. membr. 7. §. 10. & ſeqq.* add. *Admon. l. 174.*

§. 101. Inceſtus (ſive inceſtum *l. 38. §. 7. h. l. 5. de quaſt. &c.*) in genere eſt concubitus illicitus inter conſanguineos & affines in gradu prohibito admiſſus. Eſtque vel Juris Gentium, vel Juris Civilis. *l. ult. ff. de rit. nupt. l. 38. §. 2. de adult.* Juris Gentium inceſtum Paulus JC. in *d. l. ult.* aſſerit duntaxat committi in linea recta. Idem ſenſerunt & Peruviani illi, de quibus Temple *miſcellan. part. 2. pag. 475. ſeq.* Nec alia mens Gentium in Jove ejuſque & ſorore & conjuge Junone. De conjugio Attabalibæ regis Peruviani in America, ejuſque ſororis Pagæ, vid. Calveton. *hiſtor. nov. orbis libr. 3. pag. 290.* Eadem & ceterorum ibi incolarum ſententia eſt. Calv. *pag. 397.* Hübner. *hiſtor. part. 9. pag. 1028.* An & Abrahami & Saræ *Geneſ. 20. 12.*? Certe cum Paulo illo noſtro ſentiunt H. Grot. *2. l. bell. & pac. 5. §. 13.* Pufendorff. *6 l. nat. & gen. 1. num. 24.* Hulſius *de quo §. 95. ſupra, 1. princip. 2.* Becman. *7. meditat. politic. th. 13.* Rittershuſ. *comm. ad*

§. 2. *de nupt.* Schwendendorſt. *ad Eckolt. tit. de nupt.* §. 2. Diſſ. Wilh. Grot. *de princip. jur. natur. cap.* 12. § 8 *ſeq.* Ant. Matth. *de crim. lib.* 48. *tit.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. Eckolt. *d. loc.* Plane impetrare abs me non poſſum ut credam a Deo hominibus in ſtatu integritatis quid *injunctum* fuiſſe, quod pugnet cum jure Naturæ: at etiam ante Adami lapſum multiplicatio generis humani *præcepta* erat, neque in ſtatu integritatis ſi permanſiſſent Adamus Evaque, eorum liberi alio modo quam matrimonia inter ſe contrahendo, *præcepto*, jam in ipſo quem dixi integritatis ſtatu dato, divino, de multiplicando genere humano, potuiſſent obtemperare. Profecto, qui prohibitiones Naturales ex propinquitate carnis ſola arceſſunt, illi non recordantur primæ creationis primique matrimonii. Quis enim neſcit Adami carnem & oſſa tranſiiſſe in Evam? Sed & inter duorum fratrum ſororumve filios filiaſque eſt caro quarto gradu propinqua: at nuptiæ non vetitæ. Eadem propinquitas eſt aſcendentis & deſcendentis quarti gradus, & tamen nuptiæ inter hos vetitæ. Miſſis aliis, dico, Jus Naturale inceſto leges vetantes ponens, ad humanæ *naturæ* indolem reſpicere. Hæc cum inter generantes generatoſque eam differentiam conſtituerit, ut hi illos ob vitam acceptam, aliaque beneficia impertita, venerari debeant: non debet ea veneratio per matrimonii copu-

lam

lam extingui, nec deteri. Neque de Jure Divino Levit. cap. 18. aliud heic *generale* fundamentum reperire liceat, quam reverentiæ ſive venerationis reſpectum. Enimvero ut generanti eadem veneratio majori gradu conſervetur, placuit Legiſlatori Deo, extra lineam rectam prohibitiones extendere, inſuperque omnes cum generantis proximi immediata ſive proxima carne junctos prohibere. Hæc inquam unica Juris Divini in linea cognationis collaterali regula compendiaria eſt: *Ne accedito ad eum eamve, qui quave generantis tui indubitata, adeoque proxima & immediata caro eſt.* Unde ſequitur, nec cum ſorore, nec cum amita ex. gr. nuptias permitti. Nam ut illa patris, ita hæc avi indubitata, quippe immediate proxima, caro eſt. Quin immo & in affinitate venerationis hujus videbis extenſionem, etſi non tantam quantam in cognatione: cum affinitas non habeat niſi venerationem adventitiam: cognatio naturalem. Hinc non niſi generantis *paterni* habetur heic ratio. Veluti in *patrui* vidua. Forte & *in fratris* vidua: ſi vox *fratris* *Lev.* 18. *verſ.* 16. ſtricte ſumitur. vid. *Gen. c.* 36. *Ruth. c.* 1. *Deuter. c.* 25. *Matth. c.* 22. *Marc. c.* 22. *Luc. c.* 20. Forte & in comprivigna quæ *patri* affinis facta eſt: ſi de comprivignis agit *d. Lev. c.* 18. *verſ.* 11. Dixi ſupra *generale*. Nam *ſpeciale* occurrit reſpectu lineæ rectæ *d. Lev.* 18.

verſ. 10. *ibi: nam nuditas tua ſunt.* Generans ſcilicet & deſcendentes, ſunt una caro: habentur pro uno: aſt conjugium eſt inter duos. Hæc ratio juncta dictæ venerationi, matrimonium prohibet in linea recta in infinitum. Unde Gloſſa *ad* §. 1. *I. de nupt.* ait: *adeo ut ſi Adam hodie viveret, non poſſet habere uxorem.* add. Carpzov. 2. *juriſpr. Eccleſ.* 73. Muller. 1. *acerr. Bibl.* 41. Conſimiliter propinquitas carnis non poteſt eſſe niſi ad ſummum, *ſpeciale:* cum ea non tantum deſit in Affinitate ſoluta, ſed & conſobrinorum matrimonia prohibeat, at in linea recta inter remotiores cognatos eadem permittat. Cave ſis etiam, ne prohibitiones aut permiſſiones Juris Divini matrimoniales educas ex *Geneſ.* 2. 24. ibi: *relicturus eſt vir patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ.* Hæc enim in ſola recta linea nuptias interdicunt. Neu dixeris, de omni paterna domo eadem eſſe accipienda: Ita enim inter omnes Adami poſteros matrimonia uno ictu extirpares. Aut ſi anguſtius lubet parentum ibi domum accipere, quæro, an nepotes eidem includas, nec ne? Si prius, matrimonia conſobrinorum erunt prohibita: Sin poſterius, permiſſa erunt matrimonia cum amita ceteriſque thiis. At utrumque abſurdum. Caveſis præterea, ne ex imagine Dei hic quicquam arceſſas: nam illa in ſtatu integritatis integra erat,

&

& abſque ullis ruderibus: & tamen matrimonia fratrum ſororumque admittebat. Aliter alii vid. Hochſtetter. *coll. Puff. exerc.* 9. §. 14. Interim ſtatuo tamen leges matrimoniales *d. Lev. cap.* 18. promulgatas, eſſe *morales*, etſi non *naturales.* vid. Lanckeren: *Vir. conſultat. part.* 3. *pag.* 596. *ſeqq.* Unde ſequitur, Inceſtum Juris Gentium, prout ſcilicet a Supremo Legiſlatore Deo latius extenſus eſt, latius patere, quam equidem putavit JC. Paulus *in d. l. f. ff. de R. N.* Cujus obſervationis uſus hic eſt, ut ſiquidem Juris Gentium, etiam per Jus Divinum adaucti & extenſi, inceſtus ſit, in ea diſpenſationi humanæ locus non ſit: ſecus ſit ſit inceſtus mere Civilis *arg. l.* 35. *de R. J. l.* 5. *pr. mand.* Unde non dubito, in caſu *legis* 57. §. 1. *de R. N.* ubi Flavia Tertulla avunculo ſuo copulata fuerat, conjunctionem iſtam eſſe dirimendam: utpote contrariam Legi Supremi Legiſlatoris Dei ſupra exhibitæ. Par ratio eſt & Matrimonii *Putativi*, quale occurrit apud Lutherum *colloq. menſal. c.* 43. ubi filius cum matre, putans famulam eſſe, concubuerat, eamque imprægnaverat, ex quo concubitu cum filia eſſet nata, dictus filius, ignorans hanc ſuam & ſororem uterinam & filiam eſſe, eandem nuptiis ſibi copulavit. Quod ſua memoria eveniſſe, Lutherus publice pro concione anno 1543. narravit, addens, tale matrimonium non

eſſe diſſolvendum. Cujus contrarium, verius eſt *arg. d. Levit. c.* 18. Nuper idem reſpondit Facultas noſtra Juridica in caſu quo nauta cum ultra viginti annos in India fuiſſet, parenteſque ejus interim mortui eſſent relicta ſeptemdecim annorum filia, quam ille ignorans eam ſororem ſuam eſſe, duxerat. *Ignorans:* dixi. Ne mirare. Nam & illi, qui ſe antehac cognoverunt, aliquando poſt longam abſentiam, notitiæ priſtinæ memoria exuuntur: quale quid ſibi fratrique ſuo invicem contigiſſe, narrat celebris ille Poeta Johannes Secundus Nicolai Everhardi JC. Filius *itin. Hiſpanic. pag. mih.* 319. De pœna inceſtus ſcias, eam capitalem vulgo ſtatui, quod in linea recta admitti poteſt: per *Levit.* 20. *verſ.* 14. At in Collaterali ſecus eſt *l.* 5 *de quæſt. l.* 11. §. 1. *l.* 38. §. 4. *ad L. Jul. de Adult. arg. l. p. ff. pœn.* v. Bockelm. *ff. de rit. nupt.* §. 41. Carpz. *crim. q.* 72. *ſeqq.* A. Matth. *crim. libr.* 48. *tit.* 3. *cap.* 9. *n.* 5. *ſeq.* Rhet. 31. *medit.* 28. Stryck. 1. *diſſ. Hall.* 11. *c.* 4. *caſ.* 3. Poll. *de exheredat. cap.* 86. *n.* 17. *ſeqq.* Dixi & ego aliquid *Irn. injur. vapul. c.* 41. §. 2. 3. De Parentibus quibus ſtupro coire fas erat cum liberis, legis apud *Q. Curt.* 8. 2. 19. add. Hubner. *hiſtor. part.* 9 *pag.* 826. Sulpit. Sever. 1. *hiſtor. Sacr.* 6. *in fin. & c.* 11. *princ.* & quæ dixi §. 95. *in fin. ſupr.* De matrimonio cum uxoris defunctæ ſorore, & cum hujus filia, acriter in hac etiam Academia diſputatum eſſe, notum eſt.

eſt. Nihil uſque adhuc occurrit, quod a ſententia mea, utrumque ſcilicet permitti de Jure Divino, me dimovere queat. Accedit Dn. Thomaſius, ſed ex aliis principiis, immo & prioribus ſuis (quod miror) repudiatis, apud D. Melch. Goetzen Paſtorem Prim. Halberſtadienſem (cui etiam matrimonium cum uxoris mortuæ ſorore conceſſit Auguſtiſſimus Boruſſiæ Rex 17. Maji 1706.) tractatu de hoc matrimonio apud Henricum Meyerum 1707. Francofurti ad Mœnum edito.

§. 102. Plura ad hunc titulum ſpectantia repræſentavi *ad Inſt. libr.* 4. *aph.* 131. *uſque ad aph.* 144. *& Irner. inj. vap. c.* 41. De concubinatu, dixi *Admonit.* 4. §. 134. add. Gel. Fam. *part.* 27. *pag.* 185. *ſeqq.* Nunc mentionem addo unius alteriuſque celebrioris controverſiæ. Veluti (1.) cum quæritur, an adulterium etiam cum Sponſa admittatur aliena? Quod aff. non tantum quoad Sponſam de præſenti, ſed & eam quæ non niſi de futuro Sponſa eſt. Non quod prior illa uxor ſit, uti ex erroneo fundamento quod circumfertur vulgo, quaſi Sponſalia de præſenti ſint verum matrimonium, quod ſatis refutavi *Irn. injur. vap. coit.* 32. §. 15. *inf. junct. Manip.* 3. *adff. n.* 69. nonnulli concludunt: Sed generali textu *in l.* 13. §. 3. *ff. h. junct. l.* 6. *de ſponſ. & arg. l.* 8. *de Public. in rem act.* A. Matthæus 2. *Colleg. inſt.* 12. *theſ.* 37.

Pappus *ad d. art.* 3. *lit. d.* Ayrer. *proceſſ.* 1. *cap.* 7. *obſ.* 5. vid. *Geneſ. c.* 38. ubi Thamar Selæ ſponſa, adulterium committens, igni addicitur. Arithmæ. *criminal. diſp.* 9. *th.* 1. *lit. b.* (2.) An adulterium committatur in uxorem meretricio more viventem? Quod aff. *per d. l.* 13. §. 3. Matth. *d. diſp.* 12. *th.* 38.

§. 103. Addo nonnulla quaſi corollaria. (1.) Vir qui adulterum in uxore ſua deprehendit, retinere eum poteſt per horas viginti. *l.* 25. *ff. h. t.* (2.) Meretricem ducens, non peccat. *c. ſ. cauſ.* 32. *qu.* 1. Rottman. 3. *hiſtoriar.* 76. (3) De meretricis maritatæ adulterio: vid. Card. Tuſchus. *concl. pract. lit. A. n.* 222. Ridiculam gloſſam habes *ad c. vidua. diſtinct.* 34. Wiſſenbach. *ad l.* 33. *ff. de V. S.* (4.) De variis adulterii apud varios populos pœnis, dixi *diſſertat. de Cornibus.* Add. Nicolai *de ſynedr. Ægyptior. c.* 13. Aleman. *palaſtr. conſultation.* 1. *pr.* Obſervat. Miſcellan. *part.* 16. *n.* 2. ubi de priſtinis Gallis refertur, apud eos in laude induſtriæ, adulterium referri. Sed an (5.) propria auctoritate divortium ex adulterii cauſa, liceat inſtituere? merito quæres. De Jure Divino & Civili id affirmandum eſt. *Matth.* 19. *verſ.* 7. *l.* 7. *l.* 9. *ff. l.* 9. *C. de divort. Juvenal. ſat.* 6. *verſ.* 145. Hodie tamen, cum matrimonia publica auctoritate ineantur, ſecus videtur. *arg. l.* 35. *de R. J.* vid. Richter. *deciſion.* 88. *n.* 91. *ſeqq.* Paullini

Anm.

Anm. L. W. c. 100. Zaunſchliffer. *ad Mev. part.* 9. *deciſ.* 182.

TIT. VI.

Ad L. Juliam de vi Publica.

§. 104. Tertium eſt Vis, quæ duas ſpecies habet, *Publicam* & *Privatam*. Vis Publica dicitur variis modis (1) ratione cauſæ efficientis, ſi inferatur a publica perſona *l.* 7. *h.* (2) ratione objecti, ſi vis inferatur publicæ perſonæ vel publico negotio *l.* 10. *pr. l. f. h.* (3.) ratione cauſæ inſtrumentalis, quæ fit armis, in lato ſenſu ita dictis *l.* 9. *l.* 11. §. 1. *h.* §. 8. *l. publ. judic. l.* 233. §. 2. *de V. S.* (4.) ratione adjuncti raptus *l.* 5. §. *f. h. t.* aut ſtupri violenti *l* 3. §. 4. *h.* Tertii duntaxat meminit exempli gratia textus *in* §. 8. *l. de publ. jud.* aliunde ſupplendus, *arg. l.* 26. *de legib.*

§. 105. Pœna Vis Publicæ ex L. Julia eſt deportatio *d.* §. 8. Aliquando tamen capitis pœna irrogatur, veluti (1.) ſi per vim raptus virginis aut viduæ, aut ſanctimonialis, aut alterius ſit perpetratus. *d.* § 8 *l. un C. de rapt. virg.* licet mulier, etiam ſponſa, raptui conſenſerit. *d. l. un.* quod tamen ultimum Moribus non obſervatur, uti nec Jure Canonico: Böckelm. *de different. c.* 51. Vide ſis *Irntr. injur. vapul. coit.*

35.

35. (2.) In ſtupro violento. *l.* 1. §. 2. *extr. criminn..* (3.) Graſſatores qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur, & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur, utique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt, *l.* 28. §. 10. *de pœnis.* (4.) ſi quis committat crimen fractæ pacis publicæ, tam religioſæ, quam profanæ. vid. Engelbr. *ad ff. pag.* 838. Carpzov. *criminal. quæſt.* 35. Titius 1. *jur. publ. cap.* 6. *& ſeq.* Sed & (5.) capitali aliquando pœnæ locus eſſe poteſt ob concurrens crimen Concuſſionis: de quo vide ſcripta a nobis *Irner. iniur. vap. coit.* 38. Adhuc alius (6.) caſus eſt in *l. pen. pr. ff. h.* Denique (7.) & in *l.* 6. *C. h. t.*

TIT. VII.

Ad L. Juliam de Vi privata.

§. 106. VIs Privata quænam ſit, ex ſuperioribus facile intelligitur. *arg. pr. I. de tutel.* De Vi privata damnati pars tertia bonorum publicatur *l.* 1. *pr. l. f. h.* ubi & infamiæ pœna: convenienter regulæ generali in *l.* 7. *ff. de publ. iud.* §. 81. *infr.* Plane extraordinariam, adeoque etiam ſeveriſſimam pœnam, Divus Pius dictavit iis, qui nautis vim fecerint *l.* 1. §. *f. h.* Quemadmodum Divus Marcus creditoribus ſine judice debita extorquentibus, præter alias

pœnas

pœnas etiam crediti amiſſionem. *l. p. h. l.* 13. *quod met. cauſ. l.* 7. *C. unde vi.*

§. 107. Neque tamen dubito, hæc poſteriora etiam in Vi Publica locum habere *arg. l.* 21. *R* 7. Quemadmodum ob utramque competunt vim paſſo, & remedia quædam *Civilia:* & in Poſſeſſorio, inquam, interdictum Unde Vi: & in Petitorio, Actiones Quod metus cauſa, & Vi bonorum raptorum. Primum, propter Vim expulſivam: Secunda ob compulſivam: Tertia ob ablativam. *Conf. ſupra part.* 6. §. 244.

TIT. VIII.

Ad L. Corneliam de Sicariis.

§. 108. Quartum eſt Homicidium: quod Sica id eſt breviori gladio a Sicariis perpetratur: in quos inſurgit Lex Cornelia, lata L. Cornelio Sulla Dictatore. *l.* 2. §. 32. *ff. de O. I. junct.* §. 5. *I. de publ. judic.* Idem tamen eſt, ſi quocunque alio inſtrumento homicidium peractum ſit: veluti ſi *clavem* (id eſt *vectem.* Plaut. *Caſin.* 5. 2. 7. *& ibi* Taubm. *not.*) quis aut *cucumam* (id eſt, vas cervice præditum calefaciendæ aquæ. *v.* Petron. *ſat. edit. Boſch. cap.* 95.) in alterius caput dolo impegerit. *v. l.* 1. *h.* Dixi *Manip.* 3. *ſicil.* 120. Adde ſis dicta *ad Inſt. lib.* 4. *aph.* 144. *& ſeqq.* Adde: de Jure Principis remittendi pænam capitis homicidæ doloſo:

loſo: *Pericul. noſtr. Acad. libr.* 3. *cap.* 13. Noviſſime Lipſiæ junctim A. C. 1712. prodierunt duæ ventilationes publicæ Philippi Ludovici Hannekenii Theologi Wittebergenſis, & Adami Rechenbergii Theologi Lipſienſis, *de Jure Principis aggratiandi circa homicidium:* Add. Thomaſ. *not. ad ff. h. t.* §. *Principem.* Stavinski JC. Regiſmont. *de Jure Principis leges Jure Divino determinatas mitigandi vel remittendi.* Zſchackwitz. *de feud. part.* 10. *th.* 28. Cruſius (olim in Academia Duisburgenſi noſter collega) *tr. de poteſtate ignoſcendi.* Henichius Prof. Rintel. *de diſpenſatione circa pœnam homicidii*, Ritmejer. *Conringian. epiſtol. pag.* 149. De duellis: vid. Herman Suden (qui vero nomine per anagramma, eſt Erdman Uhſen Rector Merſeburgenſis. vid. J. A. Fabricium *bibliograph. antiquar. cap.* 10. §. 16. & N. E. Muſeum *part.* 1. *pag.* 81. *& ſeqq.*) 3. *Critic.* 5. De homicidio in tumultu, conſpiratione, aut rixa perpetrato: vid. Gail. 2. *obſ.* 109. Aleman. *palæſtr. conſultat.* 9. Hanedoeſ. *exerc.* 23. *quæſt.* 8 Lauterb. *comp. ff. pag.* 695.

§. 109. Adde: dolum ad vulnerandum duntaxat directum, homicidio ex eo ſecuto, pro occidendi propoſito (etſi non ſecundum legem Corneliam *l.* 3. § 2. *h.* juxta leges tamen alias) accipi *l.* 6. *C. de vi publ. l.* 38. §. 5. *de pœn. l.* 15. *h. t.* Carpz. *criminal. qu.* 1. *num.* 28. Cumque idem

idem ſit, per te quid facias, an per alium, etiam in criminalibus *l.* 152. §. 1. *R. I. l.* 5. *de C. de accuſat. l.* 15. *pr. &* §. 1. *h. t. c.* 72. *de R. I. in* 6. Sequitur: mandatorem vulneris teneri de morte ſecuta: cum mandatum ſervandorum ſtricte mandati finium hoc caſu non obliget: cum contineat quid impoſſibile: utpote cum ſcire nemo queat, qua ratione vulnerandus, ſe tutari aut poſſit aut velit. Adde, mandatum de vulnerando, non obligare ut contractum, ſed ut delictum §. 7. *I. de mandat. l.* 15. *fin. de condit. inſtitut.* v. Leonin. *ad l.* 5. *C. de accuſat. n.*4. Matth. *de crimin. h. t. c.* 3. *n.* 16. Wiſſenb. *ad Inſt. diſp.* 33. *th.* 38.

§ 110. Conſimiliter, ſi quis in perſona occiſi erraverit, ordinaria nihilominus pœna obtinebit. *arg. l.* 18. §. 3. *de injur.* §. 8. *I. de obl. quæ ex del. naſ. l.* 20. *C. de furt.* §. 5. *I. de publ. jud. l.* 38. §. 5. *ff. de pœn.* Happrecht. *ad I.* §. 5. *de publ. jud. num.* 239. *& ſeqq.* Ubi id *n.* 251. *& ſeqq.* limitat, ut ordinariæ pœnæ locus non ſit, quando quis alium proxime adſtantem aut prætereuntem, aut intervenientem occidit, cum mortem intentaſſet alii. *Quod an prioribus* (illis quæ Harpprechtus præmiſerat) *conveniat, dubito* (inquit Langius *diſp. ff.* 21. *th.* 38.) *cum dolus reſpectu occidentis conſideretur, neque alterius perſonæ ratio habeatur.* Prævalet quod principale eſt, inquit Paulus *in d. l.* 18. §. 3.

Unde

Unde & hic pœnam *ordinariam* admittemus. Diſſ. Phil. Matthæ. *ad l. 56. de R. J. n.* 4. *& ſeq.* Verum Jul. Clarus ibidem allegatus dicit: *Certe ego ſi caſus contingeret, illi facerem caput amputari.*

§. 111. Ceterum coercet Lex hæc Cornelia etiam Quintum crimen, *Incendiariorum. l. 1. pr. l.* 10. *h. t.* de quibus dixi *ad Inſt. lib. 4. aph.* 151. quod inaccurate homicidii ſpeciem ſtatues, cum poſſit ſoleatque & ſine homicidio peragi. *d. l.* 10. *h.* Melius Homicidii ſpecies Nominatas agnoſces: 1. Latrocinium. 2. Aſſaſſinium. 3. Veneficium. 4. Parricidium De aſſ ſſinio *dixi* 4. *aph.* 1. De Veneficio *d. libr.* 4. *aph.* 152. ubi adde, magicam artem, ſi proximo non noceat, Jure Civili permiſſam eſſe. *l.* 4. *C. de maleſ. & mathemat.* add. *Admonit. V.* 33. In Belgio hæc rident quam plurimi. Jonktyſ. *pyn-banck.* 3. §. 8. 9. Sed quomodo is riſus convenit ſolenni formulæ celebrandi S. Cœnam? ibi: *alle toovenaers en waerſeggers.* De autocheiria, *vid.* §. 133 *infr.* & Heig. 2. *quæſtion.* 36. Goehauſen. 3. *per. Academ.* 23. Finckelthauſ. *obſerv.* 43. Menoch. 2. *arbitrar. jud. quæſt.* 284. Theodoric. *crimin. c. 7. litt. G n.* 66. Klein. *de execut. in cadav. c.* 3. *n.* 36. *ſeqq.* Bucherſaal *tom.* 2. *part.* 447. Hoyer. *de iur. ſepult. aph.* 31. *& ſeq.* ubi & pœna eorum qui id ſcelus non conſummaverunt. Etiam ad hunc titulum pertinent virilita-

rilitatis exſectores & qui eunuchos faciunt. *l.* 3. §. 4. *l.* 4. §. 2. *h. t. l.* 1. *l.* 2. *C. de eunuch. Nov.* 142. *præf. c.* 1. *& ſeq.* vid. Gothofred. *ad d. l.* 1. *& ad l.* 27. §. 28. *ad L. Aquil.* Tholoſan. *ſyntagm. jur. libr.* 7. *t.* 2. *n.* 12. *ſeqq.* Henel. *Otium Wratiſlav. cap.* 35. Menoch. 2. *arbitr. judic.* 570. Datt. *de vendit. liberor. cap.* 5. *in fin.* Irner. *coit.* 36. De caſtratione feminarum, v. Henel. *d. loc.* Conf. Gundling. *otior. part.* 3. *c.* 3. §. 1. *lit. d.* De Narſete, vidimus *Admonitor. Part.* 1. §. 20. vid. tamen Guinet. *Juſtin. Magn. c.* 12. *in fine.* De Parricidio eſt *tit. ſeq.*

TIT. IX.

Ad Legem Pompejam de Parricidiis.

§. 112. Parricidium eſt cædes cognatorum, affinium, patronorum. *v. l.* 1. *& ſeqq. h. t.* Pœnam ſuſtinet Legis Corneliæ, quæ & homicidio irrogatur. *d. l.* 1. Excipe, niſi ſit perpetratum in recta linea, ſive cognationis, inquam, ſive affinitatis, tum enim eſt pœna culei, de qua *vid.* §. 6. *I. de publ. judic.* Quæ tamen pœna aliquando mitigatur, aut remittitur. Vid. *l.* 5. *l.* 9. §. 2. *h. t. l.* 35. *de religioſ. l.* 23. *l.* 24. *ff. de adulter.* & quæ dixi *de jure fil. memb.* 7. §. 7. *ſeq. & Aph. IV.* 153. Gudelin. 5. *iur. noviſſ.* 17. Coler. *parerg.* 3. Forcatul. *dialog.* 34. Wæchtler. *not. ad Noodt.* 1. *probabil. jur. civil.* 11. Greve *ff.* 27. *th.* 9. Hoyer. *de Jure Se-*

 nil-

pultur. aphor. 29. Feltman. *Artickelbr. ad artic.* 3. *lit. n. num.* 34. *ſeqq.* Schambogen. *ad* §. 6. *I. de public. ind. n.* 3. Ant. Matthæ. *not. ad d.* §. 6. Sed an & hodie pœna culei locum habeat, de eo videri meretur omnino Cl. Houckius *de Concurſ. creditor. diſp.* 4. *in annex. & diſp. de Die Trigeſimo viſ.* 2. *num.* 5. cui adde ſis Feltmannum *d. loc. & inſtitut. iuris noviſſ.* §. 6. *I. de iudic.* Fuchs. *ad d.* §. 6. & Ortwyn. *d.* §. 6.

TIT. X.

De Lege Cornelia de Falſis, & de Senatus Conſulto Liboniano.

§. 113. Sextum Publicum Crimen eſt Falſum: de quo dixi *ad Inſt.* 4. *aph.* 144. Adde Gud. 5. *iur. nov. c.* 20. & *c* 15. §. *praterea.* Heic in rubrica ff. h. t. notabis adhuc Senatus Conſultum Libonianum, quod continet appendicem Legis Corneliæ, qua ille, qui in alieno teſtamento (perfecto: ſecus, ſi res intra conatum ſteterit. *l.* 6. *h. t. junct. l.* 22. §. 4. *eod. Admonit. VII.* 27. *n.* 2.) ſibi ipſi, vel ei quem in poteſtate habet, quid adſcribit, pœna falſi coercetur, iis quæ adſcripſit pro non ſcriptis habitis. vid. *l.* 1. §. 7. & 8. *h. t. l.* 3. *de his qui ſibi adſcr.* & quæ dixi *parte* 5. §. 105. Etiam notanda eſt *l.* 19. *pr. ff. h. t.* ibi: *Qui falſam monetam percuſſerint, ſi id totum formare noluerunt, ſuffragio juſtæ pœnitentiæ abſolvuntur.* vid. *Admonit.*

VII.

VII. 27. *n.* 3. Quid de mutatione nominis? Hæc ſine fraude ſi fiat, permiſſa eſt *l.* 63. §. 10. *ff. ad Trebell. l. un. C. de mut. nominis*, alias Cornelia Lege vindicanda *l.* 13. *pr. l.* 27. §. *f. h. t.* vid. Theopil. Amel. *ad* 2. *Cor.* 5. 17. *& Apocalypſ.* 2. 17. Kirckhof. *iocoſer.* 2. *hiſtor.* 6. *& ſeq.* Cl. Juriſconſulti Nicolai Everhardi filius Hadrianus aſſumſit ſibi nomen *Marii*: in honorem ſcil. S. Mariæ. vid. Jo. Secundi *Opera pag.* 339. Plura exempla collegit Krebs. *de nominum mutatione. cap. de Moralitate. n.* 6. *& ſeqq.* Multa tamen etiam omiſit, etiam illuſtria. De Juſtiniano noſtro dixi 1. *aphoriſm.* 1. Adhuc quoad falſam monetam, adde ſis Alemannum *conſult.* 8. *qu.* 14. & Marantam *ſingular. jur.* § *Falſificans*. De Mathematicis: Gudelin. *d. cap.* 20. ſive Chaldæis ſimilibuſque A. Gell. 14. *noct. Att.* 1.

TIT. XI.

Ad Legem Juliam Repetundarum.

§. 114. Septimum crimen eſt Repetundarum, quod hodie Barattariæ cognominatur, & deſcribitur, ſcelus publicum, quocunque munere (ex. gr. equo: ut judicet judex ſecundum *equum & bonum.* Quirin. Pegæ. *Kunſtq. n.* 5081.) ad pervertendum officium dato, a fungentibus poteſtate accepto, commiſſum. v. Obſervat. Miſcellan. *part.* 2. *num.* 4. Winckelman. *de crim. barattar. c.* 2. §. 12. ubi

vide ſis plura, etiam inſcriptionem curiæ Ratisbonenſis ſequentem: *Quiſquis Senator Curiam officii cauſa ingrederis, ante hoc oſtium privatos affectus omnes abjicito, iram, vim, odium, amicitiam, adulationem. Reip. perſonam & curam ſubjicito. Nam ut aliis æquus aut iniquus fueris, ita quoque Dei judicium expectabis & ſuſtinebis.* Judex ergo nec munera a litigantibus accipere debet. *l.* 2. §. *f. de cond. ob turp. cauſ. Horat.* 4. *od.* 9. ergo nec eſculenta aut potulenta. *l.* 7. §. 1. *h. t.* Brunneman. *ad l.* 18. *de offic. præſid. n.* 2. ſibi ipſi contrarius *ad l.* 4. *C. h. t. n.* 2. Non obſt. *l.* 6. §. 3. *de offic. proconſ. l.* 18. *de off. præſid.* nam non agitur ibi de litigantibus, nec de judice qua tali, ſed ut adveniente. v. Martini *proceſſ.* 1. 1: 142. Diſſ. Pfankuch. *de ſummariiſſ.* 2. 4: 27. Adde ſis dicta *ad Inſtit. lib.* 4. *aph.* 29. & *aph.* 160. Vide ſis etiam §. 176. *in fin. infra:* & Pollet. 4. *hiſtor. for. Rom.* 9. Broidæ. *ad Pollet.* 5. 10.

TIT. XII.

Ad Legem Juliam de annona

§. 115. Octavum committunt illi, qui annonam fraudant, efficiunt ve ut carior evadat, qui multantur vigintiaureis *l.* 2. §. *f. h.*

ſ. h. Immo poſſunt & extra ordinem, adeoque & gravius, puniri *l. 6. extr. crim.* etiam capite. *P. H. O. art.* 113. *arg. l.* 13. *pœn. l.* 1. §. *f. l* 9. *extr. crim.* Adm. *VII.* 51. Huc pertinet *l. un. C. de monop.* vid. Eckholt. *h. t.* idem & Huber. *ff. de ſerv. export. v.* & §. 54. *ſupr.* Adde Boecler. *diſſertat. Academic. tom.* 2. *diſſ.* 16.

TIT. XIII.

Ad Legem Iuliam Peculatus, & de Sacrilegiis, & de Reſiduis.

§. 116. Nonum eſt Crimen Peculatus, quod eſt furtum rei vel publicæ vel ſacræ vel religioſæ. Ergo Sacrilegium, Peculatus ſpecies eſt: *vid.* 4. *aph.* 156. De ſacrilegio ſeptem conſecratarum hoſtiarum, per equos in genua procumbentes detecto, non inſuavem fabulam exhibet Leuckfeld Paſtor Groning. *antiquitat. Groningenſ. c.* 25. §. 6. Sacrilegiis infamis fuit Dionyſius Primus, Siciliæ Tyrannus, qui Jovem pallio aureo, & Æſculapium aurea barba exuit. v. Hubner. *Politic. Hiſtor. tomo* 3. *libr.* 1. Gaſt. *convival. ſermon. tom.* 1. *pag.* 257. De Peculatu in ſpecie ejuſque pœna, vid. Aleman. *palæſtr. conſult. jur. illuſtr. c.* 2. Is qui prædam ab hoſtibus, captam ſubripuit, peculatus tenetur *l. p. h.* ergo & ipſe

miles. *arg. l.* 1. §. 1. *de legat. præſt.* vid. Radb. Herm. Schelius *not. ad Polyb. cap.* 9. add. 2. *aph.* 31 .*n* 3.

§. 117. Decimum eſt Crimen Reſiduorum: cujus rei ſunt, qui pecuniam publicam certis uſibus deſtinatam apud ſe reſidere patiuntur, & in proprios uſus convertunt. *l.* 2. *l.* 4. *h. vid.* 4. *aphor.* 162.

TIT. XIV.

Ad L. Iuliam Ambitus.

§. 118. Undecimum eſt Ambitus: quando quis corruptis ſuffragiis aliiſve illicitis artibus, honores ſibi comparat. *l. un. ff. h. t.* Dixi *Irner. iniur. vap. coit.* 37. *& ad Inſt. libr.* 4. *aph.* 159. Add. Gudelin. 5. *iur. noviſſ.* 20. Huc pertinet & Simonia. add. Owen. 1. *epigramm. ad Henricum Principem Walliæ: n:* 8. & Plathner. *centur.* 2. *quæſt.* 44.

TIT. XV.

Ad L. Fabiam de Plagiariis.

§. 119. Duodecimum eſt Plagium, quod deſcribi poteſt *furtum hominis.* Dixi 4. *aphor.* 157. Adde: Secundum Legem Divinam plagiarios morte eſſe puniendos naturali. *Deuter.* 24. *verſ.* 4. vid. Ortwyn. *ad* §. 10. *I. de publ. judic. lit.* 1.

TIT.

TIT. XVI.

Ad Senatus Conſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

§. 120. **V**iſis Criminum Publicorum Speciebus: eorundem nunc ordinem judiciarium inſpiciamus. *conf.* §. 82. *ſupra.* ubi notanda hæc tria: Primum: Accuſatores non debere tergiverſari, ſed cœptam accuſationem peragere cogi, alioquin incidere eos in SC. Turpillianum, quod illos qui in univerſum ab accuſatione deſiſtunt, extra ordinem (nec enim publicum crimen eſt Tergiverſatio *l.* 3. §. *f. prævaric.*) punit, etiam infamia. *l.* 1. §. 1. & 7. *l.* 23. *h. t. l.* 2. *C. eod.* etiam quinque auri libris *l.* 3. §. *f. prævaric.* Quin & accuſare amplius prohibentur. *l.* 2. *h.* Exceptionem tamen notabilem inſinuat rubrica h. t. niſi ſcil criminis facta ſit abolitio: quod contingit variis modis, ut vides *l.* 8. & *ſeqq ff. l.* 3. *C. epiſcop and. l.* 4 §. 8. *damn. inf.*

TIT. XVII.

De requirendis vel abſentibus damnandis.

§. 121. **S**ecundum eſt, ut ſi Rei abſentes ſint, annotandi ſint tribuſque edictis

 cita-

citandi *l* 1. *l*. 5. *h. l. h. l.* 2. *C. h.* bonis ipſorum mox obſignatis, immo & ſi intra annum ſe non ſtiterint, confiſcandis. *d. l.* 1. §. 4 *d. l.* 5. *pr. d. l.* 2. Ipſe tamen abſens damnari nequit, etſi de crimine conſtet. *d. l.* 1. *pr.* & §. 1. *h. t.* Si tamen pœna in abſentem ferri & executioni dari poteſt, ſecus eſt: veluti quoad relegationem, infamiam, confiſcationem *v. l.* 5. *de pœn. l.* 33. §. 2. *de proc.* Immo Moribus & ultra progredimur. v. Gudelin. 5. *de iur. noviſſ.* 14. Eckholt. & Scotan. *h.*

T I T. XVIII.

De Quaſtionibus.

§. 122. **T**ertium eſt, Quæſtionibus id eſt Torturis locum eſſe poſſe, ſi veritas aliter erui nequeat, & indicia legitima concurrant *l.* 1. §. 1. §. 4. *l.* 18. §. 1. *l. f. ff. l.* 8. §. 1. *C. h. l.* 17. *C. de falſ.* quæ an talia ſint, judex cognoſcet. *l.* 32. *pr. de uſur.* Heic ordnaria quæſtio eſt: An Torturæ apud Chriſtianos permittendæ ſint? Nos affimamus ſi requiſita debita concurrant. vid. Becman. *politic. parallel. c.* 14. §. *ult.* Suden *critic. part.* 1. *quaſt.* 37. Nathen *iuſtit. vulnerat. tit.* 3. *c.* 6. Lauterbach. *ff. h. t.* Winther. *Parthen. litig. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 7. *ſeq.* Huber. *Heedenſdaegſe Rechtſgel. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 22. Diſſ. A. Matthæ. *de criminib. tit. de Quaſtionib.*

nib. cap. 5. Heemskerck. *Batavſ. Arcad.* §. *Een ander overblyſzel.* Jongtyſ. *van de Pynbanck. part.* 1. *n.* 2. *ſeqq.* Requiſita autem torturæ iuſte peragendæ, ſunt varia: Potiora ſunt in hoc carmine:

Indiciis preſſus, crimen grave, ferme probatum,
Corpus delicti, judicis imperium.
Ex iſtis torquent hodie quoſcunque: gravatum
Si non excipiant iura benigna caput.

Quæ judex eo magis expendet, quoniam certum eſt, torturam ſæpe fallacem eſſe, uti videre licet apud Valerium Maximum *libr.* 8. *cap.* 8. Alia exempla videre eſt apud Godelmannum *de Magis & venef. libr.* 3. *c.* 10. *n.* 5. *& ſeqq.* Ceterum primum in his requiſitis locum ſibi vindicat, ſi quis indiciis ſit preſſus: de quibus noviſſime Granzius *defenſ. inquiſit. cap.* 4. *membr.* 2. *ſect.* 2. Per illud *hodie*, quod in carmine jam exhibito vides, reſpicitur ad jus Romanorum antiquum, quod torturam in ſolos ſervos permittebat: donec poſtea etiam ex liberis hominibus quæſtio haberi cœpta, non tamen indiſtincte. Separati enim ſunt digniores, a plebejis & humilioribus. Et inter hos iterum ii qui integræ frontis ſunt, ab infamibus. Hi torquentur etſi non rei, ſed teſtes ſint *l.* 21. §. *ult. de teſtib.* Qui autem integræ frontis ſunt, tum torquentur, cum rei aut participes criminis ſunt: non, cum teſtes producun-

tur, niſi teſtimonium eorum vacillet *l.* 15. *l.* 18. §. 3. *h. t.* Digniores regulariter non torquentur *l.* 8. §. 1. *l.* 11. *l.* 16. *C. h. t.* Servi tam in civilibus quam criminalibus torquentur, non tamen regulariter in caput domini ſive contra dominos, excepto adulterio &c. v. A. Matth. *de crimin. d. tit. de Quaſt. c.* 2. *n.* 3. *ſeq.* Zanger. *de quæſtionib. c.* 1. Add. Cruſius *de indic. delict. libr.* 4 *cap.* 39. ubi & de ſenibus: de quibus & ego dixi *in Dedicatione manualium ad Inſtitution.* ut ſenectus hic non ex numero annorum ſeptuaginta æſtimari debeat, ſed ex eo quod ætate defecta ſit. *l.* 3. §. 7. *de Sc. Silanian.* Unde Facultas noſtra Juridica etiam eum qui ſeptuaginta annos egreſſus erat, torturæ ſubjecit. Erat hic vir viribus plane non defectus, firmo latere, toroſus, nuper puellis idoneus & militans non ſine flagitii rumore & ſuſpicione, cum maxime palam aliquod horas cum juvenibus pedes iter faciebat, nec delaſſatus magis quam juvenes, currum equumque adſcendebat ſine omni adjutorio inſolito, memoria tenax, inter edones vorago, apud biboſos gurges, viſu pollens, ſed auditus aliquam deminutionem paſſus quam ſenibus familiarem eſſe, vel ex Juvenali ſciri poteſt. Hunc ſenem ſecundi gradus torturæ ſubjiciendum eſſe dictavimus: nec enim annis erat viribuſque defectus, ſed ſolo quodam modo auditu. Veluti

luti alteri ob decrepitam ætatem (*decrepitatem* Paulus Zacchias vocat) territionem adhibitis inſtrumentis ad conſtringendos rei pollices comparatis dictavimus. Qui de ſententiæ aut hujus aut illius juſtitia dubitat, illum invito ad Carpzov. *crimin. qu.* 118. Zanger. *de tortur. cap.*1. Brunneman. *ad l.* 3. §. 7. *de Sc. Silanian.* Ant. Fab. *Cod. libr.* 3. *tit.* 21. *defin.* 24 Jul. Clar. *libr.* 5. §. *fin. quæſt.* 64. *n.* 22. *& ibi addition.* Conf. Gilhauſen *arb. iudic. crimin. cap* 6. *part.* 7. *ſect.* 1. *n.* 5 *ſeqq.* Ziegler. *diſcept. ſel. them.* 47. *c.* 4. *n.* 2. De militibus, vid. Lauterb. *compend. p.* 711. Cruſ. *d. c.* 39. De ceteris: & hos & alios. Ad Lauterbachium *comp. ff. h. t.* adhuc nota ſis: Regulam: *Eum qui delictum confeſſus, aut de eodem convictus eſt, torqueri non debere.* Limitari a Lauterbachio: *niſi de circumſtantiis aut correis res adhuc dubia ſit.* Inaccurate profecto quoad *confeßum.* vid. *l.* 16. §. 1. *ff. h. t. l.* 11. *C. de teſtib. l. ult. C. de accuſat. c.* 1. *x. de confeſſ. can. ult. cauſ.* 15. *qu.* 3. Greve *ff. diſp.* 27: 12. Opp. *l.* 29. *ff. de pœn. junct. l.* 17. *ff. SC. Silanian.* Reſp. 1. Exceptio eſt in ſervis: adeoque dictæ leges ad ſervos, de quibus poſterior textus etiam loquitur, reſtringendæ ſunt: quin & d. l. 29. ad convictos, vel 2. dicendum eſt, Jure poſteriori Codicis & Canonico hac in parte Juri Pandectarum derogatum eſſe. vid. Tabor *de torturis cap.* 5. *n.* 49. & 50. ut Lauterbachii ſententia ad Mores reſtringenda

genda ſit. v. Gothofred. & Groenwegen. *ad d. l. ult.* Porro quod addit Lauterbachius: *Torturam obtinere in crimine atroci, cujus pœna eſt corporis afflictiva.* Hoc limito: *niſi fuſtigationem duntaxat mereri poſſit. per. l. 8. ff. de quæſtion. junct. l. 6. ff. de accuſat. arg. l. 3. verſ. quia plerique. ff. de off. præf. vig.* Opp. Atqui torturæ locus eſt in criminibus deportatione puniendis *l. 5. l. 6. §. 1. ff. de quæstion.* Reſp. Deportatio eſt gravior fuſtigatione: illa capitalis eſt, hæc non *l. 28. princ. & §. 1. ff. de pœn. arg. l. 6. & 7. d. t.* adeoque ab illa ad hanc nulla eſt conſequentia. Et hanc opinionem ceu æquiorem & legibus conformiorem, uſu inſuper comprobatam receptamque eſſe, teſtatur Farinac. *quæſt. 42. n. 6. 9. & 25.* eandemque ſequitur Damhouder. *prax. crim. cap. 35. n. 4.* Schilter. *prax. iur. Rom. in for. Germ. exercit. 40. theſ. 167. ſeq.* Unde ſequitur, ſi furtum factum ſit, quod ad ſummum non niſi fuſtigationem promereatur, de quo Lauterbach. *compend. pag. 656.* propter tale inquam furtum, neminem torturæ ſubjiciendum eſſe: abſurdiſſimum enim & iniquiſſimum eſſet, probationes criminis quærere & decernere quæ ipſa pœna crimini debita ſint acerbiores. Farinac. *d. quæſt. 42. num 6.* Schilter. *de exerc. 49. theſ.* 167. Itaque reſpondi 9. Auguſti 1698. Quæ ratio multo magis obtinebit, in caſu quo non niſi relegatio, etſi perpetua, dictanda venit.

nit. v. Manz. *Conſtit. Crim. Carol. artic.* 12. *n.* 28. *ſeq.* Corollariorum quaſi loco (1.) de more tondendorum capillorum, quaſi veritas tum facilius extorqueri poſſit: vid. Paullini 2. *Philoſoph. Luſt.* 22. (2.) De fluxu ſanguinis ex cadavere: N. Bücherſaal. *tom.* 1. *pag.* 869. Paullini *Anm. Lang. W. c.* 15. (3.) vid. Admonit. *IV.* 79. *n.* 3. *VI.* 175 *& fin. VI.* 221. *in fin.* (4.) De Tertitionis & Torturæ gradibus: vid. Grube *comp. iur.* 6 2. *art.* 5. §. 11.

TIT. XIX.

De Pœnis.

§. 123. Reſtant ut horum Judiciorum Conſequentia ſubjiciamus. *v.* §. 82. *ſupr.* Huc ſpectat (1.) Pœna; quam H. Grotius 2. *de iur. bell. & pac.* 20. §. 1. dicit eſſe *malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis.* Quæ tamen definitio nimis laxa eſt, utpote & vindictæ competens & defenſioni neceſſariæ. Ut ſuperiori Grotianæ definitioni poſt: *quod:* inſerendum ſit: *ad, conſervationem ſocietatis humanæ a ſuperiore aut ejus vice,* vid. Thomaſ. 3. *inſt. jur. divin.* 7. *n.* 28. *ſeqq.* Hochſtetter. *de jur. pœn.* §. 2. & quæ dixi *ad inſt.* 4. *aph.* 35. Ex quibus ſimul apparet, pœnas Conventionales & Teſtamentarias huc non pertinere. Dicit Grotius: *paſſionis.* Intellige, etſi ex facto prævio aut concomitante fluat: veluti ex aggere

foſſave

foſſave. Dicit: *actionis.* Puta lato ſenſu, & (ut eſt apud A. Gell. 14: 1.) παχυμερέστερον, & ut *omiſſionem* comprehendat.

§. 124. Nec moramur altercationes Doctorum, ad quam Juſtitiæ ſpeciem Pœnæ referri debeant? Et quidem alii ad aliam Juſtitiæ ſpeciem eas trahunt: videſis 2. *Sicil. n.* 13. Noviſſime van der Meulen *commentar. ad Grot.* 2. *j. bell. & pac.* 20. §. 2. ad Commutativam refert. Nobis qui nullas Juſtitiæ ſpecies, ſed plura diverſaque ejus objecta, agnoſcimus, ea controverſia licet carere. Conf. *Admonitor. part.* 1. §. 6. & Thomaſ. 3. *jur. divin. c.* 7. *n.* 4. Adhuc controvertitur, an pœnæ concordent cum Jure Naturali? Quod Amor ille de quo *ſupra Part.* 1. §. 9. utpote qui proximum & ſe ipſum vult conſervari, ſecundum Legem Regiam *Jacob.* 2. *verſ.* 8. & Naturæ humanæ poſt Adami Evæque lapſum corruptæ indoles, omnino volunt affirmandum eſſe. Cum eadem corruptio in multis hominibus alio remedio nequeat emendari: at ſocietatis humanæ neceſſaria conſervatio remedia efflagitet. Unde & pœna *medicinalis* cognominatur, quia ut Medicus medicamenta adhibendo ſanitatem & conſervationem ægrotantis intendit: ita majeſtas pœnas adhibendo ſanitatem, & conſervationem morbo quaſi affectæ reip. Ex quo ſimul patet, non poſſe jus pœnarum ex *ſtatu integritatis* arceſſi: non magis inquam, ac ſi medici officia ad eundem ſtatum velles relegare.

Sed & ex eodem ſequitur, jus pœnarum per Legem aliquam Euangelicam non eſſe mutatum. vid. Got. 2. 7. *bell. & pac.* 20. & Thomaſ. 3. *jur. divin.* 7. Aliter Hobbes *Leviathan. c.* 28. jure redargutus a Cl. Weſtenbergio *de cauſ. Obligat. cap.* 4. §. 8. *& ſeq.*

§. 125. Ei quod ſupra dixi, pœnas a *Superiore* infligi, non obſtat, quod privatus privato nonnunquam eaſdem videatur irrogare: veluti exempla *ex l.* 20. *& ſeqq ff. de adulter, l.* 35. *de religioſ. Nov.* 117. *cap.* 5. propoſui *tr. de jure filior. membro.* 7. §. 7. 8. *&* 9. & aliunde ex retorſionis aliiſque exemplis conſtat: conf. Tacit. *de morib. Germanor. cap.* 19. Cum hæc a privatis non jure privatorum, ſed vicaria Majeſtatis non tantum conniventis ſed & indulgentis & concedentis poteſtate exerceantur. Hinc §. 123. *ſupra* addidi: *aut eius vice.*

§. 126. Ex ſupra dictis patet & quis ſit Pœnarum princeps Finis, conſervatio ſcil. ſocietatis humanæ, quæ obtinetur dum & ille qui deliquit a novis facinoribus arcetur & alii hujus exemplo a ſimilibus deterrentur, adeoque reſp. a læſione porro metuenda liberatur. §. 8. *in f. I. de obl. ex del.* Unde eſt, & bruta aliquando e medio tolli, ſi nocuerint. *Geneſ.* 9. *Exod.* 12. *Levit.* 20. Franz. *hiſtor. animal. ſacr. lib.* 1. *c.* 2. §. *Quæri autem ſolet.* Krebs. *faſcic. quaſt. miſc.* 15. Quo cum primario fine nil tamen impedit quominus & alii ſecundarii poſſint concurrere, veluti,

ſolatium conjunctorum *l.* 28. §. *p. ff. h. t.* add. Admonit. *II.* 20. *& VII.* 91. Unverfährt. *pædia iuris: cap.* 13. *n.* 10. *ſeqq.*

§. 127. Ex eodem porro conſequitur, *læſionem* ſocietati humanæ illatam & ulterius metuendam, qua poſſibile eſt, hic æſtimari *l.* 41. *inf. h. t.* Unde iterum ſequitur, pœnam nunc graviorem nunc leviorem dictandam eſſe; prout læſio illa remp. gravius leviuſque affligit. Unde porro ſequitur, Cogitationis pœnam nullam eſſe *l.* 18. *h. t.* cum nulla ſit læſio. (Unde fluxit Germanorum parœmia: *Gedancken ſindt Zollfrei.* Klein. *ad Schopffer. tit. de Juſt. & Jur. n.* 4. Hert. *oper. volum.* 1. *tom.* 3. *pag.* 583.) At Conatus delicti, aliquam: Conſummationis, graviorem. Sequitur porro: pœnarum quantitatem & qualitatem diverſam eſſe poſſe, immo debere, pro diverſa rerumpublicarum indole, quæ quia mutabilis eſt, ideo & ejus læſio, adeoque & hujus æſtimatio, ergo & pœna. Sed & hoc inde fluit: Pœnas modo ſecundum proportionem arithmeticam, modo ſecundum geometricam proportionem, prout aut hæc aut illa læſioni arcendæ commodior eſt, infligendas eſſe.

§. 128. Sed & Pœnas aliquando mitigandas eſſe: immo remittendas. Vid. *l.* 1. 10. 16. §. 3. *l.* 25. *l.* 28. §. *f. l.* 31. *ff. h. t. l.* 23. *C. h. l.* 5. §. *f. ff. re mil. l.* 12. *C. de falſ. add.* §. 112. *ſupr.* Pertinet

net huc (utpote læſione jam reparata) & diuturnitas temporis *d. l.* 12 Sed an & circa pœnas Juris Divini idem ſentiendum ſit? ut Majeſtas ſc. humana eas remittere poſſit aut mitigare aut extendere? Controvertunt. vid. Lomejer. 2. *gen. dier.* 7 Exempli loco ſit pœna adulterii. Hæc Jure Divino capitalis eſt: non Jure Juſtinianeo in feminis: immo nec in maribus moribus hodiernis plerarumque civitatum. D. Thomaſius *d. c.* 7. *in fin. in not. lit. h.* hic vacillat. Nos interim accedimus opinioni eorum qui affirmant. *arg. d. l.* 41. *ſ. pœn. v.* §. *præc.* 127.

§. 129. Illud tamen præfata Societatis cuſtodiæque ejus indoles, exigit, ut *interpretatione legum pœnæ mollienda ſint potius quam aſperanda l. pen. h. t.* Conf. Pape ad 2. *conſil. JCtor. Batav.* 5.

§. 130. Pœnarum ſpecies diverſæ ſunt. Alia eſt Criminalis alia Civilis. *v. l.* 9. §. 5. *de publican.* & quæ dixi *ad l.* 4. *aph* 3. Alia Capitalis: alia non capitalis. §. 122. *ſupr.* Illa adimit vitam aut Naturalem, aut Civilem, quæ in libertate & civitate conſiſtit. *vid.* §. 81. *ſupra.* Alia eſt Corporalis; alia non corporalis. Ex. gr. fuſtigatio, corporalis eſt, at non capitalis. Infamia nec corporalis eſt nec capitalis. §. 81. *ſupr.* Conſimiliter Relegatio: nam nec capitalis eſt, cum relegati omnia jura civium retineant, & ſola eſt patriis pœna carere focis § 2. *I. quib. mod. j. p. p. ſolv.* quod & Ovidius in Triſtibus teſtatur:

nec corporalis. vid. *Irner. ini. vap. c.* 31. *ſect.* 5. At deportatio & capitalis eſt, adimit enim civitatem: & corporalis eo reſpectu, quod reus compedibus vinctus navigioque impoſitus portetur ad alia loca: Quæ vinctio, impoſitio, & portatio, ademtorum civitatis jurium erant indicia. Alia autem quæſtio eſt, an Relegatio non poſſit ſibi pœnam corporalem habere comitem? quod affirm. *auth. Sed hodie. C. de offic. diverſ. iudic.* Academiæ Groninganæ ab Ill. Provinciæ Ordinibus relegatio conceſſa eſt, corporales pœnæ negatæ; *l.* 24. & 64. Harum ipſiſſima verba heic adſcribam, & ſunt hæc: Lex XXIV. *In delictis, ſi pœnis ſit opus, ea ſunto, multa pecuniaria, carcer, nominis ex albo Academico diſpunctio, relegatio aut momentanea aut perpetua. Majores in criminibus gravioribus qua pœnam corporalem aut capitis merentur, Magiſtratui Civili manento.* Lex 64. Studioſis lata: *Nec in publico per tenebras vagantor, non pauci, non multi: demum poſt diſpoſitas vigilias nocturnas cum lucerna repetunto: vigilibus militibuſque ſe non objiciunto, non opponunto, aut eos ulla modo irritanto: Si ſecus fecerint, & contumaces ſe praſtiterint, a miniſtris vigilibuſque publicis, qui delinquentes ſolent apprehendere, non minus interdiu quam noctu apprehenduntor, & ab iis ſtatim Rectori Magnifico ſiſtuntor, qui eos in cuſtodia habeat, carcerive Academico includat. Apprehendentibus autem*

appre-

apprehenſos vexare, mulctare, verberare, ius non eſto: ſed cognitionem de delicto & pœnæ irrogationem Rector Magnificus cum Aſſeſſoribus ſuis; aut toto Senatu Academico, ſi modo delictum capitale non ſit, habeto. Ubi quæritur, an Relegatione conceſſa, etiam relegatio cum infamia conceſſa eſſe, intelligi debeat? Aſſ. Non tantum quod beneficia Principum latiſſime ſint accipienda; *l.3.ff. de conſt.princip. c.6 in fin x. de don.* Lather *de cenſu 3.c.17.n.* 74. ſed & quia relegatio ex cauſa famoſa facta, infamiæ notam ipſo jure ſecum vehit *v.l. 7.ff.publ.iud.* §. 2. *l. de pœn. tem. litig. l. 22. de his qui not. infam. l.* 63. *de furt.* tum & quia dicta *l. 64. in fine* excipit unice *ſi modo delictum capitale non ſit. v. d. l. 4. §. ult. de pen. leg.* Idem manifeſte vult Protocollum Academicum quod vides *infra* §. 137. Non tamen omnis relegatio infamiam ſecum trahit perpetuo: nec Academica, niſi infamiæ pœna expreſſe adjungatur. *v. Protocoll. Acad. Groning.* 19. *Sept.* 1619. Plane ſunt inter Juris Romani pœnas bene multæ quæ hodie uſu deſtituuntur, qualis eſt jam viſa deportatio: pertinet eo & inuſtio litteræ Kappa calumniatoris fronti *v. l.* 17. *C. de pœnis, & epigramma ſubiectum tractatui meo de Jure Filiorum in fine.* Lomejer 2. *genial. dier.* 8. Et tunica moleſta, de qua Ryck. *ad Tac.* 15. *cap.* 44. *n.* 7 Sed & Germanorum pœnæ nonnullæ olim uſitatæ, nunc

exoleverunt, qualis eſt Canum portatio: de qua ſingulari diſſertatione egit Jac. Andr. Cruſius *in opuſc.* Add. Camerar. 1. *medit. hiſt.* 87. & *Admonit. I.* §. 101. Etiam olim uſitata ad *catenas* damnatio: non tantum enim officii cauſa, catenis ſervi ad canum inſtar in vinculis apud Romanos erant, ſed & pœnæ. v. Pithœus 2. *adverſar. ſubceſiv.* 9. Popma *de operis ſervorum p. m.* 80. Kipping. 4. *antiquitat.* 1: 1. add. Delrio *adagial. ſacr. ad* 2. *Samuel.* 3. *verſ.* 1. De aliis poenarum generibus: Zoucheus 4. *elem. juriſpr.* 9. Piccard. 4. *decad. O.* Krebs *de lign. & lapid.* 1. 11. 5. Vetter. *ad Tacit. de M. G. cap.* 12.

§. 131. Sed his miſſis, quæro, an quis ex indubitatis indiciis (a quibus ſuſpiciones differunt *l.* 5. *h. t.*) capitis damnari poſſit? Nos affirmamus per *l. ult. C. de prob. l. ult. C. quor. app. non recip. vid.* Ant. Matthæ. *de crim.* 48. *tit.* 15. *c.* 6. Sarmient. 1. *ſel. interp.* 1. Ant. Fab. *Cod* 9. 21. *def.* 15. Sande 5. 9. 14. Moller. 3. *ſemeſtr.* 41. Salicet. *ad l. ult. C. de probat.* Bronchorſt. 2. *miſc. contr.* 61. Battandier. *rer. crim. prax. reg.* 28. & 62. Gundiſſal. *de hæretic. qu.* 13. *n.* 2. Theodoric. *criminal.* 2. 9. *num.* 20. Pollet. 2 *for. Rom.* 17. Huber. *Hedendaegſe Rechtsgeleert. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 22. *n.* 10. & *Prælect. ff. de probationi b. n.* 3. & *ſeq.* & *Poſition. ad tit. ff. de pœn. n.* 12. Voet *comm. ff. tit. de quæſtion. n.* 6. pluresque apud Hippolyt. de Marſiliis. *ad l. Repeti. ff. de quæſt.*

queſt. n. 20. ſeq. & Nic. Boer. *deciſion.* 164. *n.* 3. *ſeqq.* Secundum quæ de jure conſultus a. d. 10. Octobr. 1712. meum impertii reſponſum, quod & ſententia inſecuta eſt.

TIT. XX.

De bonis damnatorum.

§. 132. Notabilis heic de Jure Romano Pœnæ ſpecies eſt Publicatio bonorum, etſi & ipſa hodie non adeo uſitata. Enimvero bona ad mortem vel naturalem vel civilem damnatorum olim fiſco inferebantur: *Admonit. VI.* 80. quod jure Juſtiniani noviſſimo ſublatum eſt, ſi damnatus relinquat deſcendentes aut aſcendentes cujuſcunque gradus, aut tertii gradus collaterales. *Auth. Bona damnatorum C. de bon. proſcript.* immo etiam his exiſtentibus, ſi damnatus quis ſit ob crimen Majeſtatis, aut Adulterii, ſimiliſve criminoſi coitus ex quo liberi nati ſuperſtites ſint. *Nov.* 134. *c.* 13. Dixi *ad Inſt. aphor. IV.* 143. & fuſius *Irn. inſ. vap. c.* 3. Ubi quod ad crimen Majeſtatis, addo: in Feudis iſtud ſingulare eſſe, quod bona damnati non ad Imperatorem, in quem majeſtatis crimen commiſſum eſt, ſed ad Principem feudi dominum directum devolvantur. vid. Feltman. *tr. de feud. c.* 16. §. 6. *n.* 6. & Stryck. *exam. feud. c.* 22. *q.* 33. *ſeq.* Etſi tamen Principes hoc jure ſuo non ſemper utantur.

Feltm.*feud. c.* 17. §. 1 *n.* 1. Add. *Auth. Navigia. C. de furt.* Peguera *quæſt. crim.* 49 Et hoc nota ſis: Bonis damnati non accenſeri dotem aliave uxoris bona *l.* 9. *pr.* & §. 1. *C. de bon. proſcriptor.* Nec ſervorum peculia *l.* 1. *C. d. t.* Immo nec filiorumfam. *l.* 3. *C. eod.* De his add. P. Pithœ. *Conſultat. Oper. pag.* 292. & *infr.* §. 150. De Panniculariis & ſpoliis *vid. l.* 6. *h.* qua cum non pugnat *Matth. c.* 27. cum *d.* l. 6. de jure per D. Hadrianum noviter inducto loquatur. v. Bynæ. *Chriſt. crucifix. c.* 17. §. 39. Menag. *amœnitat. jur. Civil. c.* 39. *in Pannicularia.*

TIT. XXI.

De bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciverunt vel accuſatorem corruperunt.

§. 133. Sed & idem Confiſcationis conſequens locum habet etiam quod ad bona eorum, qui conſcientia criminis pœnæque metu (ſecus eſt ſi vitæ tædio aut dolorum impatientia *l.* 3. §. 6 *l.* 1. *C. h. l.* 9. §. 3. *pecul.* etſi honeſta careant ſepultura, Lauterb. *comp. ff. pag.* 163. Hoyer. *dej. ſepultur.* §. 32. ſecus etiam eſt in ſervo ratione computationis peculii. *vid. l.* 9. §. 7. *de pecul.* vid. Feltman. *de cadavere inſpiciend. cap.* 19.) ante ſententiam ſibi mortem conſciverunt. *rubr. ff. h. t.* Quod intellige hodie ſi crimen ſit tale quod publicationem mereatur. *v.*

Nov. 134. *c.* 13. & quæ dixi *Irner. c.* 3. Immo & idem conſequens ad eos extende, qui accuſatores corruperunt *rubr. h. t.* niſi ſe tali corruptione a mortis pœna liberarunt: *ignoſcendum enim eſt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemtum voluit. l.* 1. *h. l.* 18. *C. tranſ.* Admon. *l.* 161. *n.* 1. Vid. etiam *l.* 6. §. 7. *de ini. rum. irrit.* add. Remus *ad conſtit. crim. Kar. art.* 135.

TIT. XXII.

De interdictis, & relegatis, & deportatis.

§. 134. Immo idem conſequens Publicationis bonorum pertinet & ad Deportatos: quin pertinebat olim & ad Relegatos. Sed veluti quod ad deportatos, Juſtinianus *Nov.* 134. *c.* 13. ita quod ad hos Trajanus *l.* 1. *ff. h. t.* mutationem induxit. Relegati ergo nunc omnia bona ſua, niſi ſententia aliud exprimat, retinent: veluti & Interdicti, quibus ſcil. certa provincia, loco, honore, officio, interdictum eſt. *l.* 7. §. 16 *ſeqq. h. t.* aut ſi alicui interdictum ſit ne extra certum locum procedat. *l.* 9. *h.* qui *Confinatus* hodie appellatur. Deportatis perhibent ſucceſſiſſe hodie bannitos. vid. Lauterbach. *comp. ff. pag.* 489. *lin.* 7. vid tamen Salicet. *ad l.* 1. *C. de hered. inſtit. n.* 12. *ſeqq.* Natta *Statut. quæſt.* 2. *num.* 47. De relegatione, add. *ſupra VII.* 130 Wæchtler. 3. *probabil.* 3.

TIT. XXIII.

De ſententiam paſſis & reſtitutis.

§. 135. Secundum (*v.* §. 123. *ſupr.*) Judiciorum criminalium conſequens eſt, quod ſententiam paſſi aliquando a Principe reſtituantur. A Principe, dixi: judicibus enim præſidibuſque gratiam pœnæ faciendi jus non eſt *l.* 1. § *ult. de quæſt.* Sed Princeps reſtitutionem talem ex ſua clementia vel plene facit, dum omnia per ſententiam amiſſa facit reſtitui. *l.* 1. *C. h. t.* § 1. *inf. I. q. m.* j. *patr. pot ſolv.* (quod in reſtitutione generali ſive indiſtincte conceſſa cenſetur factum *arg. l.* 3. *ff. conſt. princ. c. cum dilecti x. de donat.*) vel minus plena cum tantum pœnæ remiſſionem facit (quæ tum etiam generalis *indulgentia* audit, differtque a *reſtitutione*) aut ad certos effectus eſt reſtricta. *l.* 2. *ff. l.* 2. 7. 9. *C. h.* Dixi *per ſententiam.* Ergo fructus ex bonis publicatis interim perceptos fiſcus non reſtituit: utpote quos ſententia non abſtulit *l. f.* § *f C. h.* non valente argumento a diverſis petito ex *l.* 173. §. 1. *R. I. l.* 35. *V. S. arg. l. f. calumn.* add. Piſetzky a Kranichfeld. *de ſtat. ſecular. add.* 10. De *l.* in *metallum.* 4. *ff. h. t.* vid. Stryck. 1, *diſp. Hallenſ.* 11. *cap.* 4. *caſ.* 4.

TIT. XXIV.

De Cadaveribus punitorum.

§. 136. Tertium conſequens eſt, Cadavera punitorum cognatis aliiſque petentibus ad ſepulturam ſolere concedi, ab ipſis etiam judicibus *l.* 1. *h. l.* 11. *C. de religioſ.* Exemplum omnium maxime notabile habes apud Matthæum *Euangel. cap.* 27. *verſ.* 57. *ſeqq.* add. Perizon. *diſſ. de morte Judæ c.* 3. Limita (1.) niſi delicti atrocitas aliud depoſtulet ad alios deterrendos. *l.* 28. §. *pen. ff. de pœn. arg.* §. 2. *I. de publ. jud. v.* Kipping. *de Cruce exercit.* 32. Hoyer. *de jure ſepultur. th.* 33. ubi & de quæſtione, an cadavera punitorum Medicis ad anatomiam concedenda ſint. Add. §. 128. & Petron. *Sat. c.* 71. Ungepauer. *exercit.* 13. *quæſt.* 4. (2) ut deportatorum mortuorum cadavera transferri nequeant niſi Principis juſſu. *l.* 2. *h.*

LIBER XLIX.

§. 137. Viſum hactenus eſt (*jung. Part.* 2. §. 27. *ſupra*) de inſtantia prima. Nunc tranſeundum eſt ad Appellationes, quæ in ſecunda inſtantia peraguntur. De hiſce ſubjicio brevem diſputationem, quam

ſub præſidio meo defendit Nobiliſſimus Auctor & Reſpondens Dn. Johannes Petrus von Achen. : Dinſlaco Cliveſis. Præmitto illuſtriſſimum Academiæ Groningan-Omlandicæ privilegium, de quo inter leges ab Ordinibus ſuæ latas Academiæ ita loquitur Lex Nona : *Ut nulla Academia membra ob æs alienum aliaſque cauſas civiles a Magiſtratuum Civilium Miniſtris in jus vocentur, ſed actores ſequi forum Academicum teneantur, nec ab eo provocare permittantur.* His ſubjicio Protocolli Academici particulam brevem: *Anno* 1619. 18. *Octobris præſente Rectore Magnifico, Dominis Curatoribus & Profeſſoribus, præter Dn. Gockinga & Dn. Emmium, cum legeretur Lex Nona, quæſitum fuit: an nunquam provocare liceat a ſententia Senatus Academici? Ac poſt varias diſceptationes tandem viſum fuit, nullum eſſe appellationi locum in civilibus, nec in criminalibus levioris momenti. Sin cauſæ civiles & criminales graviores fuerint, licebit appellare a ſententia Rectoris & Aſſeſſorum ad plenum Profeſſorum Collegium. Quoties vero cauſa aliquem tanget ex Profeſſoribus, vel quando agetur de fama Rei: tum concedatur appellatio a conſeſſu Profeſſorum ad conventum Curatorum & Profeſſorum: unde nullus erit ulteriori appellationi locus. Appellans ad Curatores & Profeſſores, deponet daleros duos: pecunia illlius jacturam paſſurus, ſi fatue appellaverit.*

verit. Hæc Juriſdictionis ratio ſemper deinceps obtinuit ac programmatis DD. Ordinum confirmata fuit. Nunc ſequatur præfata Diſputatio.

TITULUS I.

De Appellationibus & Relationibus.

Appellationum doctrina exponitur in Pandectis in Genere & in Specie. *In genere* in modis, quibus res ab inferiore judicio ad judicium majus transfertur. Quorum duo veluti præcipui hoc titulo aſſignantur modi: Quorum alter a Partibus interponitur poſt ſententiam, & audit *Appellatio*, hoc eſt, Provocatio a ſententia Judicis minoris ad majorem: Alter fit a Judice aliquando ante ſententiam, cum judex ambigit, quid ſtatuere debeat ea de re, de qua apud ſe agitur; qui modus *Relatio*. *rubr. h. t.* aliquando etiam *Conſultatio*, appellatur *l.* 1. § 1. *&* 2. *d. t.* Appellare alibi aliter accipitur *l.* 15. §. 15. *de iniur. l.* 16. *ſ. de fideiuſſ. l.* 29. *de judic. l.* 1. §. 3. *ex qu. cauſ. maj.* Zinzerling *de appellationib. th.* 6. Laurenberg. *antiquar. in Pellare.* Hymmen *de appellatione illicita cap.* 1. §. 14. Quid hoc loco Appellatio ſit, jam dixi. Pleniorem definitionem dat Zinzerling *d. loc.* ubi & aliorum definitiones. Sed adhærebo Schragio, ex quo & definitionem & alia depromam. Ita autem ille *ff. h. t.* Definitur appel-

appellatio, *imploratio legitima judicis ſuperioris adverſus iniqua inferioris gravamina.* Genus proximum conſtituitur *Imploratio:* Vocabulum enim Implorationis latiſſime patet, omnemque eum actum ſignificat, quo quis officium Judicis, ſive per viam citationis, ſive per viam mandati, ſive per viam actionis ordinariæ, ſive per viam perſecutionis extraordinariæ, ſive per viam ſimplicis querelæ, ſive appellationis invocat. Differentia ſpecifica deſumitur partim a ſubjecto, a quo ſeu contra quod fit imploratio: partim ab objecto, de quo vel ſuper quo fit imploratio: partim a forma. Subjectum a quo eſt *iudex inferior: Judex,* dicitur, & quidem *qua talis:* in quo differt a conventione judicis (ſeu actione contra eum inſtituta) tanquam partis gravantis. Additur *Inferior,* in quo differt appellatio a Reſtitutione in integrum. Objectum de quo, eſt gravamen iniquum. *Gravamen* dicitur: Sine enim gravamine a judice inferiore facto, non procedit appellatio. v. tamen D. Præſ. 3. *Sic.* 125. Additur, *Iniqua;* u diſcernatur appellatio a querela nullitatis, quæ de nullitate Proceſſus interponitur: de qua *ff. Quæ ſententiæ ſine appell. reſcind.* D. Præſ. 1. *Sic.* 107. Add. J. de Arnono *cautel.* 2. Cæpolla *cautel.* 198. Stryck. 1. *diſput. Hallenſ.* 9. *cap.* 6. *th.* 17. *ſeq.*

TIT.

TIT. II.

A quibus appellare non licet.

Nunc *In ſpecie* agitur de Appellationum & conſentaneis & diſſentaneis. Quoad illa (1.) cura eſt *Perſonarum:* id eſt Judicum, tum eorum, a quibus: tum eorum ad quos, appellatio inſtituitur. *A quibus* ſc. appellare liceat, vel non. Non enim licet appellare a Principe; *l.* 1. *pr. h.* vel Senatu Romano. *d. l.* 1. §. *de offic. praf. prator.* Procuratoribus ſacri Palatii *l.* 34. 37. *C. appell.* Vel a Patriarcha *l.* 27. *C. de Epiſcop. audient.* Vel a judicibus a Summo Principe datis cum clauſula remotæ appellationis. v. Laut. *comp. ff. p.* 721. *&* 723. Zinzerling. *d. tr. th.* 46. *ſeqq.* Clezel. *de appell. cap.* 4. Hymmen *de appellatione illicita cap.* 2. Stryck. 1. *diſput. Hallenſ.* 6. D. Præſes *Admonit. ff. VII.* 137.

TIT. III.

Qui a quo appelletur.

AD *quos:* nimirum ut a judice dato appelletur ad eum, qui dedit. *l.* 1. *pr. l.* 5. *ff. quis a quo app.* Sane ab eo, cui mandata eſt Juriſdictio, non appellatur ad eum, qui mandavit, ſed ad majorem judicem. *d. l.* 1. §. 1. excepto

Le-

Legato, a quo ad Proconſulem appellari poteſt *l* 2. *h. t.* Greve *ff. diſput.* 27. *th.* 16. Nec ſtatim ad Principem *l.* 6. §. 2. *de officio Proconſul.* conf. *l.* 13. *eod.* Sunt igitur perſonæ ad quas appellatur, immediate ſuperiores *l.* 1. §. 3. *h. t. l.* 4. *de juriſd. omn. judic. cap.* 66. X. *appell.* Appellatio enim ad parem facta, non tenet. Si vero appellatio per ſaltum fuerit facta, remittitur ad immediatum. *l.* 1. §. 3. *h tit.* Subſiſtit tamen appellatio per ſaltum facta, ſi appellatus non exceperit. *arg. l.* 51. *C. de. Epiſc.* Obiter ex rubrica hujus tituli vides, eum, contra quem provocatur, male vocari appellatum: etſi ſecus ſit de Jure Canonico. v. Zinzerling. *dict. tr. th.* 8. *lit b.* De Provocatione ad vallem Joſaphat, *Joel cap.* 3. vid. Feltman. 1. *de jur. per horreſcentiæ c.* 20. *n.* 34. Ebeling. *de prov. ad judic. Dei c.* 12. Bucherſaal. *tom.* 1. *part.* 11. *n.* 8. *in fin.* Granz. *defenſ. inquiſit.* 5. 2. 3. *artic.* 16. Camerar. *oper. ſubceſ.* 3. *c.* 38. Winther. *Parthen.* 1. *c.* 1. *n.* 38. Lyncker. *gravam. extrajudic. c.* 9 *part* 2. § 69. Plathner. *centur.* 2. *qu.* 21. Hering. *de provocat. ad vall. Joſ.*

TIT. IV.

Quando appellandum ſit & intra quæ tempora.

(2.) Circumſtantiæ *Temporis* appellandi, ut ſcil. hodie *per Nov.* 23. *c.* 1. intra decem dies a tempore ſententiæ continuos *l.* 1. §. *h. tit.* (dummodo ſit facultas adeundi judi-

cem *l.* 1. §. 7. *d. t.*) gravatus appellet, poſtea enim ſententia tranſit in rem judicatam, nec amplius poteſt appellationibus impugnari. Poteſt tamen partium conſenſu prorogari fatale hoc interponendæ. Add. Brederod. *cautel.* 15. Cæpoll. *cautel.* 78.

TIT. V.

De Appellationibus recipiendis vel non.

(3.) J*udicis:* cui obſervandum eſt factum & commiſſionis & omiſſionis. *Commiſſionis* duplex eſt, alterum antecedens, alterum conſequens. *Antecedens:* ut videat, an appellatio recipienda ſit nec ne, ſeu an *admittenda* ſit nec ne? *l.* 4. *ff. de appell. recip. Nov.* 126. *cap.* 3. Non enim recipitur appellatio v. g. ejus, qui pacto huic beneficio renuntiavit in civilibus (de cauſis autem criminalibus v. *l.* 6. *l.* 16. *l.* 18. *h. t. arg. l.* 13. *ff. de L. Aquil.* Greve *ff. diſp.* 27. *th.* 15.) aut in contumaciam condemnatus eſt: nec ejus, qui delictum confeſſus vel de eo convictus appellat. Similiter in cauſa debiti fiſcalis appellatio non recipitur. Gudelin. 4. *jur. noviſſ.* 14. De crimine majeſtatis, vid. Gigas *de crim. læſæ maj. cap. de variis qu.* 13. De tutore appellante, vid. Dn. Præſes *in Admonitoriis part.* 4. §. 158. *& ad I. lib.* 1. *aph.* 98. *& ad Lauterb.* 2. *Manipul. Sicil. n.* 200. Montan. *de tutel. cap.* 35. *reg.* 2. Zinzerling. *d. tr. th.* 7. *lit. e.* De poſſeſſorio: Radelant. *deciſ.* 10. Gudelin. *d. l.*

TIT

T I T. VI.

De libellis dimiſſoriis qui Apoſtoli dicuntur.

Conſequens eſt, ut appellanti libellos dimiſſorios, quos *Apoſtolos* appellamus, inſtanter petenti intra trigeſimum ab interpoſita appellatione diem (*v. tamen l.* 5. *C. de appell.*) Judex a quo concedat ad judicem ad quem: quibus teſtetur, appellantem intra tempus provocaſſe *l. un. h. tit.* vid. Clezel. *de appellationib. pac* 5. *n.* 32. *ſeqq.* Stryck. *diſput. Hall.* 16. *c.* 4. *n.* 47. *ſeqq.* Errare illos qui Apoſtolorum uſum hodie indiſtincte ceſſare, credunt, deprehendi nuper ex Actis Lingenſibus a Dn. Præſide mihi communicatis, ubi in cauſa Bernd & Aelcke Bouwers contra Engele Völckers apoſtolos dimiſſoriales vidi decretos. De ſimili in foris Germaniæ praxi, teſtatur Gerhard. *Gel. Fam. part.* 25. *pag* 112.

T I T. VIII.

Nihil novari appellatione interpoſita.

Factum *omiſſionis* judici obſervandum eſt factum non *attentati*: prohibetur enim judex ne poſt appellationem interpoſitam quicquam vel ipſe innovet, vel a parte innovari patiatur: *l.* 1. *h.* ſed omnia in ſtatu quo relinquere tenetur. Unde dicitur appellatio habere vim ſuſpenſivam, & judici inferiori manus eſſe ligatas Radelant. *dec.* 54.

T I T.

TIT. VIII.

Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur.

(4) Ratione *materiæ* obſervandum eſt, a quibus ſententiis provocare liceat vel neceſſarium ſit: ſunt enim aliquæ, quæ & ſine appellatione reſcinduntur ſeu infirmantur. *Reſcindendi* enim vocabulum hic in latiori ſignificatu accipitur quo infirmationem, quæ fit ipſo jure, importat. Exemplum eſt, ſi judex contra jus conſtitutionis pronuntiaverit, *l.* 1. §. 2. *ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* Quædam enim ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur, quia defectus eſt in modo procedendi ſeu formalibus proceſſus: quædam, quia defectus eſt in materialibus. Plane, Remedium Nullitatis ſimpliciter eſt perpetuum. Hodie non. D. Præſ. 1. *Sicil.* 107. Confer. Montan. *de tutel c.* 3. *n.* 86. Clezel. *d. tr. cap.* 7. *n.* 87. *ſeq.* Hymmen. *d. diſput. cap.* 4.

TIT. IX.

An per alium cauſæ appellationis reddi poſſint.

(5.) Quantum ad cauſas appellationis *juſtificandæ*, declaratur imprimis quæſtio: *An per alium etiam cauſæ appellationis reddi poſ-*

ſint? Id quod affirmatur in Civilibus, negatur in Criminalibus *l.* 1. *h.* Intelliguntur autem per *cauſas*, gravamina: per τὸ *reddere*, juſtificare, ut practici hodierni loquuntur. Per procuratorem autem cauſæ criminales capitales non redduntur. *l.* 1. §. 1. *h.* abſentiæ tantum excuſatio proponitur. *l.* 33. §. 2. *proc. junct. l.* 7. §. 1. *publ. jud.* Add. D. Præſes *Admonitor. ff. Part.* 1. §. 189. Clezel. *d. tr. c.* 2. *n.* 14. *ſeqq.* Zinzerling. *d. tr. th.* 23. *ſeqq.*

TIT. X.

Si tutor vel curator vel magiſtratus creatus appellaverit. TIT. XI. *Eum qui appellaverit, in Provincia defendi.* TIT. XII. *Apud eum, a quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.*

Sequitur de Effectibus ratione cauſarum tum Appellationis, tum aliarum. *Appellationis:* ubi in ſpecie de tutore, curatore, magiſtratu creatis traditur, quod ſi hi ratione injuncti muneris appellaverint, interim ipſorum periculo ſit, ſi quod damnum accidat & eos temere provocaſſe apparuerit. *h. t.* 10. Ratione *cauſarum a cauſis appellationum ſeparatarum:* quibus aut (1.) *appellans ipſe convenitur*, dum appellationis cauſa peregrinatur: defendere enim ſe in-

interim in aliis cauſis debet: cum beneficium, ut abſens defendere ſe non cogatur, illis tantum præſtetur qui reip. cauſa abſunt. *h. tit.* 11. Aut (2.) *alios convenire* cupit: quod facere tenetur coram eodem judice a quo provocavit: nec enim probabilis eſt hæc ſuſpicionis cauſa, quaſi apud offenſum judicem experiri grave ſit, cum hic denuo, ſi gravatum ſe putet, appellationis beneficium præſto habeat. *h. t.* 12. Judex ergo a quo, in alia cauſa ſuſpectus non eſt. Confer. *l.* 1. *& ſeq. C. de his qui per metum judicis.* Adde: Victorem in prima inſtantia, deinde in ſecunda victum, in expenſas regulariter non condemnari: vid. Zahn. *de mendac. libr.* 2. *c.* 98.

TIT. XIII.

Si pendente appellatione mors intervenerit.

Reſtant *Diſſentanea.* In his eſt & mors appellantis: ſi hic, inquam, ſine herede ſit mortuus: evaneſcit tum quippe appellatio. *l. un. pr. h.* Quid ſi adſit heres? Diſt. *Vid. l. un. pr. h.* Circa tutoris mortem ex *d. l. un.* §. 1. (ubi τὸ *ſed* priora corrigit) tenendum, appellatione interpoſita, heredem ad rationes appellationis reddendas teneri: de quo conferatur Dn. Præſes *Peric. Acad. libr.* 2. *c.* 4 §. 12. Ad diſſentanea, pertinet & Renuntiato: de qua conf. Grev. *ff.* 27. 15. Dwerhagen *de jur. humaniore Codicis ad l.* 28. *C. h. t.* Radelant. *deciſ.* 13. Hactenus dicta Diſputatio.

TIT. XIV.

De Jure Fiſci.

§. 138. Reſtant (*vid.* §. 1. *ſupra.*) Cauſæ Publicæ: ad quas pertinent 1. Jura Fiſci. 2. Res Militares. 3. Jus Municipale.

§. 139. Et jus quidem Fiſci ex variis etiam privilegiis ipſi impertitis quæ ſupra ſparſim (*vid. ex. gr. part.* 3. § 95. *in fin.* & *part.* 6. §. 194. & 213. *in fin.*) vidimus, elucet. vid. Zoucheus *elem. juriſpr.* 4: 7 & 7: 7. Hæc favor ejuſdem merebatur. *Novell.* 160 *c.* 1. etſi ubi de *privilegio* ejuſdem (eadem ratio eſt aliorum) dubitatur, *privilegii* natura depoſtulet, ut non præſumatur. *l.* 10. *ff. h. junct. arg. l.* 32. *f. C. appell.* Stryck. 1. *diſp. Hall.* 2. Etiam heic repete ſis dicta *ſupra Part.* 5. §. 80. & *ſeq.* Item *Part.* 7. §. 132, ubi adde, fiſcum acquirentem bana damnati, loco heredis haberi. Vid. Gigas. *tr. de crim. laſa maješt. Rubr. de pluribus & variis quaſt. qu.* 12. *n.* 7. & *Rubr. de Pœnis committent. qu.* 6. *n.* 3. Conf. quæ dixi 3. *aph.* 38 De nomine *Fiſci:* v. Barbeirac. *de la loi Rojale p.* 26. Rigos *ad l.* 15. *de V. S. n.* 5. Buſius 3. *ſubtil.* 1. Broeckh. *ad Tib.* 2 3: 15.

TIT. XV.

De Captivis, & Poſtliminio, & redemtis ab hoſtibus.

§. 140. Circa res militares, notanda eſt (1.) captivorum conditio, qua ſcil. & perſonæ & res captæ, capientium hoſtium domi-

nio

nio ſubjiciuntur. Intellige, ſi vere occupatæ ſint: nec enim viſio ſufficit, *l.* 20. §. 1. *h. t.* §. 17. *l. de R. D.* nec obſtat *l.* 1. §. 21. *de A vel A. P.* agit enim de traditione, in qua diverſum obtinet, ex ratione *l.* 55. *de obl. & act.* & §. 40. *I. de A. R. D.* Item intellige ſuperiora, niſi captivitas tempore induciarum peracta ſit: hæ enim etſi ſtatum belligerantium non aboleant, actus tamen bellicos ſuſpendunt, ſi indefinitæ fuerint. vid. Strauch. *diſſ. Academic.* 5. *cap.* 4. *n.* 2. Schurtzfleiſch. *Oper. hiſtor. polit. tr.* 73. Grot. *de j. bell. & p.* 3. *c.* 21. *n.* 6.

§. 141. Eadem Captivitatis indoles vult, chirographo occupato, non cenſeri ſimul ipſum occupatum eſſe debitum, cum illud non ſit niſi hujus probatio *l.* 4. *ff. pign. & hypot.* Nec obſtat *l.* 59. *de leg.* 3. *l.* 3. §. 1. & 2. *de lib. legat.* loquuntur enim de voluntate ejus qui legato chirographo liberationem debitori ſimul indulgere ſatagit: at in caſu chirographi per hoſtes occupati, nulla talis domini voluntas adeſt, ſed nec præſumi poteſt. v. Ayala. 1. *de jur. & off. bell.* 5. *n.* 41. & *ſeqq.*

§. 142. Eadem indoles vult, etiam in tertii territorio res perſonaſque hoſtium occupatas capientium fieri, etiamſi dominus territorii ingreſſum prohibuerit. *arg.* §. 12. *I. de R. D.* Grot. 3. *jur. bell. & pac* 3.

§. 143. Cum autem jus bello occupandi

 nemo

nemo habeat, niſi qui habet jus bellum gerendi, conſequitur, omnia occupata, etiam res mobiles, acquiri Majeſtati, cujus auctoritate bellum geritur: nihil militantibus ſingulis, niſi quatenus Majeſtas id ipſis indulſit. *vid. l. pen. ff. ad L. Jul. pecul. l.* 20. §. 1. *h.* §. 3 *l. de jur. perſ. l. p.* §. 1. *C. donat.* §. 17. *l. de R. D. Luc.* 3. *verſ.* 14.

§. 144. Cumque occupatum plene dici nequeat, quod nondum in tuto collocatum eſt *l.* 44. *inf. acq. rer. dom. l.* 8. §. *f. fam. erc.* nec captivitas hæc effectum ſuum gaudebit niſi capta, hoſtis capiens intra ſua præſidia receperit *l.* 5. §. 1. *h. t.* Unde ſequitur, ea quæ hoſtibus antequam tali modo occupatio peracta fuerit, iterum erepta ſunt, priſtinis dominis reſtituenda eſſe. add. Feltman. *reſponſ. mil.* 6. *& ad LL. milit. Belg. art.* 64. Niſi moribus aliud receptum ſit.

§. 145. Porro (2.) conſiderari meretur Jus Poſtliminii. *rubr. h. t.* quod eſt jus, quo perſonæ aut res ex hoſtium poteſtate reverſæ priorem ſtatum cum priſtinis omnibus juribus recipiunt, propterea quod poſtliminio revertentes fingantur nunquam in captivitate fuiſſe. §. 6. *l. quib. mod. j. patr. pot. ſolv. l.* 14. *l.* 19. *h. t.* Dico: *cum priſtinis omnibus juribus.* Ergo reſpectu geſtorum *in civitate.* In Captivitate enim quamdiu captivi exiſtunt, veri *ſervi* ſunt. Unde

ſe-

ſequitur, eos tum nulla *jura* habere poſſe: niſi quod matrimonii favore nonnihil ipſis indulgetur jure noviſſimo. vid. *Aphoriſm. libr.* 1. *aph.* 34. *in fin. Admon. part.* 5. §. 21. *Virg. Florentin. cap.* 3. §. 1. Jus autem teſtamentum condendi captivis Jure antiquo denegatur: nec ullo Jure Juſtinianeo noviſſimo conceſſum reperitur. Dixi *ad Carmina Legalia diſputat.* 2. *n.* 5. Adde ſis Steph. Forcatul. *Necyom. dialog.* 76. *& ſeqq.*

§. 146. Cumque poſtliminium naturali æquitate introductum ſit, eorum qui in captivitate & ſervitute per *injuriam* (puta, intuitu ſtatus naturalis & juris naturæ permiſſivi. vid. Velthem. *ad Grot. libr.* 1. *cap.* 1. §. 8. Muller. *de jur. gent. cap.* 4. §. 8.) ab extraneis detinebantur *l.* 19. *pr. de captiv.* favore: mirum non eſt, ſi vires ſuas exerit etiam tum, ubi quis etſi non ad limen patriæ ſuæ, ſed amici ſaltim præſidia pervenerit: etſi, inquam, amicus hic ſocietati innexus non ſit. *l.* 19. §. 3. *h.*

§. 147. Dixi: perſonas captivas hic poſtliminii jure gaudere, & res. Quod ad perſonas, exceptio eſt in transfuga, quia malo conſilio & proditoris animo patriam reliquit. *l.* 19. §. 4. *h.* etſi filiusfam. ſit: quia diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis quam charitas liberorum. *d. l.* 19. §. 7. *h. t.* Eſt & altera exceptio quod ad illos qui ſe hoſtibus dederunt. *l.*

17. *h.* niſi a ſuis recepti, itaque omnis offenſæ macula exterſa ſit. *l.* 4. *h. l. ult. de legation. add* Feltm. 1. *tit. hon.* 7. Grot. 2. *de jur. b. & p. cap.* 21. §. 4. *n.* 7. Muyden. *ff. h. n.* 7. *ſeqq* Quod ad res: ceſſat poſtliminii jus in rebus mobilibus regulariter. *l.* 28. *h. t.* arma ſane poſtliminio carent, cum turpiter amittantur *l.* 2. *f. h.* naves tamen onerariæ, & equi freni patientes, poſtliminii jure gaudent. *d. l.* 2. *h.* æque ac res immobiles *l.* 20. §. 1. *h. t. l.* 26. *quib. mod. uſuſfr. amitt.* Etſi autem quoad perſonas, poſtliminium hodie parvi uſus ſit, quoad res tamen in ſuo perſtat vigore. v. Feltman. *reſponſ. mil* 9. Diſſentit Alciatus *ad l.* 118. *ff. de V. S.* quem recte refutat Ayala *de jur. & off. bell. libr.* 1. *c.* 5. *n.* 2. Dixi: *parvi.* Quod ad captivos enim apud Turcas, obtinebit: cum hi veri ſervi evadant. *Admon. V.* 21. *in fin.* De Chriſtianis, ſecus eſt. *v.* Kulpis *ad Grot.* 3. *c.* 7.

§. 148. Deinde (3.) de redemtis ab hoſte, ſciendum eſt, multa ſingularia eorum intuitu eſſe inducta. Veluti quod eis qui redemerunt, pignoris jure tamdiu teneantur, & a redemtoribus detineri queant, uſque dum pretium ſolutum ſit *l.* 2. *l.* 12. *C. h. t. Admon. VI.* 258. etſi in ceteris jure gaudeant poſtliminii. *v. l.* 8. *l.* 15. *C. h. t.* Aliud ſingulare in eo eſt, quod, etiam res ſacræ alienari poſſint ad captivos redimendos *l.* 21. *C. de SS. Eccl. Nov.* 7. *c.* 8. Aliud: quod uxor dotem a marito repetat ad redi-

redimendos parentes *l.* 20 *C. de SS. Eccle.* Aliud: quod liberi non redimentis, exheredari poſſint. *Nov.* 115. *c.* 3. Aliud: ſupra *part.* 6. §. 25. *in fin.* de quo conf. Adr. Bejer. *jur. milit. prud. n.* 781. *& ſeq.* De *l.* 10. *& ſeq. h. t.* vid. Maſius 6. *ſing. opin.* 13. *& ſeqq.*

TIT. XVI.

De Re Militari.

§. 149. Adhuc (4.) *de Jure* (id enim per *rem* in hac rubrica intelligo. *Conf. l.* 1. *ff. de R. J.* & Wiſſenb. *ad d. l.* 1. *n.* 1) Militari, ſciendum eſt, id militibus ſpeciale adſignare forum, ſecundum *l.* 3. *h. l.* 7. *ff. iudic. l.* 6. *C. de jurisdict. l.* 1. *l.* 2. *C. de offic. mag. mil.* Sed & propriam delictorum habere perſecutionem *l.* 2. *pr. h. t.* vid. Alex. ab Alexand. 2. *genial. dier.* 13. Sed & multa privilegia: Qualia ſunt, quod milites gaudeant beneficio competentiæ *l* 6. *l.* 18. *re iud* item, quod jus liceat iiſdem ignorare *l.* 9. *ff. de iur. & fact. ign.* ſcil. perpetuo: ut hic amplius privilegium habeant quam feminæ, utpote quibus non niſi in certis expreſſis caſibus jus ignorare permiſſum eſt *l.* 9 *ff. de j. & f. ignor. l. f. C. d. t.* Jo. Ramus a Gomeza *ad d. l.* 9. §. *Videamus. n.* 2. *&* 3. *& ad* §. *Sed juris n.* 7. Sunt & alia militum privilegia, vid. Ayala. 3. *de iur. & offic bell. c.* 7. Sed de privilegiis militum & re militari extant tractatus ſpeciales,

Bartholomæi Cæpollæ, Johannis Lupi, Martini Laudenſis, Franciſci Ariæ, Petrini Belli, Johannis de Lignano, Paridis de Puteo, Claudii Cotereni, & Marci Mantuæ: quos omnes exhibet Oceanus Juris *tomo* 16. Radbodi Hermanni Schelii tractatus militares videre eſt *in Decimo volumine Antiq. Roman. Grav.* Add. *Admon. III.* 17. *V.* 65. *& VI.* 80. Quod autem apud Rolandum a Valle *tr. de inventar. part.* 2. §. *Quarto quær. n.* 3. legis, milites hodie eſſe adæquatos paganis: id ad ſubjectam materiam reſtringe, ſi de ea probatum ſit *l.* 27. *C. teſtam*, *l.* 32. *ſ. C. de appell.*

TIT. XVII.

De Caſtrenſi peculio.

§. 150. Adhuc ad rem militarem pertinet, quod in peculio caſtrenſi filiusf. habeatur pro patref. *l.* 2. *Maced.* conſequenter de eodem teſtamentum recte condat. *pr. I. quib. non eſt perm. teſt. fac.* Si tamen inteſtatus moriatur, peculium caſtrenſe pro hereditate non habetur *l.* 2. *h.* conſequenter, Novella 118. ad dictam l. 2. non pertinet, conſequenter eandem non abolet, conſequenter manet jus *d. l.* 2. *& pr. I. quib. non eſt perm. teſt. fac.* expreſſum, nempe, patrem, deficientibus filiif. liberis & fratribus, id occupare jure peculii. Conſequenter matrem, ſi adſit, non conſequi partem dimidiam. Diſſ. Huber. *præl. h. t.*

TIT.

TIT. XVIII.

De Veteranis.

§. 151. Item ad Jus Militare pertinet privilegiata veteranorum conditio, quam habent tum ratione mitigationis pœnarum *l.* 1. *l.* 3. *h.* tum ratione honorum quod decurionibus æquales habentur: & immunitatum a muneribus perſonalibus. *l.* 1. *l.* 2. *ff. l.* 2. 3. *C. h. l. f. C. de his qui non impl. ſtip.* Verum & hic obtinere debet id de quo admonemur *in l.* 4. §. 10. *de re mil.* ſtatu militiæ mutato, mutari & jura militaria. Quo & illud pertinet quod Jure Civili poſt viginti annorum demum ſtipendia, honeſta miſſio fuerit conceſſa. *d. l. f.* Dixi, *honeſta*: ut diſtinguatur a remiſſione tum *ignominioſa* tum *cauſaria*: quarum hæc fit ob aliquod animi corporiſve vitium, ob quod militare quis porro nequeat: illa ob delictum non capitale. *l.* 3. §. 13. *de re mil.* vid. Kipping. *antiquit. libr. ult. diſſ.* 2. *n. ult.* Conf. Pollet. 3. *for. Rom.* 10. Ayala 3. *de iur. & off. bell.* 6. add. Adr. Bejer. *juris militar. prud. lib.* 2. *tit.* 17. *th.* 3. ubi & quartam miſſionis ſpeciem producit ex *l.* 2. §. 2. *de his quib. not. infam.* & ab exauctoratione & miſſione diſtinguit Degradationem & Detruſionem. Immo intereſt & inter Exauctorationem & Miſſionem. v. Nieupoort. 5. *Rit. Rom.* 5. §. 14.

L I.

LIBER L.

TIT. I.

Ad municipalem & de Incolis.

§. 152. Reſtat Jus Municipale (*v.* §. 138. *ſupr.*) quod *lex* vocatur *l.* 25. *h. l.* 1. *alb. ſcrib. l.* 3. *l.* 6 *de decr. ab ord. fac. l.* 10. *de decur. l.* 18. §. 11. *fin. de mun. & hon. l.* 1 §. *f. h. t. l.* 3. *quod cuj. univ.* & ita ſupple rubricam *h. t.* ibi: *ad municipalem*, intellige *legem*, & Juſtinianum *in l.* 2 §. 8. *de V. J. E.* ibi: *municipales* intellige: *leges*. Conf. *l.* 158. *de V. S.*

§. 153. Hoc jure utebantur municipia, id eſt, civitates a Romano quidem populo in munerum honorumque ſocietatem receptæ, ſed ſuo tamen jure utentes *l.* 1. §. *f. l.* 18. *V. S. A. Gell.* 16 *N. A.* 13. quod ſecus & in Provinciis · qualis Chriſto patiente erat Judæa. vid. Sibranda *de ſtat. Jud. Prov. cap.* 2. & in coloniis. v. Alex. ab Alex. 4. *gen. dier.* 10. Goodwyn. 4. *antiq. Roman.* 10. Dixi: *ſuo tamen jure.* Id tamen poſtea mutatum eſt. v. Vacca *ad l.* 2 & *ad l.* 11. *ff. de iuriſdict.*

§. 154. Juris Municipalis participes ſunt municipes. v. Peſchwitz. *de repreſſal. c.* 6. *n.* 1. idque

idque acquirunt adoptione, manumiſſione, allectione *l.* 22. §. 2. *h. l.* 7 *C. incol.* præcipue nativitate *l.* 1. *h. l.* 228. *V. S.* ex patris ſcil. perſona, non matris, niſi ſpeciali privilegio materna origo gaudeat *l.* 1. §. 2. *h.* ut apud Lipſium 2. *Lovan.* 3. quo pertinet *der Pels Adel*, apud Feltman. *de titul. honor. libr.* 1. *c.* 26. *n. f.* Conf. Bonjour. *ad l.* 19 *ff. de ſtatu homin. n.* 2.

§. 155. Non autem incolatu, cum quis ſcil. domicilium, rerum inquam ſuarum & fortunarum ſedem, alicubi figit. *l.* 239. §. 2. *V. S. vid. l.* 7. *C. de incol.* qualis ſuffragiorum & honorum particeps non eſt *l.* 29. *h.* etſi ad munera civilia teneatur *l.* 29. *h. t.* quod ſecus eſt in iis, qui in territorio alicujus duntaxat commorantur *l.* 3. *C. incol.*

TIT. II.

De Decurionibus & filiis eorum.

§. 156. Jus hoc Municipale in variis ſe exerebat. Velut quod Mixto gavilus fuerit Magiſtratus municipalis imperio. vid. Lyclama 5. *membran.* 3. Buſius 2 *ſubtil.* 14. Conſpicuum idem jus eſt & in Decurionum ſtatu, quo ipſi eorumque filii tenebantur, multis privilegiis commodiſque, ſed & oneribus, de quibus vid. Briſſon. 4. *antiquit.* 13. Burman. *de vect. pop. Rom. c.* 8. *p.* 149. (adeo ut & Chriſtianos invitos ad decurionatum pertraherent. *Sozom. l.* 8.) obnoxio. Huc refer, decuriones

riones a procuratoris officio repelli v. *l.* 34. *C. de decur.* ubi procuratoris officium aſſeritur eſſe infamiſſimæ vilitatis: puta in decurione: alias non. *l.* 1. §. 5. *poſt. iunct. l.* 9. *iuriſd.* & reſpectu negotiorum extrajudicialium, ut talia decurionem pro alio ſuſtinere non deceat. Martuc. 2. *explanat.* 64. Aliud jus decurionum ſingulare repræſentavi ſupra *Part.* 1. §. 178. *&* *Part.* 4. §. 158. *in fin.*

§. 157. Ex decurionibus, qui & curiales dicti, Duumviri creabantur, qui muncipales magiſtratus erant. Quod enim Romæ Conſules, id in municipiis Duumviri: quod ibi Senatores, id hic Decuriones. Dicti autem ſunt decuriones intuitu originis ſuæ, qua decima pars conſilii publici cauſa conſcribebatur *l.* 239. §. 5. *V S.* Sigon. *de A. J. Ital.* 2. *cap.* 4. a quo nec Judæi excluduntur. *l.* 3. §. *f. h. v.* Sprenger. *fragm. illuſtr. tit.* 14.

TIT. III.

De Albo ſcribendo.

§. 158. Mirum ut non ſit, decurionum nomina in album relata fuiſſe. Quod & ordinis ſciendi cauſa factum fuit, ita ut primum locum obtineant, qui majoribus dignitatibus functi fuerunt, & in his antiquiſ-

ſimus

ſimus *l. 1. pr. & §. 1. h.* Unde abſente vel mortuo judice, ejus vices ſuſtinebit antiquiſſimus aſſeſſorum. Gothofred. *ad l. 1. pr. h. t.* quod & noſtram Academiam ſervaſſe vides in *Orat. mea de quarta Monarchia in fine.* In Album Academiæ Groninganæ recipi non debent *die ſich alreede tot borgerlycken leven of handel hebben begeven. vid. Protocoll. Acad.* 19. *Aug.* 1616. & 5. *Jul.* 1617.

TIT. IV.

De Muneribus & honoribus.

§. 159. Deinde (2.) Jus Municipale conſpicuum eſt in muneribus & honoribus: quorum hi cum dignitate, illa abſque ea ſunt. *l. 14. pr. §. 1. h. l. 214. V. S.* & dividuntur in Perſonalia, & Mixta. *l. 1. pr. l. ult. h. t.* prout vel ſolam perſonæ operam, vel tantum patrimonii impenſam, vel utramque ſimul deſiderant *d. l. 1. d. l. ult. l. 4. C. de mun. patrim.* Patrimonii voce accepta latius pro *bonis:* vid. 2. *aph.* 3. non ſtricte pro ſolo dominio, ut *in l. 15. rem pup. ſalv. for.* aut bonis a parentibus relictis: *ut apud Cic. 2. epiſt.* aut a ſolo patre profectis, quibus opponatur *matrimonium* id eſt bona materna. v. Gothofred. *not. ad rubr. C. de bon. mat.* etſi contra diſputet Colerus *parerg. 6.*

TIT.

§. 160. His omnes fungi poſſunt, modo non prohibeantur, veluti feminæ *l.* 2. *R. J.* & minores qui vigeſimum quintum annum nondum attigerunt. *l.* 25. *h. t.* hoc enim cœpto, ad honores, modo quid reipublicæ ipſis non committatur, admittuntur. Heic recordari fas eſt Legis *Annariæ*, de qua Lipſius *de magiſtratib. Rom. cap.* 4. Gronovius *de Lege Regia* & ibi Barbeyrac. *not. num.* 1. ſive *legum annalium: vid.* Cicero *Philipp.* 5. Lipſ. *d. c.* 4. quo reſpicit Ovidius 5. *Faſtor. finitaque certis legibus eſt ætas unde petatur honos.* Unde obiter vides, leges etiam non ab auctore, nomina ſortitas: quod famoſæ illi *Regiæ* accidiſſe putant. vid. *Tac.* 1. *annal.* 1. Gronov. *d. loc.* ubi & legem *commiſſoriam* huc refert: bene, quoad nomen a materia depromtum: male, quod *legem* non diſtinguat a pacto. vid. *Admon. III.* 96.

TIT. V.

De vacatione & excuſatione munerum.

§. 161. Immo omnes regulariter ad munera ſubeunda vel invitiſſimi cogi poſſunt *l.* 9. *mun. & hon.* alias non erunt qui munera neceſſaria in rebus publicis obeant. *l.* 1. *pr. h. t.* niſi ſint qui vacationem habeant & excuſationem, quales ſunt ſeptuaginta annis majores *l. f.*

C. qui

C. qui æt. vel. prof. ſe exc. item qui gaudent numero quinque liberorum. *v. l.* 3. §. 6. *&* 12. *l.* 8. *pr. h. t. l.* 4. *de mun. & hon.* etſi bello amiſſorum *l. f. h. t.* Alios habes *in l.* 8. *l.* 9. §. 1. *h.*

§. 162. Ceterum intellige id de muneribus perſonalibus: nam a patrimonialibus nulla excuſatio prodeſt, niſi ob munus Profeſſorum, vel liberos duodecim *l.* 6: *C. de Profeſſ. l.* 24. *C. de decurion.* ita ut ex ordinario liberorum trium quatuor aut quinque numero nullus ſufficiat *l.* 10. *ff. h. l.* 1. *C. de qui his num. lib. l.* 5. *C. mun. patrim.* Immo, dices tu, ſedecim requiruntur *l.* 5. § 2 *jur. immunit.* Verum illud in d. l. 5. §. 2. Sylvii Candidi ſedecim filiorum patris exemplum, pertinet ad regulam, ea quæ abundant non vitiare *l.* 56. *pr. mand. l.* 17. *C. teſtam. l.* 94. *R. J.* Ita ſcilicet nonnulli dictorum textuum enantiophaniam conciliare nituntur. Tu dic: In *d. l.* 5. *C. de muner. patrim. d. l.* 10. *ff. h. d. l.* 1. *C. de his qui num. lib.* eſſe regulam, a muneribus patrimonialibus numerum liberorum non excuſare. Cujus exceptiones ſint, tum quoad decuriones qui ob duodecim liberos excuſentur *d. l.* 4. tum quoad ceteros ob ſedecim *d. l.* 5. §. 2. ubi de patrimonialibus tamen expreſſe mentio non fit: ut uti conveniat *arg. l.* 8. *de Publician.*

TIT. VI.

De Jure Immunitatis.

§. 163. Deinde Immunitatis illud jus intellige ſtricte, ut ad heredes non tranſeat *l.* 1. §. 1. *h. t.* niſi poſteris datum ſit *l.* 4. *h.* quo caſu & familia jure eo gaudebit, non tamen deſcendentes ex filiabus *l.* 1. §. *f. h. l.* 13. *mun. & hon. arg. l.* 195. *in f. V. S.* add. Piſtor. 1. *parœm.* 26. & 28. Banck. *de tyrannide cap.* 9.

§. 164. Nunc admoneo, munera diſpeſci in Perſonalia, Patrimonalia, & Mixta. Perſonale eſt quod perſonæ induſtria & labore contentum eſt: Patrimoniale, quod requirit impenſam patrimonii, veluti tributorum ſimiliumque reip. nervorum *l.* 1. §. 20. *quæſtion.* vid. Panciroll. 3. *var. lect.* 31. Mixtum, & impenſam patrimonii & perſonæ induſtriam flagitat. *l.* 8. §. 26. *ſeq. h. t.* Perſonalium ſpecies vide ſis *in d. l. f.* §. 1. *ſeqq.* Supra late excuſſa, ex his eſt tutela & cura. Secundum rubricas ff. h. l. in ſpecie reſtant videndæ, Legatio & Adminiſtratio rerum ad civitates pertinentium.

TIT. VII.

De Legationibus.

§. 165. Legatio eſt munus perſonale *v. l. ult.* §. 12. *de mun. & hon.* negotii publci cauſa ad Principem vel Remp. ſuſceptum *l.* 14.

h. l.

h. l. 42. ex quib. cauſ. in f. Ergo mittens hic non tam ſpectatur, quam magis negotium ob quod, & ille ad quem. Unde & municipia Legatos mittunt. *h. t.* At hodie diſtinguitur inter Legatos Majores & Minores: ſive primi & ſecundi ordinis. Illi Legati in ſpecie & Ambaſſadores vocantur: Hi Ablegati & Envoyei. Illi characterem repræſentativum Principis mittentis apud alterum Principem habent: Hi eodem charactere repræſentante deſtituuntur. Pfeffinger *ad Vitriar.* 3. *j. publ.* 2. *in f.* Schwed. *j. publ. part. Spec. ſect.* 1. *cap.* 28. §. 3. Unde judica, an Ambaſſadorum titulus recte adſcribatur V. D. Miniſtris. *v.* 2. *Corinth* 5. 20. Certe non minus peccat qui miniſtros ſpernit, quam qui plus illis defert quam par ſit: inquit Beza *ad* 1. *Cor.* 4. *verſ.* 1. De Legatorum Sanctitate, *vid. l. ult. ff. h. t.* Grot. 3. *de j. b. & p.* 18. add. Peſchwitz. *de repreſſ. c.* 8. *n.* 61. *ſeq.* Mollenbec. 3. *diviſ. Jurid.* 96. Alpen. *de Chriſt. Bernh. Epiſc. Mon.* 4. 59. 7. 40. 8. 44. N. Bücherſaal. *tom.* 1. *part.* 5. *n.* 5. Schauplatz. *part.* 1. *n.* 3. Vide ſis & obſervat. Hallenſ. *tom.* 2. *obſ.* 17. Ayala 1. *de iur. & off. bell.* 9. Gundling. *via ad veritatem, partem* 3. *cap.* 35. §. 146.

TIT. VIII.

De adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium.

§. 166. Qui adminiſtrationem rerum ad civitates pertinentium ſuſcepit, pecuniam in uſus, ad quos deſtinata eſt, erogare tenetur, & omnis ſuæ adminiſtrationis rationes reddere. *l.* 1. *ſeq. h. t.*

§. 167. Si rationes jam expunctæ atque ſubſcriptæ fuerint, poſſunt nihilominus retractari cis annos viginti adminiſtratore vivente: eo autem mortuo, intra decem. *l.* 13. *de div. & temp. præſcr.* Immo propter errorem calculi intra triginta annos. *l.* 18. *pr. h. t.* niſi 1. ſuper errore calculi ſententia lata, & in judicatam rem hæc prolapſa ſit *l.* 25. *ſtat. hom.* aut 2. rationes a Principe *gratioſe* expunctæ ſint *l.* 8. *h. t.* ſecus ſi ab adminiſtratoribus *l.* 12. *C. tranſact.*

TIT. IX.

De Decretis ab ordine faciendis.

§. 168. Porro (3.) jus municipale conſiderari meretur quoad decreta ab ordine facienda, opera publica, nundinas, & pollicitationes.

§. 169. Et quidem decreta ſi decurionum ordo (*Synedrion* vocatur *l.* 6. *h. t.*) facere velit, oportet ut duæ partes tertiæ ejuſdem præſen-

ſentes ſint, & ut horum pars major decerna[t.] *l. 2. ſeq. h. l. 4. ſeq. quod cuiuſq. un. nom. l.* 45. *C. decur. vid. l.* 160. §. 1. *R. l.* niſi id ambitioſe fiat. *l.* 4. *h.* Dixi *Virgin. Florentin. c.* 5. §. 4.

TIT. X.

De Operibus Publicis.

§. 170. Opera publica hoc inter alia ſingulare habent, quod redemtor eorundem propriis ſumtibus ad reparationem teneatur, ſi intra quindecim annos corruerint. *l.* 8. *C. h.* His Operibus præficiebantur curatores *l.* 1. *pr. &* §. 1. *l.* 2. §. 1. *h.* quo pertinent & curatores viarum de quibus Bergier. & Henninius *de public. & milit. pop. Rom. viis: lib.* 1. *ſect.* 5.

TIT. XI.

De Nundinis.

§. 171. Nundinæ olim dictæ quaſi novendinæ, a nono ſcil. die quo celebrabantur, octo diebus labori ruſtico dicatis. Macrob. 1. *Saturn.* 16 hic (alibi etiam epulas notant *l.* 69. *pro ſoc.*) ſunt conventus mercatus gratia publica auctoritate inſtituti.

§. 172. His id privilegii (decennii præſcriptione perituri. *l.* 1. *h.* vid. Althuſ. *dicæolog.* 2. *c.* 6. *n.* 44.) indultum eſt, quod iis durantibus perſonæ aut res eorum, qui

convenerunt mercatus gratia, ex ulla cauſa civili privata non poſſint in jus vocari aut detineri *l. un. C. de nundin.* Cumque hic textus & ratio ejuſdem ſit generalis, dubitandum non eſt, hoc privilegium etiam ad ipſa in nundinis contracta debita pertinere. Pertinere, dico: ut ſcil. ad talia debita non *extendatur*: ſed hæc generali lege & ratione *comprehenſa* intelligantur. *arg.* §. 3. *l. vulg. ſubſt. l.* 8. *de Publician.* nihil obſtante argumento *l.* 2. §. 4. *& l.* 19. §. 2. *iudic.* utpote cum in privilegiis nulla valeat ſequela. §. 6. *I. de iur. nat. gent. & civ. l.* 14. *ſeq. ff. de legib. Adm. II.* 19. Greve *ff.* 27. 29. Diſſ. Berlich. 1. *concluſ.* 77. *n.* 8. add. Calvin. *Them. Hebr. Rom. app. ad c.* 4. *n.* 3.

TIT. XII.

De Pollicitationibus.

§. 173. Pollicitatio eſt promiſſio facta a ſolo offerente *l.* 3. *h.* qualis equidem regulariter non obligat. *arg. l.* 1. §. 2. *de pact. Adm. I.* 144. *in f.* obligat tamen ſi ſit facta Deo aut Civitati, etiam municipali. *l.* 2. §. 1. *l.* 2. *l.* 3. §. 1. *l.* 8. *l.* 14. *h.* ita tamen ut ſubſecuta paupertate aut morte, eadem obligatio quodammodo iterum extinguatur *l.* 3. 6 9. 11. 14. *h.* add. Calvinus *Them. Hebr. Rom. c.* 3. *tm.* 2. *& bi append. n.* 12. Broeckhuiſen *ad.* 1. *Tibull.* 5. 10. Cl. Vitriar. *Univerſ.* 1. *Civ. priv.* 3. 14. *pag.* 433.

TIT.

TIT. XIII.

De Extraordinariis cognitionibus: & ſi judex litem ſuam feciſſe dicatur.

§. 174. Nunc ſciendum eſt, jus municipale, ſi forte in controverſiam vocetur, extraordinaria cognitione determinandum eſſe *l. pen. pr. l. f.* §. 1. *ad municip. l.* 1. *pr. de decurion. l.* 3. §. 15. *l.* 9. *de mun. & hon. l.* 2. §. 7. *de vac. & exc. mun. l.* 2. §. *f. d. t. l.* 5. §. 10. *jur. immun. l.* 2. §. 3. §. 10. *l. f.* §. 7. *admin. rer. l.* 2. §. 1. §. *f. l.* 5. *pr.* §. 1. *l. p. de op. publ. l.* 8. *pollicit.*

§. 175. Eſt autem extraordinaria Cognitio qua Prætores & Præſides, aliique Magiſtratus ipſi de cauſis cognoſcebant. Dico; *ipſi.* In eo enim eſt *extraordinaria* hæc indoles ſita: quippe cum alias *ordo* Romanorum Magiſtratuum fuerit, dare judicem loco ſui a lite conteſtata, qui pedaneus cognominabatur: Qualem ordinem & alibi deprehendas: veluti cum Jethro generum ſuum Moſem illum edocet *Exodi cap.* 18. & Peruvianos ipſorum Heros Mango Copac hujuſque & ſoror & conjux Coya Mama, *apud* Temple *miſcell. part.* 2. *pag.* 475. *ſeqq.* Adde ſis Böhmer. *de action. ſect.* 1. *cap.* 2. Republyck der Geleerden 1713. *Sept. Octob. p.* 244. & quæ dixi *ad L. Vinum.* §. 12. *& ad Inſtit. libr.* 4. *aph.* 108.

§. 176. Ceterum *extra* hunc *ordinem* non ſaltem cognoſcebantur jura, ut demonſtravi, municipalia; ſed erant & aliæ *extraordinariæ* hujuſmodi cauſæ, veluti honorariorum atque ſalariorum Advocatis debitorum. v. Pollet *hiſt. for. Rom.* 2. *cap.* 11. & *ibi* Broidæ *coroll* 4. & *ſeq.* Brummer. *ad L. Cinciam c.* 6. *n.* 14. Wunſch. *de actis judicialibus. c.* 2. *n.* 5. Aliæque: de quibus lege ſis *l.* 1. *pr.* §. 1. & *ſeqq. h. Admon. VI.* 261. Tres indicant Pandectarum hoc loco tres rubricæ: veluti (1.) *Quando judex litem ſuam fecit. l. ult. h. t.* Dixi 4. *aph.* 29. add. Temmen. *de lit. expenſ. c.* 12. Rotman. 3. *hiſtor.* 3 & 1: 48. Muret. 2. *pœmat.* 58. & ibi Conſtantin. *verſ. ab omnigena.* Mollenbec. 3. *diviſ.* 61. *lit. b.*

TIT. XIV.

De Proxeneticis.

§. 177. (2.) Proxenetica, *l. f. h.* quæ ſunt mercedes proxenetis, qui ſe negotio inter aliquos conciliando mediatores atque pararios præbuerunt, præſtandæ *l.* 1. *l.* 3. *h.* Vocantur & philantropha *l.* 2. *h.*

§. 178. Si partium determinatione proxeneticum non fuerit determinatum; determinabit judex *arg. l.* 1. *h. t. l.* 1. *ſeqq. extr. cogn. l.* 13. §. 9. *C. de judic.* non obſtante *l.* 17. *C. mand.* nec *l.* 56. §. 3. *ff. eod.* propter *l.* 80. *de R. J. junct. l. f. de calumn.*

§. 179.

§. 179. Sed an ob Sponſalia contracta proxeneta quid recte petet? Affirmo: cum nullibi excipiantur: immo prægnans pro his ratio militet *in l. 7. §. 3. verſ. cum ampliari. ff. de bon. damn.* Non obſtante *l. ult. C. ſponſ.* utpote textu apocrypho. Conf. quæ dixi *ad Feltman. de feudis not.* 10.

TIT. XV.

De Cenſibus.

§. 180. (3.) Cenſus *arg. l. 3. §. 15. l. 9. de num & bon.* Intellige præſtationes publicas. *rubr. C. ſin. cenſ. & rel.* aliquando & ipſe, in quo illæ deſcribuntur, liber, cenſus vocatur. *l.* 4. §. 1. *h.* aliquando & ipſum patrimonium *l. 16. ad Treb.* Notandum eſt, ipſos fundos, ex quibus cenſus præſtandus venit, pignoris jure obligatos eſſe *l. 1. C. ſi. propt. penſ. publ.* unde & unus ex pluribus fundi poſſeſſoribus, cenſus nomine recte convenitur *l. 5. h. l. 65. verſ. idque placebat, de evict.* add. Eſchenbach. *Veter. Critic. ſemeſoſ.* §. 2. Wegner. *ad L. 111. de V. S. n.* 4. Lyncker. *de iur. habitat.* 7. 2, 6.

TIT. XVI.

De Verborum Significatione.

§. 181. Tandem ſubjiciuntur duæ totarum Pandectarum appendices generales

nerales, titulis duobus. Quarum prior eſt de Verborum Significatione: multis doctorum viorum commentariis illuſtratus: unde ab iis, qui ad Pandectas ſcribunt, abſque omni commentatione ſolet dimitti. Nos aliquam ſymbolam adverſus illos, qui cum telo critico ambulant, de quibus adde ſis §. 4. *l. de publ. ind.* noſtram præſtitimus *in diſp. ad L. Vinum.* §. 12. *in fin.* Aliud dedi *Admonit. ad ff. part.* 6. §. 42. *in fin.*

§. 182. Etiam ad *l.* 242. §. 3. *de V. S.* quid non moliuntur Doctores? Dicam quid ipſe ſentiam: *Virum* in d. l. 242. §. 3. intelligo qui ſe virum præſtitit: ut mens ſit, etſi uxor, virgo manſerit & duitarem viri non ſenſerit, eadem tamen jura in tali uxore vigere, quæ in alia, quæ res Veneris (ut loquitur JCtus in l. 25. *de adult.*) experta eſt, & maritum τὸ κέντρον ὠθέντα ἐις τρυμαλιὴν, ut loquitur Cl. Collega P. Hulſius *hiſt. ſacr. turp. inc. p.* 17. obtinent. De tali uxore, quam dixi, virgine, vide ſis *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *ff. de R. N. & l. pen. C. de inceſt. nupt.* Nec abhorret hæc *viri* explicatio a Latinitate: ut vel ex illo Catulli patet *carm.* 64. *itaque ut relicta ſibi ſenſit membra ſine viro.* Igitur diſtinguit textus illam *quæ virum non habuiſſet*, ab altera quæ *nupta* fuiſſet: quod *duitatem* illam quam dixi ſive copulam carnalem innuit. Id enim Latinis quoque *nubere* eſt, *l.* 31. *C.* *adul-*

adulter. Plaut. Caſ. act. 2. ſcen. 8. *& Ciſtell. act. 2. ſcen.* 1. Unde & talis nupta femina recte *vidua* dicetur. *Plaut. Mil. Glor. act. 4. ſcen.* 1. Non agit ergo d. l. 242. §. 3. de *virgine*, ſed de *uxore virgine*. Loquitur enim de *muliere. v. l.* 11. §. 1. *de contr. emt. l.* 11. §. 5. *de act. emt. vend.* Nunc audiatur dictus locus Plauti *Mil. Glor. act.* 4. *ſc.* 1. Py. Nupta eſt an vidua? Pa. Et nupta & vidua. Py. Quo pacto potis vidua & nupta eſſe eadem? Pa. Quia adoleſcens nupta eſt cum ſene. Add. quæ dixi *de J. Virgin.* §. 16. *&* §. 51. Sane, habes hic, Lector, argumentum ſententiæ, quæ matrimonii ſcopum unicum (poſt Dei ſcil. gloriam) in mutuo adjutorio collocat: progenerationem ſobolis non niſi illius partem agnoſcens. Et cur non & progenerandæ ſobolis ſtudium mutuo conſenſu differri poſſit? Caroli Craſſi & Henrici Sancti Imperatorum uxores viduas quis ignorat? vid. Hochſtetter. *Coll. Pufend. exercit.* 9. *th.* 16. Quin illuſtriſſimo & in omnia ſecula memorando ſuccurrit exemplo beatiſſima feminarum, Chriſti mater, de cujus cum Joſepho matrimonio vid. Auguſtinus *libr.* 2. *de conſenſu Euangeliſtar. c.* 1. Sed de hoc alibi latius. add. Salmuth. *reſponſ. iur. pag.* 70. *& ſeq.* Illud tamen adhuc admoneo, ex noſtra *d. l.* 242. §. 3. explicatione conſequi deciſionem multarum controverſiarum: veluti, an privile-

giu-

gium *legis un. C. quando Imper. int. pupill. vel viduas vel al. miſ. perſ. cogn.* & ad virgines pertineat? quod ex dictis negandum eſt *conf.* §. 4. *in f. I. de publ. iudic. c. vidua* 13. *diſt.* 34. *Iſidor.* 9. *etym.* 8. *Admon. II.* 23. Neu dixeris, rationem d. §. 3. eſſe tamen generalem, & ad virgines quoque pertinere. Nego enim in verbis textus: *ſimiliter viduam dictam eſſe quaſi ſine duitate*: eſſe rationem: cum ſit mera etymologia: quæ extra ipſam rem nihil operatur. §. 2. *I. de tutel.* ut vidua ſit ab *iduare* antiquo pro *dividere*: unde & *idus*, de quibus Horat. 4. *od.* 11.

TIT. XVII.

De Regulis Juris.

§. 183. Poſterior appendix eſt de Regulis Juris, idem quod prior fatum experta. Forte an & noſtris tamen admonitoriis locus eſſe poſſet. Unum vide ſis *Manip.* 2. *num. ult.* Aliud quod ad l. 2. h. t. exhibui ſupra *Admon. part. III.* §. 67. Aliud ad *l.* 11. & 12. *h. t. vid. Jul. Paul.* §. 21. Aliud de *l.* 19. *h. t. de J. ventris. XI:* §. 11. Aliud *de l.* 35. *h. t.* 2. *aphor.* 97. Alia alibi.

FINIS.

OMISSA COMMISSA,

OBSERVATA

per

H. T. PAGENSTECHER A. A. F.

Pag 5. lin. 8. poſt *Bachov. & Hunn.* inſere, *ad Treutl. 1. diſp. 1. th. 1. Ungep. 1. Ex. Juſt. 10. Sed nec particularem cum Zoeſio ff. de J. & J. Hahn.* p. 8. lin. 3. lege *Geneſis.* 1. 20. p 10. lin. 4. poſt *non eſt.* inſere: §. 14. p. 18. l. 5. poſt *vid. Part. 7. §. ult.* inſere *Adſiguare quid ſit; vid. in l. 107. de V. S. & infr p. 6. §. 42.* p. 26. lin. 17. poſt *Sueton.* inſere *in Tiber.* p. 27. l. ult. poſt. *Jus SCto* inſere *inductum, nunc Principis orationi, nunc SCto.* p. 32. lin. 25. l. *Matrem & aviam.* p. 33. l. 22. poſt *aliud* inſere *feminis incommodum.* p. 63. lin. propen. lege *arg. l. un. §. 2. de off. conſ.* p. 80. lin. 4. ant. fin. lege *l. 22. §. 1. C. de Epiſ. Aud.* p. 96 lin. 11. lege in *l. 22. §. 2. de pact. l. 95. § 2. h. t. juncta l. 95. §. 4. de* p. 99. lin. 12 poſt *delicta* adde *publica* p. 100. l. 20. poſt *fuiſſe* adde *aliud.* p. 111. lin. 17. poſt *Hodie* addatur *quoad liberos & parentes.* p. 119. lin. 19. lege *l. 17. fin. l. 18. de rec. arb* p. 128. lin. ult. poſt *ſed* inſere *etin ſtricti juris contractibus par ratio eſt. l. 15. de juriſd.* p. 143. lin. ult. poſt *accipitur.* inſerendum eſt: *Hoc loco Judicium, eſt legitima cauſæ apud judicem inter litigantes (Actorem & Reum) ad deciſionem habendam instituta tractatio.* p. 160. lin. ult. poſt *an ſecundum hanc?* inſere *Nec ſecundum illa, nec ſecundum.* p. 164. lin. 9. lege *Nov.* 115. ibid. lin. 24. lege *Part. 5. §. 35. in fin.* p. 165. lin. 12. lege *6. contr. 74.* ibid. lin. 17. & 18. lege *Manip. 3. ad d. p.* 108. p. 182. lin 3. & 4. pro *Borcholt. de feud. c. 4. n. 55.* lege *Borcholt. de feud. c. 3. n. 7. Diſſent. Zoeſ. ff. Loc. cond. num. 55.* p. 191. lin. 4. lege *§ 1. in fin. l. de Uſ. & Habit.* p. 192. lin. 1. lege *6. qu. 9.* Ibid. lin. 2.

lege

lege 8. *quaeſt*. 19. Ibid. lin. 3. lege 9. *Epigr*. 49. p. 195. § 87. Præmitte *Sequuntur*. p. 198. lin. ult. dele §. 93. p. 199. lin. 5. ante fin. dele §. 94. p. 201. lin. 6. ſcribe §. 93. p. 204. dele § 96. & pro § 97. repone §. 94. p. 205. lin. 1. poſt. *aream* inſere *Mævii*. p. 205. lin. 7. poſt *poſſit*, adde *ita ut area B. hic ſit prædium dominans, at in expoſitione Schutziana, area B. eſt ſerviens*. p. 206. pro §. 98. §. 99. § 100. lege § 95 §. 96. §. 97. p. 917. lin. 17. poſt *immo* inſere *obtinet*. p. 220. lin. 11. pro *ſi* lege *etſi ne* Ibid. lin. 13. poſt *non* inſere *valet ſententia Servii ibidem Parte ff. ſexta propoſita, contra ſententiam Celſi in d. l. 49. §. 1. Ergo dicta l. 7 §. 4. habet quidem robur legis, in quantum de interdicto Quod vi aut clam loquitur: non autem quatenus*. p. 224. lin. 14. lege *opp. l. 37. h t*. ibid. lin. antep. lege. *ad ff. diſp* 28. *th*. 24. p. 244. lin. 16. lege *l. 69, de contr. emt. vendit Aleman*. ibid. lin. 21. in fin. lege *controv*. 42. *Et videſis quæ ſcripſ. 3. aphor. 76*. p. 253. lin. 5. pro *regulæ* ſcribe *ſuperiori Negativæ noſtræ aſſertioni*. p. 300. lin. 1. & 2. poſt *Porro Adventitium iterum* inſere *in regulare & irregulare. Caſtrenſe*, p. 311. lin. 10. ante *poſſe* inſere *non*, ibid. pro & ſubſtituendum eſt *nec* p. 329 lin. 4. poſt *corpor*. adde *ſecundum lectionem Grotii: de qua infra Adm. VII. 71. in fin. add. Haloand. ibid*. p. 333. lin. 11. poſt *in l*. 1. inſere C. *de pact. int emt. & vend*. p. 348. lin. pen. ante *Pervulgatiſſima* præmitte: §. 115. p. 359 lin. 10. lege *oppon*. §. 2. I. *Locat. Conduct*. p. 383. lin. 19. lege *pag*. 372. p. 391. lin. 3. lege 43. *de ſolution*. ibid. lin. 23. lege *d. l*. 12. *pr. h. t*. pag. 405. lin. 15. poſt *uſuras* inſere *ex mora* p. 407. l. 7. lege *l*. 32. *pr*. & §. 1. *h. t*. p. 408. l. 9. lege *l*. 54. *Locat*. p. 413. lin. 22. lege *d. l*. 15. ibid. lin. 23. lege *d. l*. 10. p. 415. lin. 4. lege *enim judiciale hic*. ibid. lin. 5. lege *aſt quod ad teſtamentarium*. p. 416. lin 22, 23. lege *l*. 12. *ff. l. 9. §. 1. C. de Teſtib*. p. 418. l. 9. lege *junct. l*. 14?. p. 424. lin. 19. lege *ſenſu aut teſtium*. ibid. lin. 20. ibi: *Plane*. Hoc *Plane* & verba ſeqq. ſubjice §o 94. p. 442. lin.

lin. 20. lege *meretricem l. 5. de* **Donation.** p. 443. l. 12. lege *in l.27. de pact. dot.* p. 444, l.25. lege *l.32. §.12.ff. de Don. int. v. & ux.* p. 447. lin. 19. lege *l. 49. l. 52. de J. Dot.* p. 457. lin. 21. poſt *Differunt* adde *tutela & cura in genere.* p. 478. lin. pen. poſt *ipſe* inſere *heres.* p. 489. lin. 8. poſt *ſcribere*, inſere *id ſcripſerit*, *& ſimul.* p. 491. l. 23. poſt *factionem* inſere *activam. v. 2. aphor.* 107. p. 502. lin. 6. deleantur illa *& filiam.* p. 509. lin. 13. lege 2. *aph.* 125. p. 511. lin. 16. lege *ad l.* 16. *de lib. & poſt.* p. 515. lin. 2. præmitte *heres.* p. 518. lin. 5. ante fin. lege *vers.* 34. *&* 37. p. 535. lin. 4. ant. fin. pro *iſi* lege *ſi.* p. 543. lin. 7. ante fin. poſt *augmenta* adde *non ſtatim* p. 546. lin. 14. ante *privatorum* inſere *probabili ex cauſa habere rem legatam non poſſit*, *aut* p. 558. l. 11. pro *omiſſum* lege *ſolum* p. 560. l. 25. poſt *niſi* adde *optio* p. 562. lineæ ultimæ ſubjice: *vid. Act.* Litt. *Hamburgenſ. de anno* 1708. *p.* 123. p. 563. l. 5. ant. fin. poſt *pulmentarium* adde *pro operariis.* p. 572. l. 5. poſt *ergo* inſere *nec habitatio* p. 579. l. 11. & 12. dele *ex L. ſi contendat.* 28. *ff. de fidejuſſ. aut.* p. 580. l. 2. poſt *inutile eſt* adde *et ſi certa quantitas demonſtrata ſit.* p. 583. l. 13. lege *plurium.* p. 585. l. 5. pro *ſolum* lege *totum.* p. 586. l. antep. poſt *exaequata ſint.* inſeres ſequentia: *ſecundum ea, quae dixi ſupra* §. 91. *Regula tamen Catoniana ad leges novas non pertinet:* p. 587. lin. 3. pro *ego* lege *ergo* p. 593. lin pen. poſt *uſ. & uſufr. leg.* inſere *Adde l. ult. §. ult de aur. arg.* p. 599. lin. 18. & 19. lege *l.* 115. *l.* 118. *de Legat.* 1. *l.* 77. §. 4. *leg.* 2. *l.* 68. §. 3. *leg.* 3. p. 617. lin. 17. dele *bonorum.* p. 623. lin. 5. poſt *alioquin* inſere *& dotis &* p. 624. lin. 2. lege *membro* 6. p. 626. lin. pen. ante *impugnet* lege *non.* p. 646. lin. 11. ante *ego &* inſere *item* p. 677. lin. 13. poſt *tum enim* inſere *ſupervenientibus liberis aliis.* p. 701. lin. 3. poſt *genere* inſere *vel utroque mentali.* ibid. lin. 22. poſt *fundamentum* inſere *immediatem.* p. 707. lin. 2. poſt *illius* inſere *defuncti ſcilicet.* p. 735. lin. 13. poſt *Tertia.* adde *eadem ratio eſt dictae l.* 8. p. 752.

lin.

lin. 20. poſt *ergo* inſere *non*. p. 767. §. 242. lin. 7. pro *etſi* lege *niſi* p. 811. lin. 4. poſt *ſolvat*. inſere *Porro in d. l.* 105. *poſt verba*: *ſolutum eſt*: *ſub intellige*; *debet ſolvere. Eſt haec iterum lex Pauli.* p. 849. lin. 4. ante fin. lege *Aphoriſm.* II. 14. p. 871. lin. 8. poſt. *omne* adde *collegium* p. 865. lin. 8. poſt verbum *rebus*, adde *ſuis*.

INDEX

INDEX AUCTORUM ACCURANTE
FRID. JOD. BÖRNER.
CAMENA MARCANO.

A.

Abele IV. 53. V. 62. VII. 5.
Abbas VI. 255.
Accurſius III. 4. IV. 10. V. 154.
Achen. VII. 137.
Acta Eruditorum I. 208. IV. 72. V. 141. VI. 67.
Adami *Cornelius* VII. 97.
Agent von Hauſaus IV. 108.
Alciatus I. 40. 156. II. 64. IV. 113. VI. 154. 194. VII. 2. 67. 147.
Alemannus III. 4. VII. 12. 28. 51. 103. 108. 113. 116.
Alexander ab Alexandro I. 17. 178. IV. 93. V. 119. VI. 73. VII. 149. 153.
Alexander I. 141. II. 122. III. 4. 6. 34. 68. 84. 100. 118. IV. 34. 46 116. V. 119 147. VI. 175. 183. 193. 280. VII. 2. 51.
Almers VI. 255.
Alpen. VII. 165.
Althuſius IV. 38. VII. 17. 172.
Amato II. 39. VII. 67.
Amelius (*Theophil.*) VI. 247. VII. 113.
Amyraldus IV. 109.
Ancharanus I. 123.

I N D E X.

Anguillis IV. 139. 147.
Argentoratenſes II. 78. III. 35.
Arias VII. 149.
Ariſtoteles IV. 59.
Arithmæus I. 65. VII. 14. 93. 102.
Arnono VII. 84. 137.
Arumæus I. 65. 161. II. 24. III. 4.
Avezan. II 92.
Auguſtinus VII. 182.
Auſonius VI. 257. 260.
Ayala VII. 29. 141. 147. 149 151. 165.
Ayrer I. 141. 176. IV. 149. 155. VI. 51. 102.
Azo. I. 71. 80. 191. III 28.

B.

Baccius V. 122.
Bachovius I. 6. 71. 141. 169. 198. II. 42. 51. 55. 59. 6. III. 5. 37. 85. IV. 11. VI. 267. VII. 3. 61.
Balck I. 189. 291. II. 30. IV. 55. 140. V. 75.
Baldus II. 102. VII. 17.
Banck VII. 163
Barbeyrac. VI. 172. VII. 72. 139. 160.
Bartolus I. 100. 205. II. 3. 92. III. 25. 100. VI. 288. VII. 63.
Battandier VII. 131.
Bayſſius. V. 141.
Bebel. IV. 71.
Becman I. 40. IV. 105. VII. 33. 97. 101. 122.
Bechmannus V. 178. 151.
Bejer. *Adrian.* VII. 148.

De

De Bella Pertica I. 216. VI. 288. VII. 2. 12.
Bellus VII. 149.
Belviſo IV. 109.
Berberius VII. 67.
Berckenmeyer I. 124.
Berens VII. 12.
Bergerus I. 152. II. 32. 108. 109. III. 48. 68. 72. 77. 114. IV. 33. V. 96. 102. VI. 119. 173.
Bergier VII. 170.
Berlichius I. 67. 141. 147. II. 59. 114. III. 4. 37. 68. 100. IV. 79. VI. 193. VII. 17. 172.
Bernegger I. 62. 124. IV. 93. 158. 164.
Bertrachin VII. 59.
Beſchäfftigter Secretarius IV. 102.
Beſoldus III. 30. 31. 64. VI. 73.
Beuſt. IV. 28. VI. 255.
G. Beyer. I. 147. III. 4. 5. 21. 68. 79. IV. 59. VI. 94. 254. VII. 34. 88.
A Beyma VI. 171. VII. 3.
Beza IV. 96. VII. 165.
Biccius II. 78. 102.
Bitſchius IV. 83.
Bocerus II. 61. 114. IV. 44. VII. 50.
Bockelen I. 163.
Bockelman I. 67. 71. 100. 141. 156. 164. II. 3. 23. 24. 34. 80. 98. 102. 106. III. 4. 5. 7. 11. 15. 74. 83. 90. 114. IV. 11. 33. 73. 84. 102. 105. 109. 134. 151. V. 21. VI. 117. 154. 289. 290. VII. 93. 98. 101. 105.

Bodinus II. 24. IV. 68.
Boëclerus. VI. 172. VII. 67. 115.
Boerius VII. 2. 131.
Bogaert II. 133.
Böhmer IV. 89. VI. 69. 239. 265. 289. VII. 175.
Bois I. 296. III. 83.
Bonacin. III. 116.
Bonjour III. 6. IV. 119. VI. 133. VII. 14. 154.
Borcholten II. 58. III. 37. 39.
Bourdelot I. 79.
Boxhornius VII. 73.
Brand. III. 89.
Brandeſtein VI. 289.
Brandmyller I. 45.
Braunius V. 141.
Brederode VII. 137.
Breiger VII. 17.
Briſſonius II. 92. V. 104. VI. 194. 156.
Broeckhuiſen VII. 139. 173.
Broidæus I. 83. VI. 173. VII. 114. 176.
Bronchorſt I. 45. 71. 110. 156. 198. II. 23. 51. 58. 59. 61. 122. 124. III. 4. 6. 11. 15. 68. 76. 85. 95. 111. IV. 11. 12. 20. 21. 31. 32. 59. 59. 62. 79. 82. 178. V. 94. 102. VII. 14. 131.
Brouwer I. 176. VII. 29.
Bruckner VII. 50.
Brummer VI. 42. VII. 97. 176.
Brunneman I. 58. 174. 191. II. 4. 49. 66. 100. 102. 124. 130. 142. III. 53. 114. 118. IV. 39.

93.

93. 150. V. 52. 81. 143. 151. VI. 193. 179. 206. 207. 208. VII. 3. 13. 84. 98. 114. 122.
Bücherſaal IV. 108. 111. VII. 55. 73. 111. 122. 137. 165.
Bugnyon I. 107. 174. IV. 110.
Burman VI. 247. VII. 156.
Buſius II. 79. III. 94. IV. 20. 31. V. 107. VI. 192. VII. 17. 139. 156.
Butius V. 122.
Bynæus VII. 132.

C.

Caballin III. 121.
Cabotius III. 8. VI. 289.
Cæpolla VII. 137. 149.
Cæſar I. 124. V. 121. VII. 95.
Calvinus VII. 172. 173.
Calveton VII. 101.
Calvor. IV. 134.
Campanus VII. 52. 55.
Carocius IV. 79.
Carpzovius I. 55. 66. 67. 205. II. 19. 50. 92. III. 4. 5. 68. 72. 116. IV. 14. 19. 24. 96. 100. V. 164. VI. 94. 122. 175. 193. 204. 208. VII. 17. 27. 33. 50. 57. 73. 90. 93. 94. 99. 100. 101. 105. 109.
Caſſiodorus II. 126.
Caſtillo II. 64. 67.
Caſtrenſis III. 118.
Cato IV. 131. V. 121.

Catullus VII. 182.
Charondas I. 94.
Chaſſanæus I. 176. 187.
Camerarius VII. 130. 137.
Chemnit. VI. 193.
Chriſtenius IV. 96. 97. 99. 100. 104. 107.
Chriſtynæus IV. 110. 116. 120. VI. 94. VII. 5.
Cicero V. 65. VII. 160.
Clammerus VI. 123.
Clarus II. 115. III. 6. VI. 123. VII. 51. 110. 122.
Claudianns VI. 154.
Clericus I. 62.
Clezel. VII. 137.
Coccejus IV. 111. VI. 262.
Cohauſen V. 165. VII. 54. 57.
Colerus II. 3. 15. 19. 20. 23. III. 31. VII. 17. 53. 112. 159.
Commentator vetus Horatii VII. 16.
Connanus I. 45. IV. 31. VI. 254.
Conring I. 147.
Conſtantinus VII. 176.
Coppen VII. 73.
Coraſius II. 64. III. 7. VI. 268.
Coren VI. 193. VII. 9.
Cornelius III. 85.
Cornelius Nepos VI. 74.
Coſtanus II. 90. 109. IV. 105.
A Coſta V. 96. VI. 123. 124. 206. VII. 92.
Coterenus VII. 149.
Covarruvias II. 67. 115. III. 4. VII. 81.

Cravetta I. 154. III. 34. VI. 175.
Creſpi de Valdaura III. 43. 121.
Cretſchmer. II. 71.
Crucquius VII. 16.
Cruſius I. 40. 101. III. 43. V. 138. VII. 122. 130.
Cucchus I. 29.
Cujacius I. 30. 192. II. 76. III. 22. 31. IV. 10. 11. V. 121. 162. VI. 177. VII. 64.
Cumanus II. 35.
Curtius I. 55. VI. 182. VII. 101.
Cypræus IV. 96. 100.

D.

Damhouder I. 68. VII. 122.
Danckelman IV. 93.
Datt. VII. 111.
Delrio I. 27. VII. 130.
Diaconus *Paulus* I. 20.
Dieſt. I. 84.
Diether VII. 73.
Diſpontin. VII. 55.
Diſputat. Baſil. VII. 2.
Domat. I. 46.
Donatus ad Ter. III. 11.
Donellus I. 45. 71. 110. 189. II. 49. 51. 58. 71. 74. 80. III. 6. 7. 13. 93. IV. 59.
Dougteus V. 122.
Duarenus I. 71. IV. 81. 84.
Dwerhagen IV. 116. 119. VII. 137.

E.

Ebeling VII. 137.

Van

Van Eck III. 83.
Eckold II. 124. IV. 150. VI. 173. 203. VII. 101. 115. 121.
Eiſenhard V. 62. VII. 50.
Emmius I. 156.
Engel VI. 102.
Engelbrecht VI. 17. 105.
Ab Erpp. (*Henrica*) IV. 54.
Esbach I. 140. VI. 193. 199. VII. 17. 50. 98.
Eſchenbach. VII. 180.
Everhardi I. 163. VI. 94. VII. 101.
Exner III. 120. VII. 99.

F.

Faber II. 74. III. 5. 94. 108. IV. 11. 79. V. 65. 127. VII. 122. 131.
Fabritius VII. 108.
Fachinæus I. 71. 110. 156. 188. 190. II. 32. 33. 58. 56. 61. 71. 115. III. 4. 5. 6. 11. 68. 70. 95. IV. 43. 39. VI. 5. 195. VII. 17.
Farinacius VII. 122.
De Fatis II. 3.
Feldenus I. 40.
Feltman I. 30. 49. 67. 71. 77. 78. 156. 174. 221. II. 60. 110. III. 22. 79. 83. 111. 120. IV. 43. 54. 105. 112. 116. V. 68. 102. 120. 141. VI. 39. 94. 180. VII. 27. 29. 34. 50. 67. 92. 112. 132. 133. 137. 144. 147. 154.
Felwinger. II. 3. 25.
Fibigius IV. 137. 162. VI. 40.

Finck-

Finckelthaus I. 176. II. 50. VII. 17. 111.
Fleck I. 190.
Flœrke VII. 37.
Foman VII. 1. 29.
Forcatulus I. 145. 156. II. 3. VI. 288. VII. 2. 67. 112. 145.
Fornerius I. 191. V. 141. VI. 75. VII. 89.
Forſter VI. 144.
Frantzkius I. 168. II. 51. 105. 106. II. 4. 6. 100. 116. IV. 46. VII. 126.
Fridericus Secund. I. 97.
Fritſch. VII. 49.
Fuchs VII. 13. 112.
Fulgoſius VI. 189.

G.

Gailius I. 105. II. 59. 79. 114. III. 31. 34. 68. IV. 119. V. 65. VI. 102. VII. 50. 108.
Ganteſviler VII. 50.
Garcia. I. 163.
Gaſtelius VII. 17. 116.
Gaudentius III. 6. VII. 92. 94.
Gejer I. 178.
Gelehrte Fama. IV. 33. 108. 134. 136. 142. 146. V. 141. VII. 102.
Gellius I. 85. 120. 121. II. 25. III. 43. IV. 39. V. 86. 156. VII. 26. 70. 113. 153.
Alb. Gentilis IV. 120.

INDEX.

Sc. Gentilis I. 71.
Gerhard. VII. 137.
Gerbardi IV. 20. 158.
Gigas VII. 137. 139.
Gilhauſen II. 114. VI. 171. VII. 59. 60. 61. 122.
Gilkenius I. 161.
Giphanius I. 45.
Glins VII. 3. 14.
Gloſſa I. 30. 203. II. 109. 126. 137. III. 67. 68. VI. 123. VII. 101.
Godelman IV. 75. VII. 122.
Gœddæus I. 123. VI. 144. VII. 9. 17.
Goehauſen II. 23. 61. 64. 87. 102. III. 37. 93. 106. IV. 20. 44. 45. V. 86. VII. 29. 111.
Goetzen VII. 101.
Gomez II. 79.
Gomeza (*Ramus*) VI. 280. VII. 149.
Goodwin. VII. 153.
Gorisl V. 96. V. 4.
Gothofredus I. 4. 46. 55. 61. 65. 75. 123. 176. 192. 194. II. 15. 76. 124. III. 34. 46. 53. 55. 74. 116. 125. IV. 8. 10. 29. 109. 113. 129. V. 10. 56. 65. 68. 102. 114. 120. 121. 128. 141. VI. 102. 126. 128. 158. 221. 244. 254. 289. 290. 291. VII. 16. 26. 43. 79. 82. 95. 111. 122.
Grævius VII. 18. 149.
Grantzius I. 216. VII. 29. 98. 122. 137.
Graſwinkel VII. 73.

Gra-

Gravina I. 80. 81. 91.
Greve VII. 3. 112. 122. 137.
Gribaldus Mopha VI. 146.
Groenwegen II. 130. III. 53. VII. 3. 122.
Gronovius VI. 172. VII. 70. 160.
Grotius *Wilhelm*. VII. 101.
H. Grotius I. 6. 8. 9. 11. 12. 58. II. 77. III. 21. 41. 68. 85. 89. 100. IV. 59. 153 V. 21. 33. 139. VI. 144. VII. 37. 71. 101. 123. 124. 140. 142. 165.
Grube VII. 74. 89. 97. 122.
Gryphiander II. 58. V. 114. VII. 49.
Gudelin VII. 112. 113. 118. 121. 137.
Guibertus I. 206. IV. 105.
Guinetus III. 11. VII. 111. 165.
Gundiſſal VII. 131.
Gündeling IV. 71. VII. 111.
Gunther VI. 73. Guther. V. 84. VII. 55.
Gutierez. II. 122.

H.

Haberkorn. II. 3. 10. III. 26.
Hachemberg. VII. 70.
Hackelman. II. 59.
Hagen IV. 11.
Hahnius I. 6 71. 163. 187. II. 4. VI. 94. 183. 203. 207.
Hallenſes obſervationes I. 168. IV. 108. V. 141. VII. 92. 95. 165.

Hamb. nov. Litterar. VII. 53. 74.
Hanedoeſius II. 64. 78. III. 13. 93. VII. 3. 108.
Hanekenius VII. 108.
Harprecht I. 6. II. 51. 58. 59. III. 4. 6. 11. 34. 55. 84. IV. 20. 59. 80. VI. 194. VII. 3. 33. 50. 110.
Harſdorffer VII. 97. Haveman VII. 97. 99.
Hedinger VI. 144.
Heemskerck III. 43. VII. 122.
Heeſer V. 133. Hegenit. VII. 67.
Heigius III. 4. VII. 111.
Henel. IV. 160. VI. 111.
Henichius VII. 108.
Henning. VI. 118. Henninius V. 138. VII. 170.
Henricus Sextus I. 80. Sanctus VII. 182.
Herbajus I. 153. Hering VII. 17. 73. 137.
Hert. VI. 74. VII. 127.
Hilliger I. 71. 110. 156. II. 49. 61. III. 6. 7.
Hippolytus a Lapide I. 46.
Hippolyt. a Marſiliis VII. 131.
Hippol. a Collibus III. 80.
Hobbes VII. 124.
Hochſtetter VII. 5. 101. 123. 182.
Hænonius II. 5. 24. 32. 49. IV. 11. 80. V. 65. VII. 79.
Hoffman V. 127.
Homborg III. 119. IV. 95. VII. 9.
Homfeld VI. 175. 199.
Höpffner I. 124. IV. 159.

Hop-

Hoppius III. 34. VII. 37.
Horatius I. 107. 150. 206. IV. 62. 135. 178. VI. 37. VII. 16 114. 182. Hornius V. 34.
Hotomannus II. 14. VI. 290.
Houckius VII. 112.
Hoyer II. 141. 142. VI. 193. VII. 55. 111. 112. 133. 136.
Hüber I. 67. II. 3. III. 8. 9. 72. 116. V. 19. 55. 112. 127. 145. VI. 173. VII. 115. 122. 131. 182.
Hubner I. 36. IV. 158. V. 55 165. VII. 59. 73.
Hugenius VII. 55. Hugolinus I. 30.
Hülſius VII. 95. 101. 182.
Hunnius I. 6. II. 34. 122. IV. 20.
Huſman II. 122. VI. 124.
Hymmen VII. 137.

I.

Jaſon II. 58. VI. 173. Imhoff. VI. 136.
Johannes Secundus VII. 113.
Jongtys VII. 122. Irnerius II. 137.
Iſidorus VII. 182. Juvenalis VII. 26. 97.

K.

Kellenbetz I. 155. 202.
Kettler I. 66. V. 68. VI. 262. VII. 14. 16. 49.
Kipping VII. 130. 136. 151.
Kirchof II. 110. VII. 113.
Kirchman II. 3. Kleinſmid. I. 59. IV. 134.
Köppen IV. 40.
Kranichfeld VI. 144. VII. 135.

INDEX.

Krebs I. 40. 46. VII. 43. 113. 126. 130.
Kreſſius III, 79. VI. 173. 232. VII. 73.
Kulpis VII. 147. Kurike III. 47.
Kurrer V. 81. Kuyck. IV. 43.

L.

Labio II. 114. IV. 77.
Lactantius IV. 59. VII. 70.
Lammers III. 6. Lancellotus I. 29.
Lanckeren VII. 29. 101.
Langius I. 188. II. 102. III. 89. VII. 3. 110.
Lather VII. 49. 53. 130. Laudenſis 149.
Laurenberg VII. 137. Laurent. III. 42.
Lauterbach. I. 85. 88. 112. 141. 146. 161. 165.
Leeuwen I. 45. 100. II. 23. III. 5. VI. 203.
Leibnitz I. 9. Lenz III. 101.
Leonin VII. 9. 109. Leti I. 50. VII. 92.
Lignano. VII. 149.
Limnæus I. 273. V. 61. Linken VII. 78.
Lipſius V. 65. VI. 247. VI. 154.
Locamerus II. 78. Lomejer. VII. 130.
Loſe III. 4 Lotharius I. 80.
Lucas de Penna II. 67. Lucretius VII. 43.
Ludwel. V. 102. Lugo III. 116.
Lupus VII. 149. Luſatus VII. 59.
Lutherus IV. 108. 109. VII. 101.
Lyclama II. 24. 78. 87. 97. III. 22. VI. 144.
Lyncker III. 86. VII. 89. 137.
Lyſerus I. 40.

M.

Macrobius VII. 57. 171.

Mæ-

Mæſtertius II. 59. 61 102. 106. III. 70. 72.
Magirus I. 101. V. 148. Majer VII. 3.
Maimburg VI. 135. Malcot. VI. 176.
Malloſco I. 163. II. 87. V. 169. VI. 281. VII. 71.
Mandelſlo VI. 154. Mantua VII. 149.
Mantuanus V. 139.
Manzius II. 13. IV. 79. VI. 221. VII. 122.
Mama Mango VII. 175. Mara IV. 121.
Maranta III. 86. V. 268. VII. 51. 63. 74. 133.
Mareſius I. 29. VII. 73. Marlian. VI. 247.
Marpurgenſes III. 68.
Marſman III. 34.
Marta VI 286. VII. 17. 60.
Martialis II. 78 V. 119. VI. 37. 182. VII. 99.
Martini IV. 179. VI. 216. VII. 114.
Martucius I. 161. 187. IV. 20. VI. 144. VII. 156.
Maſcardus VII. 17. 63. Maſtricht V. 86.
Maſius VII. 148.
Maſurius Labio II. 114. IV. 72. VII. 33.
De Materellis III. 67.
Matthæus *Phillipp.* VII. 110.
Matthæus *Ant.* I. 29. 71. 79. 172. 178. II. 4. 10. 80.
Maul V. 94. Mauritius I. 22. 30. V. 147. VII. 17.
Meibomius VI. 73. 97.
Menagius V. 139. V. 132.
Mencke II. 137. III. 34. 114. IV. 15. VI. 280.
Menochius I. 45. 55. 146. II. 115. III. 34.
Mercerius I. 51. IV. 164. VI. 73.
Merlinus I. 99. Metzger II. 15. 20. IV. 69.

Mevius I. 67. 191. II. 26. III. 68. IV. 9. 47.
Molignat VII. 17. Molin III. 116.
Mollenbecius VII. 165. 176.
Moller III. 4. VII. 131. Moneta VII. 50.
Montanus III. 7. IV. 177. 178. VII. 21. 25. 137.
Moonen IV. 158 Mopha VI. 146.
Morhof. V. 159. VII. 71. Morinus II. 121.
Mozzius III. 84. VI. 122.
Van der Meulen V. 19. VII. 124.
Muller II. 50. 102. III. 4. 6. III. 89. 176.
Munnoz de Eſcobar III. 106.
Murator VII. 55. Muretus VII. 176.
Muſculus I. 206. Muyden VII. 147.
Mynſingerus I. 45. II, 49. 58. IV. 11. VII. 50.

N.

Nardin. VI. 246.
Narnia *Arcas de* VII. 67.
Nathen VII. 122. Natta VI. 122. VII. 134.
Nebelkræ II. 24.
Neguzantius IV. 20. 31. VII. 17.
Nevizan. VI. 154. Neuman V. 122.
Nicolai VII. 103. Nieupoort VII. 151.
Nunningh V. 165. VII. 54. 57.

O.

Obrecht. I. 71.
Obſervationes miſcellaneæ VII. 111.
Oceanus Juris V. 149.
Ochs VII. 3. Oiſelius VII. 9.
Olaus Magnus III. 43.

Olde-

Oldekop VII. 73. 84.
Oldendorp I. 110. III. 53. V. 84.
Oosterga VII. 3. Opiz. V. 141.
Ortwyn VII. 34. 37. 112. 119.
Otto I. 101. Ovidius I. 124. VII. 43. 67. 130. 160.
Owenus VII. 118.

P.

Pacius II. 111. 122. III. 4.
Padilla I. 161. 187.
Paganinus Gaudentius III. 6.
Pagenſtecher J. F. W. A. A. F. VI. 144.
Panciroll. VI. 194. VII. 164. Pantzſchman III. 118.
Papa IV. 149. VII. 14. Pape VI. 194. VII. 129.
Pappus VII. 102. Parlador IV. 12. 21. VII. 2.
Paris de Puteo VII. 149.
De Paſſeribus III. 15. IV. 20. 23.
Paullini I. 178. IV. 158. VII. 103. 122.
Paulus II. 176. IV. 97. V. 78. VI. 154.
Paurmeiſter III. 121. IV. 28.
Peckius III. 39. 40.
Pegæus I. 155. 165. VII. 114.
Peguera I. 176. VII. 51. 132.
De Penna II. 67. VII. 29. 34. 98.
Perezius I. 6. 71. II. 61. 122. IV. 15. 93.
Perizonius VII. 136. Peſchwitz VII. 89. 92.
Petrinus. VII. 149. Petronius I. 62. 85. III. 57.
Pfankuch I. 136. 141. II. 2. VII. 114.
Philippi VII. 9. 16. Pfeffinger. VII. 165.
Pfreundt. III. 37. Phædrus IV. 131. VI. 37.

INDEX.

Piccard VI. 182. VII. 130.
Pichard I. 141. III. 6. 70. 76. IV. 62. 79.
Piſetzki a Kranichfeld VI. 144.
Piſtor I. 174. II. 76. III. 4. VII. 163.
Pithœus VII. 16. 92. 97. 130. 132.
Pitiſcus V. 103. VII. 54. 71.
Placcius V. 124. VI. 94.
Plathner IV. 93. 142. VII. 118. 137.
Plautus III. 25. IV. 93. VI. 37. 76. 264. VII. 182.
Plettenberg I. 27.
Plinius I. 168. IV. 129. V. 120. VI. 144.
Plutarchus I. 178.
Pollet I. 52. 83. II. 87. V. 33. 34. VII. 151. 176.
Polman III. 37. 74. 76. 89. 95.
Porcellinus II. 29.
Popma VII. 130.
Prado VII. 70. 89.
Pruckman II. 124.
Pufendorff VII. 101.
Pomey V. 127.
Poſth. VII. 17.
Procopius I. 174.
Prudentius VII. 57.

Q.

Quintilianus I. 75.

R.

Rabus I. 49. IV. 143.
Radelant I. 162. 163. VII. 137.
Radevicus VI. 144.
Ramirezius VII. 89.
Ramus II. 114. IV. 72. VII. 149.
Ranchin. VII. 14.

Raphael

Raphael II. 45. Rauchbar III. 34.
Raynaud V. 141.
Rebhan II. 71. 80. 122.
Rechenbergius VII. 108.
Reinking III. 50. VI. 173. 103. VII. 57.
Reiter V I. 287. Relfendſo VI. 94.
Republyk der Geleerden VII. 55. 175.
Reuſnerus II. 126. Remus VII. 133.
Rhetius I. 65. VI. 144. 289. VII. 101.
Richard V. 121.
Richter II. 142. III. 107. VI. 207. VII. 103.
Riemerus II. 71. 174. III. 22.
Rigosa Malloſco I. 163. II. 87. VII. 139.
Ritmejer VI I. 108.
Rittershuſius III. 43. VI. 255. VII. 101.
Robert III. 43. VII. 26. Rodenburg I. 153.
Rolandinus II. 79. Roſa I. 99.
Roſate *Albericus de* VII. 44. Rosbach II. 6.
Roſinus II. 75. VII. 97.
Rottman VII. 103. 176.
Rövenſtrunck IV. 34. 39.
Rudiger V. 102.
Rupertus I. 20. Rutgers VI. 74.
Ryck. V. 127. VI. 74. 75. VII. 130.

S.

Salden. IV. 108.
Salicetus I. 205. II. 58. VII. 17. 131. 134.

INDEX.

Salicetus II, 121. III. 67. Salmaſius IV. 10.
Salvianus VI. 154. Salmuth. VII. 182.
Saluſtius V. 65. a Sancta Clara II. 131.
Sande I. 66. II. 5. III. 71. 72. IV. 96. V. 19.
Sanderſon V. 19. Sannazarius I. 169.
Saporta. IV. 59. Saresberiens VI. 135.
Sarmient, VII. 131. Sartorius VII. 17.
Santerpa VII. 5. Schambogen VII. 112.
Schelius VI. 259. VII. 116. 149. Scheplitz VI. 123.
Schild I. 67. Schauplatz. VII. 165.
Schilter I. 164. II. 40. 43. 100. 102.
Schluiter I. 46. IV. 9. Schmid. VI. 76.
Schmidelius I. 91. Schneidewin I. 203. III. 94.
Schöpffer III. 120. IV. 54. 73. 89. 119. VII. 2.
Schotanus I. 45. 146. 147. II. 58. 65. 115. 122.
Schottellius III. 43. VII. 34.
Schrader I. 163. IV. 125. VII. 50.
Schragius III. 28. VII. 84. 87. 137.
Schröter V. 35. 56.
Schultes VII. 36.
Schutzius I. 95. 112. 141. II. 10. 92. III. 102.
Schwarzenthaler III. 121. IV. 62. 118.
Schweder. VII. 165.
Schurtzfleiſch VI. 216. VII. 140. Schweling II. 141.
Schwendendorffer II. 10. 30. 80. 124. VII. 101.
Sewel VI. 288. Sibranda. VII. 153.
Sichardus II. 58. 124. III. 67. Sigonius VII. 137.
Sittewald (Philander von) VI. 288.
Sixtinus VII. 72. Snellius II. 30.

Some-

Someren IV. 19. 116. VI. 94.
Sonneman I. 45. III. 34. VII. 73.
Sorberiana V. 17.
Sotomajor IV. 137.
Sozomen. VII. 156.
Speckhan III. 111. 114. IV. 11. 34. V. 68. 76.
Speidelius I. 123.
Sprenger. VI. 109. 244. VII. 71. 157.
Stavinski VII. 108.
Stephani I. 71. 80.
Stobæus I. 124.
Strauchius II. 92. IV. 170. VII. 140.
Struvius I. 6. 64. 67. 140. 141. 156. 183. 188.
Stryck I. 111. 129. VII. 139.
Strypman IV. 10. 11.
Suden I. 178. IV. 108. 109. VI. 154. VII. 108. 122.
Suetonius V. 65. 104. VI. 37. 182. VII. 54.
Suevius II. 71.
Sulpitius Severus VII. 101.
Surdus VII. 35.
Sutholt I. 78. 83. IV. 103.
Swanenburg II. 71.
Symmachus VI. 37.

T.

Tabarellus II. 3. 5. 15. IV. 53.
Tabor III. 117. IV. 26. V. 74. 145. VII. 122.
Tacitus I. 70. 74. 124. 156.
Taubman. III. 11. VI. 76. VII. 108.

Temmen VII. 176. Temple VII. 161.
Tentzel I. 50. Terentius IV. 71.
Teſmar. IV. 158. Teſſaur. III. 67.
Textor II. 122. VI. 224. 225. VII. 17. 27.
Theſaurus antiquitat. Romanar. V. 122. VI. 247.
Thom. Aquin. III. 9.
Theodoricus VII. 111. 131.
Tholoſanus VII. 111.
Thomaſius I. 45. II. 92. 124. VII. 3. 95. 101.
Thülemar V. 24. Thürman IV. 129. VII. 54.
Thyllius I. 111. III. 6. 23. 90.
Tibullus VII. 70. Tileman VI. 194. VII. 3.
Tiraquellus VI. 73.
Titius I. 129. III. 100. VI. 285. VI. 105.
Trentacinq VI. 282.
Treutlerus I. 6. 71. 78. II. 49. 80. 114. 115.
Tuldenus II. 122. III. 116. IV. 150.
Tullius VII. 92. Turneb. V. 121. 128.
Tuſchus VI. 175. VII. 17. 43. 58. 103.

V.

Vacca I. 161. 224. IV. 80. VI. 127. VII. 153.
Vagedes I. 101. Valentia II. 5
Valerius Maximus IV. 158. VI. 182. VII. 122.
Valle II. 79. VII. 149.
Vaudus I. 165. II. 34.
Vellejus Patercul. VII. 55. Velthem. VII. 146.
Veſtrius II. 2. 24. Vetter. VII. 130.

Vige-

Vigelius I. 205.
Vinnius I. 83. Virgilius. VI. 257.
Vitalis I. 40. 141. Vitriarius VII. 173.
Voet I. 46. V. 145. 162. VII. 131.
Vorſtius I. 6. Voſſius I. 24. V. 127.
Vultejus I. 45. 132. 141 176. 223.

U.

Ubbo Emmius I. 156.
Uhſen. VII. 108.
Ummius I. 110. 127. 165.
Ungepauer I. 6. 46 67. II. 42. 51. 64. 78.
Unverfährt I. 40. III. 121. IV. 90. VII. 126.

W.

Wachman. III. 9. 34. VII. 98.
Waechtler VII. 112. 134.
Werlhoff. VII. 5.
Walther I. 71. IV. 80.
Wegner VI. 180. 182. VII. 180.
Wildvogel VII. 71.
Werner VI. 173. VII. 50.
Weſel V. 112. VI. 94. VII. 9.
Weſenbecius VI. 268. VII. 81.
Weſtenberg VII. 124.
Winckelman VII. 67. 114.
Winther I. 97. 109. 161. 163.

Wiſ.

Wiſſenbach I. 69. 140. 141. VII. 149.
Wittum II. 14. 15.
Wolff IV. 111. VII. 73.
Wunſch VII. 17. 176.
Wurmſerus II. 58. 59. 71. III. 84. 111. VI. 144.

X.

Xiphilinus IV. 158.

Z.

Zahn V. 68. VII. 2. 53. 73. 137.
Zanger III. 4. VII. 122.
Zaſius I. 163. VI. 239. 71.
Zaunſchliffer III. 83. VII. 13. 103.
Zeiller II. 141. III. 43. 120.
Zentgrav. VII. 29.
Zepperus IV. 59.
Zieglerus I. 40. II. 24. 61. VII. 122.
Zinzerling VII. 137.
Zoucheus VII. 130. 139.
Zoeſius I. 6. 27. 45.
Zoll. VI. 224. 240. 282. VII. 108.
Zſchackwitz IV. 172. VI. 117. VII. 108.
Zubrodt IV. 73.
Zurck VII. 29.

FINIS.

005649574

Digitized by Google